



6/2/3

233797II



To. Ant. L'Anno i deliri.

Tapp. honeruogt. tricit



Opp. XVII

to 123

ROMA
VETVS AC RECENS

VTRIVSQUE AEDIFICIIS
AD ERVDITAM COGNITIONEM
EXPOSITIS

Auctore

ALEXANDRO DONATO
E SOCIETATE IESV.

*TERTIO EDITA AC MVLTIS IN LOCIS
Ne dum aucta, & castigatior reddita; verum etiam
Figuris Aeneis illustrata.*



ROMÆ. Ex Officina Philippi Rubej
M D C L X V.

SVPERIORVM PERMISSV.

ROMA
VETVS AC REGENS
VTRIVSQUE AEDIFICII
AD ERVDITAM COGNITIONEM
EXPOSITIS

Auctore

ALEXANDRO DONATO
R. SOCIETATE 1835

TEXTIO EDITA NO
Figurae hanc illustrant



Opp. 1711
A 123

233797 II

ROMAE. Ex Officina Philipp. Rubel
MDCCLXV.

SPERIORVM PERMISSV.

SANCTISSIMO D. N.
VRBANO VIII.
PONT. MAX.
ALEXANDER DONATVS

DE SOCIETATE IESV.



OMAM tuam à primâ origine per
varias ædificandi ætates ad nostra
vsque tempora deductam, tibi offero
inspiciendam BEATISS. PATER.
Fuit hoc peculiare huius Urbis, quam
Fundator humanæ salutis Deus Pon-
tificibus Vicarijs suis destinauerat sedem; vt quemad-
modum Imperatores, ac principes terrarum iuris armo-
rumque parens procreauit: ita principatum Urbium
præclaris quoque operibus sustineret. Quare hostes
infestissimi ab Aquilonis quondam vertice profecti sic
eam vel bello persequi, vel expugnare potuerunt, vt
firmior è vulneribus, ex ignibus illustriori, stabilior è
ruinis, maius certe miraculum, *Pulcherrima rerum,*
vt ille ait, exurgeret. Sed quæ humana vices tanto fre-
quentius perpeffa est, quanto altiore inter humana
locum occupauit; nunc te Principe pulchriorem se;
quam multis antè seculis vigere, & statum tenere



constantiorem, quam cum imperio florebat, gloria-
tur, Romani enim Pontifices post Gothicas euersiones
atque incendia plurimi numerantur, qui de restituen-
dis excellendisq; Romæ ædificijs superiore præsertim,
nostraque ætate contenderunt: nec iam toto terrarum
Orbe quidpiam magnificentius suæ quisque patriæ
largus commendator prædicare potest. Nimirum iu-
stè prouidebatur, vt dominatrices APES, quæ lectis-
simos insident flores parem indoli suæ nanciscerentur
sedem; nec solum in flore Urbium regnarent, sed ip-
sam quoque principem Urbem florere iuberent, in
quam cœlesti munere mel nouum fœlicitatis induce-
rent. Tu enim vt cætera Pontificatus tui decora-
sileam, Romæ quantum splendoris, ac maiestatis adie-
cisti? Tempia passim instaurata, & exulta sunt, noua
inchoata aut perfecta: palatia Pontificum ornata, &
munita: restitutæ auctæ, erectæ quadam Principis
æmulatione ciuium, ac dynastiarum ædes: resecta mœ-
nia: validis munitionibus instructæ arces: aperta,
stratæ, complanatæ viæ: extracti fontes: substructæ,
ac repurgatæ cloacæ: elatæ valles: demissa iuga: Basi-
lica Vaticana marmoreis, operosisque ornamentis illu-
minata: Moles admiranda ex ære auroque Apostolo-
rum sepulchro imposta; vt iam Roma te non magis
præsidem suspiciat religionis, quam suæ dignitatis pro-
pagatorem. Hæc verò properata, & mature ad exi-
tum perducta sunt alienis ab ædificando temporibus,
quibus pacis artes passim quieuerunt, & Italia quassata
bello;

bello, insuper miseranda peste congemuit. Sed hæc
misera facies ærumnarum, vt innocua videretur, cu-
mulum aggerauit laudum tuarum. Nostra enim ætate
diuinæ bonitatis peculiari beneficentia peractum est,
quod olim Eutropius admonuit historicus, & christia-
nus, & monachus: Vt, cum aduersis calamitatibus po-
puli affligerentur, publicorum malorum acerbitas op-
timorum Principum consilijs, atque opibus leuaretur.
Id Marci Antonini sapientis, egregijque Imperatoris,
cuius tum res gestas pangebatur, illustrat exemplo. Ni-
hil enim, quo atteri mortales solent dici, seu cogitari
potest, quod non illo, vt scripsit, imperante sæuierit.
Titum etiam Vespasianum, quamquam breui imperio,
cum quædam fortuita, ac tristia humano generi im-
penderent, Deus optimum prouidit Principem, *Delicias*
Orbis terrarum. Tunc enim, & *Vesueus confla-*
grauit in Campania, & *incendium Romæ accidit*;
item pestilentia, quanta non temerè aliàs. Sed multo
magis gentibus sibi religione, ac fide deuinctis consule-
re voluit, cum Leonem, & Gregorium, Magnos San-
ctosque Pontifices reipublicæ Christianæ præesse de-
creuit; qui cum cætera admirabiles, tum fortes fuere
aduersus bellicos tumultus: posterior vero vim pestife-
ri morbi constans, & inuictus virtute, ac precibus pro-
fligauit. In eadem fere tempora, & euentus reuoluto
rerum ordine deuentum est; vt singulari Principis sa-
pientia egerent, ac recurrentibus paribus fere infor-
tunijs, in tuo Pontificatu panderetur commune per-
fugium

fugium incolumitatis, & salutis. Prædicat id Roma non modo ciuium linguis, sed disertorum etiam ædificiorum præconijs, eorum præsertim, quibus abs te magnificè instructa est. Sed quia parem afferre immortalibus meritis laudem nunquam possit hæc recens exuta veteris splendore, & illa triumphante spon-
te inferior,

Cui par est nihil, & nihil secundum,
eam quoque protuli in conspectum; vt ad te conuersa suos olim Augustos mirari aliquando desinat, opibus quidem gentium refertos, sed ferme inhumanos, & Romano externoque sanguine contaminatos. In te illa gentium Domina rarum Principis exemplar recognoscat: animaduertat ex tanta humanitate, sapientia, iustitia, religione, quanto ipsa fuisset in summa rerum copia, imperioque foelicior, si armati quondam Cæsares, vt regis APES, sine vi maiestatem, sine aculeis potentiam adhibuissent: & in Vrbe verum Principem, atque adeo VRBANVM adumbrassent. Sed Roma iam solum meminit tam asperam potestatem; quæ duntaxat ex tuo principatu æstimat foelicitatem suam. Eadem porro hanc meorum scriptorum lineamentis conformatam sui imaginem, etsi ad veræ speciem enixe compositam, nihilominus incultam, ac destitutam coloribus fortasse negligendam putaret, nisi abs te lucem accepisset. Nam qualiscumque prodeat imago Urbis; pœne incredibile sit, sub optimo Pontifice videri bonitatis expertem.

M A D L E C T O R E M .



VETEREM Romam, quam accuratè peruestigatis designatisq; singillatim Aedificijs postremus eruditorum oculis animisque subieci, non equidem recenti volumine concludere initio cogitabam: magnique laboris molem snbire, in qua doctissimos Viros eximia cum laude desudasse cognoueram. Ambitum Urbis, Portam Triumphalem, Domum Auream Neronis, Forum Romanum, & alia nonnulla peculiari obseruatione adnotaueram. Sed postea aduertì, si hæc sola prodijissent, futurum fuisse, vt tanquam mutila, & detruncata membra abstracta potius ex solido corpore, quam integra, & absoluta viderentur. Itaque, quod ædificantibus solet accidere, vt destinati sumptus maiori structuræ accessione augeantur: sic mihi amplificato rerum cumulo factum est prolixioris opere incrementum. Hac de causa, & vetera complecti, & ijs cum sacras, tum recentes fabricas adijcere, decreui; non modo vt omnes ædificatæ Urbis ætates in conspectum darem: sed vt priscis nouarum rerum tractatione quidpiam nouitatis afferrem. Quamquam ex recentibus potiora quædam, verius attingi, quam poene innumera numeravi. Ex antiquis autem aliqua, vel quod essent extra Urbem, vt stratæ viæ per Italiam, vel minus necessaria, consulto omisi: vel adnotata nescio quomodo typos præterierunt. In his an clarè obscura, & firmiter incerta probauerim, penes te iudicium esto. Certe sine locis veterum Scriptorum nihil definitum hic leges: quorum ductu, monituque communes etiam opiniones interdum posthabui. Cum vero ijs, quæ Antiquarij tradiderunt, adiuncta veterum testificatio nihil addere, vel detrudere permisit; locos saltem, subscriptis libris, & capitibus, quæ illi silentio libenter supprimunt indicaui. Porro Aedificiorum antiquorum uestigia, Iconesque persimiles, & ipsius etiam Urbis prospectum apponere potuisssem, quæ, aut peruestigaram, aut assequi accurata meditatione fidebam; nisi, & meo labori, & Typographo festinanti parcere voluisssem. Erit igitur ut studiosi obseruata cognoscere, ita eruditi non negligere beneuoli autem, ea, quæ nisi fallor, haud infirmis rationibus nituntur, non labefactare, & si admonet studium veritatis, perhumaniter tueri.

INDEX CAPITVM

LIBRI PRIMI

Qui ambitum, & Urbis Aedificia generatim explicat.



<i>NITIVM Urbis, sub Romulo. Cap. j.</i>	<i>pag. 2.</i>
<i>Modus condendi, & forma Urbis condita à Romulo. Cap. ij.</i>	4
<i>Locus conditæ Urbis à Romulo. Cap. iij.</i>	8
<i>Portæ Urbis Romuli. Cap. iv.</i>	12
<i>Incrementum Urbis sub alijs Regibus. Cap. v.</i>	15
<i>Ianiculum fuisse extra Urbem. Cap. vj.</i>	17
<i>Urbis ambitus sub Consulibus vsque ad Syllam. Cap. vij.</i>	22
<i>Campum Martium, eique adiunctum alterum minorem Campum fuisse extra Urbem. Cap. viij.</i>	24
<i>Portam Urbis Carmentalem fuisse ad radices Capitolij. Cap. ix.</i>	28
<i>Circum Flaminium Capitolio propinquum fuisse extra Urbem. C. x.</i>	30
<i>Circum Flaminium extra Urbem fuisse alij rationibus ostenditur. C. xj.</i>	34
<i>Quid Sylla, & Iulius Cesar Dictatores Urbi adiecerint. Cap. xij.</i>	39
<i>Quid Augustus, & Claudius adiecerint. Cap. xij.</i>	41
<i>Quid alij Cæsares Urbi addiderint. Cap. xiv.</i>	43
<i>Castra Prætoria ubi fuerint, & quomodo Urbem auxerint. Cap. xv.</i>	44
<i>Inuestigatur post Aurelian. Romæ amplitudo, & primo Suburbia. c. xvj.</i>	48
<i>Urbis magnitudo explicatur. Cap. xvij.</i>	51
<i>Quomodo Gothi, & alij, qui Urbem ceperunt, mœnia domosque diruerint. Cap. xvij.</i>	59
<i>Aufioribus contra sentientibus occurritur. Cap. xix.</i>	61
<i>Mœnia subinde à Pontificibus instaurata. Cap. xx.</i>	69
<i>De Portis Florentis Urbis. Cap. xxj.</i>	71
<i>De Porta Triumphali. Cap. xxij.</i>	79
<i>Via Urbis. Cap. xxij.</i>	88
<i>Qualia fuerint Urbis Aedificia, & primo Antiquissima. Cap. xxiv.</i>	89
<i>Aedificia Urbis ab incendio Gallico vsque ad Augustum. Cap. xxv.</i>	91
<i>Aedificia Urbis ab Augusto ad Neronianum incendium. Cap. xxvj.</i>	96
<i>Aedificia Urbis à Neronis incendio ad Honorium Cæsarem, sub quo à Gothis capta est. Cap. xxvij.</i>	98
<i>Aedificia Urbis ab Honorio ad Iustinianum. Cap. xxvij.</i>	105
<i>An Recens Roma cum Antiqua conferri queat. Cap. xxix.</i>	108

LIBRI SECVNDI

Qui Capitolium, & loca circumiacentia complectitur.

N Omina Capitolij. Cap. j.	112
Forma, & circuitus Capitolij. Cap. ij.	113
Vbi Templum Iouis Capitolini cum Arce locandum sit. Cap. iij.	115
Forma Templi Capitolini. Cap. iv.	118
Templi Gradus. Cap. v.	120
Templi Capitolini exteriora ornamenta. Cap. vj.	124
Templi ornamenta Interiora. Cap. vij.	126
Iouis Custodis, Iunonis Moneta, & Fortuna Tempia. Cap. viij.	132
Bibliotheca, Tabularium, Casa Romuli, Curia. Cap. ix.	134
Asylum, & alia Aedificia. Cap. x.	138
Clius Capitolinus. Cap. xj.	143
Sacra Via. Cap. xij.	146
Templum Iouis Statoris. Cap. xiiij.	148
Aedes Concordia, & Saturni. Cap. xiv.	151
Velabrum, Boarium Forum. Cap. xv.	158
Circumscribuntur fines Romani Fori. Cap. xvj.	162
Idem alijs rationibus urgetur. Cap. xvij.	164
Alia Rom. Fori loca, & Aedificia inter Capitol. & Palatin. Cap. xviiij.	172
Testimonium Carcer Tullian. adducitur, & obiecta reselluntur. c. xix.	176
Fori Ornamenta. Cap. xx.	180
Forum Caesaris, eiusque Domus. Cap. xxj.	184
Forum Augusti. Cap. xxij.	187
Forum Neruae. Cap. xxiiij.	188
Forum Traiani. Cap. xxiv.	196
Fora ad alterum Capitolij latus, inter que Boarium. Cap. xxv.	202
Forum Piscarium, & Olitorium. Cap. xxvj.	207
Alia circum Capitolium sita. Cap. xxvij.	211

LIBRI TERTII

Quo Palatium, & alij Colles, & plana Urbis exponuntur.

S Itus, & nomen Palatini Collis. Cap. j.	216
Palatium Caesarum. Cap. ij.	217
Alia Palatini Collis Aedificia. Cap. iij.	230

<i>Romuli, & Pacis Tempia, & Arcus Titi. Cap. iv.</i>	234
<i>Domus Neronis Aurea. Cap. v.</i>	250
<i>Aurea Domus, & Amphitheatro propinqua Aedificia. Cap. vj.</i>	259
<i>Amphitheatrum Flauium, & alia Amphitheatra. Cap. vij.</i>	276
<i>Theatra. Cap. viij.</i>	286
<i>Mons Esquilinus, eiusque ambitus, & adiacentes Viae. Cap. ix.</i>	297
<i>Aedificia Esquiliarum. Cap. x.</i>	300
<i>Collis Viminalis. Cap. xj.</i>	310
<i>Mons Caelius. Cap. xij.</i>	320
<i>Mons Auentinus. Cap. xiiij.</i>	326
<i>De Circus. Cap. xiv.</i>	341
<i>Mons Quirinalis. Cap. xv.</i>	355
<i>Aedificia Campi Martij, & Flaminij. Cap. xvj.</i>	370
<i>Vtriusque Campi alia Porticus. Cap. xvij.</i>	392
<i>Aqua Virgo, & alia Aqua, & Aqueductus. Cap. xviiij.</i>	399
<i>Therma. Cap. xix.</i>	410
<i>Cloaca. Cap. xx.</i>	433
<i>Tiberis, & Transiberina Regio. Cap. xxj.</i>	434
<i>Quaedam Tempia. Cap. xxij.</i>	439
<i>Antiqui Romanorum Horti. Cap. xxiiij.</i>	441

LIBRI QVARTI

Quo Sacra, & recentioris ætatis Aedificia referuntur.

S <i>Acra Aedificia ante Constantinum. Cap. j.</i>	455
<i>Basilica Constantini. Cap. ij.</i>	457
<i>Sacra Urbis Aedificia vsque ad Totilam Regem. Cap. iij.</i>	461
<i>Aedificia post resectam Urbem à Belisario erecta. Cap. iij.</i>	467
<i>Adriani, & aliorum Pontificum fabrica. Cap. v.</i>	469
<i>Ciuitas Leoniana. Cap. vj.</i>	473
<i>Arx S. Angeli. Cap. vij.</i>	476
<i>Quae post Leonem IV. edificata sunt. Cap. viij.</i>	488
<i>Aedificia Romana post reuersionem Pontificis è Gallia. Cap. ix.</i>	494
<i>Aedificia Urbis post Clementis VII. praesertim Templum Vaticanum</i> <i>Cap. x.</i>	507
<i>Alia sub Paulo III. ac deinceps nonnullis Pontificib. Aedificia. Cap. xj.</i>	516
<i>Sixti V. & aliorum deinceps Aedificia. Cap. xij.</i>	524

EFFIGIES ANTIQVAE ROMAE EX VESTIGIIS AEDIFICIORVM RVINIS TESTIMONIO VETERVM AVTORVM FIDE NVMISMATVM MONVMENTIS AENEIS BLVMBAEIS SAXEIS TIGINISQVAE COLLECTA ATQVAE IN HANC TABELLAM REDACTA ATQVAE DE SCRIPTA A PYRRHO LIGORIO ROMANO PER XIII REGIONES IN QVAS VRBEM DIVISIT IMP. CAESAR AVGVST.

ORIENTIS

fo. 62



SEPTENTRIO

MERIDIES

OCCIDENS


E
C
L
I
C
I
I





DE VRBE ROMA

LIBER PRIMVS.



CONSTANTIVS Augustus, teste Ammiano, Romam, quam ante, non viderat specie triumphantis ingressus, cum per otium spectaret, questus est, famam, cum cætera omnia falsis serme vocibus auget, solam eius amplitudinem diminuere. Magnum, & à veritate profectum de Urbis maiestate testimonium. Vicit enim aspectu commendationem famæ, quæ ne vinceretur,

eam omnibus linguis commendabat. Itaque communi præconio *Terrarum Dominam, Reginam, Deam* nuncupabant, *Virtutum omnium Domi- cilium, & Larem: Mundi Asylum, ac Templum: Dum erunt homines vi- Eturam, ὄνητοῦ τῆς οἰκουμένης Mundi Epitomē, & Compendiū, αἰώνιας, ἄθνη, ἰμμερταλες, Φελικεῖς οἰκουμένης τῆς γῆς, Orbē Orbis Terrarū,* & fortassis tanto admirabiliorem, quanto breuiore ambitu Orbis miracula, miraculum ipsa augustius comprehendit; vt gloriosa demum clausula *Vrbem Deorum* proclamarent. Sed hoc inter exempla humanæ vicissitudinis non vltimum reor: *Vrbis*, quod etiam aiebant. *Aeterna*, non modo perennes, ac stabiles moles defecisse, sed earum memoriam, magna ex parte deletam esse. Viri quidē eruditione nobiles conati sunt ædificiorum veterum odorari vestigia: editisque de Antiquitate voluminibus, e suomet puluere, quo obruuntur, excitare. Neque vero hi, quamuis Antiquarij, consenscunt: sed longior ætas, vt palato vinum, ita lectorum ingenio eorum monimenta commendat. Aequiori iure nobis minora eruditæ sapientiz præsidia sortitis est timendum, ne sepul- tarum rerum commentatione operis nostri interitum auguremur. Videlicet miseri tractamus peritura, & cum illis cito dilabimur.

Lib. 16.

Ammian. lib. 14.
Mamer. in Paneg. Martial. lib. 12.
Epigrā. 3.
Ammian. Lib. 16. 17
Id. lib. 14.
Athæneus lib. 1.
Dion. l. 72.
sive Xiphilinus in epitoma.

Initium Urbis sub Romulo . Cap. I.

Anus agitur à partu Virginis MDCXXXIV. ab Vrbe condita
 MMCCCLXXXV. cum Romulus Urbem Romam inaugu-
 rato condidit xj. Kalend. Maias : post captum Ilium anno
 CCCCXXXII. vt auctor est Dionysius. CCCCXXXVII. vt
 placet Velleio : *sexta Olympiade, post duos, & viginti annos, quam prima
 constituta fuerat* : post Carthaginem conditam LXV. annos, vt idem
 narrat. At Dionysius collatis Græcorum Romanorumque temporum
 rationibus : *neceffe est, inquit, vt primus Romanorum Rex Romulus re-
 gnare auspicatus sit, anno primo septima Olympiadis* : quod Polybius in
 eiusdem Olympiadis annum secundum incidisse scripsit. Dissentit ab
 vtroque Eusebius, sequutus vt ait, nonnullos Romanos scriptores ; at-
 que in annum secundum Olympiadis octauæ reijcit ædificationem Vr-
 bis quam eiusdem Olympiadis anno primo Fabius Pictor pridem attri-
 buerat. Qui vno discrepant anno, facile conciliari possunt : Nam cum
 quadriennales Olympiades incœperint mense Iulio in ipsis ludis : Apri-
 li autem condita fuerit Roma ; Alij hoc tempus referunt in primum an-
 num Olympiadis nondum exactum : Alij à Ianuario incipiunt numera-
 re secundum annum. Verum, vt notat Onuphrius, omnes fere Romani
 auctores cum ipso M. Tullio, & post Cæsarem Dictatorem Populus Ro-
 manus communiter sensit, sextæ Olympiadis anno tertio, vt aiebat Vel-
 leius ; Romam conditam fuisse. à quibus, quia plures, & Romani sunt,
 recedendum non putamus.

Regnabat tunc apud Hebræos Hierosolymis Rex Achaz Ezechiaæ Pa-
 ter translato iam ad Medos Assyriorum regio. Ac per ea tempora cœ-
 perunt in Palæstina Prophetæ nonnulli simul de Gentium vocatione ede-
 re vaticinia, & scriptis mandare, quæ populorum saluti conducebant.

Id vero factum non solum causa Iudæorum, sed etiam nascentium Ro-
 manorum, quos Mundi moderator Deus iam Terrarum Principes desi-
 gnabat, arbitratur S. Augustinus. Par enim fuit exordio Urbis Urbium,
 & nationum dominæ inchoari diuina de gentium vocatione oracula,
 quæ postquam Roma fide expiata recepisset, relique etiam gentes eius
 imperio obtemperantes facile amplecterentur. *Per ea, inquit, tempora
 isti velut fontes Prophetiæ pariter eruperunt, quando regnum defecit Assy-
 riorum, cœpitque Romanorum; vt scilicet quemadmodum regni Assyriorum
 primo tempore extitit Abraham, cui promissiones apertissime fierent in eius
 semine benedictionis omnium gentiū ita in occidentalis Babylonis exordio,
 qua fuerat Christus imperante venturus, in quo implerentur illa promissa
 oracula Prophetarum non solum loquentium, verum etiam scribentium, in
 tanta rei future testimonium loquerentur. Cum enim Prophetæ nunquam
 fere defuissent populo Israel, ex quo ibi Reges esse cœperunt, in usum tantū-
 modo eorum fuere, non gentium. Quando autem ea scriptura manifestius
 condebat, quæ gentibus quandoque prodesset, tunc oportebat incipe-
 re,*

Lib. 2.

Lib. 1.

Lib. 1.

In Chro-
nico.In Vr. Ro-
ma, & Cō-
ment. Fa-
stor.Quo Re-
ge Iudæo-
rum con-
dita est
Roma.Lib. 18. c.
27. de Ci-
uit. Dei.

re, quando condebatur hac Ciuitas, quæ gentibus imperaret.

Iam quæ dicuntur à Græcis de vetustiore Urbis origine, attingenda potius, quàm explicanda sunt. Eius enim nomen, originem, ac ritus ad se vertunt, si Romæ placet. Alij referunt, conditam fuisse à Pelasgis, qui victores in has oras deuenerint. atque ex suo in armis robore, *pópulo* nuncuparint. Hos Cluuerus putat eosdem esse, qui Euandro duce delato in Italiam, oppidum in Palatino monte condidere. At Solinus tradit in eo Colle antea Urbem fuisse Valentiam nomine, ab Euandro deinde *pópulo* appellatam. Quæ vox idem significat. Alij volunt eosdem Achiuos capta Troia ad Tiberim venisse, Urbemque conditam Romam appellasse de nomine captiua Troianæ, cuius impulsu naues Græcorum ab eorum vxoribus fuerant incensæ; salubri vtique consilio, vt postea declaratum est. Alij ædificationem Urbis referunt ad Romum Vlyssis, & Circes filium. Alij gloriam condendæ Urbis multo ante Romulum natam, Troianis tamen auferre non audent, atque Aeneam conditorem faciunt, de filia Romæ nomine, nomen Vrbi tribuentem. quæ tamen scæmina alijs Aenæ neptis, & Ascanij filia est. Alij asserunt ab Romo Aenæ filio nomen sortitam, quem alij Ascanio Filium, alij (vt dixi) Vlyssi ascribunt. Alijs Roma superior est Troianis temporibus: alij Fabulosa permiscet. Quæ, aliaque apud Dionysium, Plutarcum, Solinum, Festum leguntur, vt ex tanta opinionum varietate ipsa se vanitas, & falsitas prodât. *Quæ ante conditam condendamue Urbem Poeticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur: ea* (loquor cum Liui) *nec affirmare, nec refellere in animo est.* Si qui ergo ad Tiberim nauigantes, deinde oppidum in Palatino, aut proximis collibus excitarunt; id profecto aliud ab Vrbe Roma fuit, quam postea Romulus posuit. Nam cum vetustius quoddam oppidulum, seu munitio, quo illi aduenæ se recipiebant cum ipso nomine successu temporis defecerit: vel locus Romano ambitu fuerit inclusus; verisimile est, scriptores Romæ nomen illi indidisse. Quo modo Salustius etiam est intelligendus, si alicubi videatur Urbem conditã referre ad Troianos. Quod si Virgilius cecinit.

Tum Rex Euandrus Romana conditor arcis.

Arcem ibi pro Pallantea accepit condita ab Euandro. Arx enim Romana in Capitolio extructa est, non in Palatino, vbi postea Augustorum Palatinum fuit: *quod re vera non est Arx sed tenet rerum omnium principatum*, vt ait Seruius. Quare Ouid. de Euandro.

Transtulit Euander syluestria Numina secum.

Hic vbi nunc Vrbs est, tunc locus Urbis erat.

Cæterum quod ad locum, & situm Urbis spectat, quia hunc eundem Strabo criminatur necessitata magis, quam consilio à conditore delectum, non natura munitum, non circumiecto fertilem agro, non cælo salubrem; sciendum est, quod viri docti adnotarunt, Romam in medio Italiæ, cuius, ac reliquarum gentium Imperio destinabatur, constitutam esse. Si enim Italia vniuersa, descripta ab Alpibus, inde conuersa per in-

Lib. 3. Au-
thor. Ita-
liæ.

Dionys. l.
1. Plutarc.
Romulo.
Solinus c.
1. In præ-
mio ope-
ris.

In Coniu-
rat. Cati-
linæ.

Aeneid. 8.

2. Fast.

Situs Vr-
bis lib. 5.

Marfil.
Cagnat.

de Salubr.
Rom.
Coeli.

Lib. 5.

ferum mare ad extremum Ieucopetræ angulum, tùm per Iónij fines, postremò Adriatici longitudinem ad easdem Alpes circumducta linea, designetur: in quadratæ huius Italiæ medio sinu Roma, vt gemma in Anulo, cor in Corpore, Sol in Cælo collocatur. Cæli deinde, ac Soli natura sic à Liuiio, vel apud ipsum, Camillo, describitur: *Non sine causa Dij, hominesquè hunc Vrbi condenda locum elegerunt: saluberrimos colles flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuebantur, quo maritimi commeatus accipiantur: mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum: regionum Italiae medium ad incrementum Vrbi natum vnice locum, argumento est magnitudo tam nouæ Vrbi.*

Modus condendi, & forma Vrbi conditæ à Romulo. Cap. II.

Lib. 2.

VRBEM Romuli quadratam fuisse plerique autumant ex Solino, Dionysio, Fabio, Catone, alijsque. Ab his cum quidam dissentiant, in modo condendi omnes conueniunt. Fabius Pictor: *Romulus inquit adseito ex Hetruria vate, atque sacerdote Olympum fecit, pomeriumque sacrauit, & aratro ab Olympo in vico Tibusco per Palatium circumducens ab imo collis ad verticem, quadratam Urbem signauit.* Olympus autem fossa est rotunda iuxta Quidium ac Plutarchū, vnde sulcus Vrbi designandæ deducebatur. Pergit paulò post idem Fabius: *Item Herculis ara, vbi Olympus, & initium sacri aratri.* Consonat his Tacitus: *Igitur à foro Boario, vbi arcum Tauri simulacrum afficimus, quia id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi oppidi cæptus, vt magnam Herculis aram completeretur.* (arat hæc non longe ab Aede nunc S. Anastasiæ, inter Palatinum, Auentinum, & Capitolium) *Indè certis spatijs interiecti lapides per ima montis Palatini ad aram Consis: mox ad curias veteres; tum ad sacellum Larium, forumque Romanum.*

Modus cõ
dendi Vr-
bem.

Lib. 4. de
ling. Lat.

Addit Plutarchus, in eam fossam, siue Olympum primitias delatas fuisse omnium, quibus de more vt bonis, natura utebantur vt necessarijs. Tum pergit: *Postremo ex qua quisque aduenerat regione, eius terræ portiunculam collatam eò coniecerunt, & commiscuerunt.* Conditor aratro arcum vomerem adiungit, iunctisquè bobus mare, & sœmina ipse circũ lineamenta profundum inducit sulcum. *Sequentium munus est, vt excitatas ab aratro glebas introuertant, nec vllam sinant extra ferri.* Vbi portam designare visum est, vomere exempto, atque aratro sublato spatium relinquunt. *Vnde totum habent murum præter portas sacrum.* Eundem morem condendi Vrbes fusè Varro exposuit: *Oppida, inquit, condebant in Latio, hetrusco ritu multa, id est iunctis bobus, tauro, & vacca, interiore aratro circumagebant sulcum. Hoc faciebant religionis causa die auspicato, vt fossa, & muro essent munita. Terram, vnde excalpserant, fossam voca.*

vocabant, & introrsum factum murum. Postea quod fiebat Orbis, Vrbs. Principium quod erat post murum, pomerium dictum, eiusque ambitu auspicia urbana finiuntur. Cippi pomerij stant & circum Ardeam, & circum Romam. Quare & oppida, quae prius erant circumducta aratro ab Orbe, & vrbo Vrbes, & ideo Colonia nostra omnes in litteris antiquis scribuntur Vrbes, quod item condita, et Roma: & ideo Colonia et Vrbes conduntur, quod intra pomerium ponuntur. Apparet idem in antiquis humilimatis, praesertim Augusti, & Commodi. Hic designat aratro Colomiam: Hic referente Dione Romam Colomiam Commodianam nuncupauit. quare conditor dici, exprimique voluit, item cum aratro.

Hanc memoriam antiquitatis à Varrone traditam aliter Hieronymus Magius tradendam putauit, & aliqua in vulgata lectione correxit. Nam ubi legimus: Postea quod fiebat Orbis, Vrbs: principium quod erat post murum pomerium dictum; legit ipse. quodque propterea fiebat Orbis, est Vrbs principium. Orbis autem nomine fossam intelligit, quae prima ante sui loci designationem fiebat, de qua Fabius Pictor, ut supra. Et Plutarcho in Romulo: βόθρεος ἡ ἀρχὴ τοῦ ἑὸν καμὶ. τὸν κενὸν ὀπίσθην. καὶ λῆσι δὲ βόθρεον τῶν, ἃ καὶ ἡ ὀλυμπεὶ ὀνόματι μῆνδον. Fossa rotunda Comitio circumducta est. vocant autem hanc fossam eodem, quo Olympiam nomine, Mandum. Et Ouidius.

P. 2.
Miscellan.
cap. 13.
Quid Or-
bis, & fos-
sa sit.

Fast. 4.

Fossa fit ad solidum, fruges iaciuntur in ima,
Et de vicino terra petita solo est.
Fossa repletur humo, plenaque imponitur ara,
Et nouus accenso funditur igne focus.
Inde premens stiuam, designat mœnia sulco;
Alba iugum niueoq; umboue vacca tulit.

Ecgloga
3.

De hac fossa, siue Olimpo Virgilium loquutum quidam putant.
Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat Cœli spatium non amplius vlnas.
Verum illa Magij correctio, & interpretatio non placet. Locum autem illum Varronis per difficilem sic interpretor. Circumagebant, inquit, sub-
cum. Hoc faciebant religionis causa, ut fossa, & muro essent munita, siue muniti; ut legit Turnebus. Quibus verbis, fossa terram eiccum condi-
ta iam mœnia egestam significat. Non idem est, quod sequitur. Terram
unde exalpsierant, fossam vocabant, & introrsum factum murum. Hic
enim fosse nomine sulcus aratro à fundatore designatus intelligitur. Mo-
net perspicue Ouidius:

Loc. cit.

Neue quis aut muros, aut factam vomere fossam

Transseat, audent em talia dede neci.

Itaque Varro sulci ethymon adducit, cum ait, fossam vocabant; impresso enim aratro sodiebatur terra: effossa terra, fossa est. quae tunc quidem exigua erat, & designata potius à vomere, quam facta, sed postea ad murum extruendum profunda egestione magnam in altitudinem delin-
scibat. Deinde pergit: postea quod fiebat Orbis, Vrbs: id est, quod sulco non recto, sed obliquo, & circumactio fiebat Orbis, Vrbs appellata est. Fossæ

igitur nomine, non intelligitur, ut sensit Magius, prima illa fossa Mundus dicta, cuius non meminit Varro, sed sulcus aratro factus. Præterea Olympus humo replebatur, ut aram sustineret, teste Ouidio; itaque Orbis amplius non erat; Cum Varronis fossa, id est sulcus, quod circumageretur in Orbem, Vrbi nomen daret.

Roma initio an quadrata fuerit.

Lib. 1. q. 1.

Ex his elicitur Romam initio potius in orbem fuisse, quam in quadratam extructam. Quod si quadrata magis placeat; his, quæ ob stare videntur, responderi poterit: inferri ex iisdem Romam non tam fuisse orbiculatam, quam angulosam. Nam Palatinus, circa quem egit sulcū Romulus, perfecti circuli capax non erat quod alij auctores docent. Fabius: *Romulus, inquit, per Palatium aratrum circumducens, quadratam Urbem signavit.* Dionysius: *ὡς ἐγὼ εἶπε τριγώνον σχῆμα τῆς πόλεως, circumscrispsit. Collem quadrangula figura.* Et ipse Varro indicat, cum ait, *Coloniae eodem, quo Roma, ritu conditas.* At quæ ex illis est in orbem extructa? Videmus passim in Italia positas in iugis, dorsoque montium, ubi nec circularem, nec ullam omnino figuram impresseris. Urbicum igitur orbem effecit muri, fossæ, pomætiique conuersio relinquens in medio spatium, quoad fieri posset, tectorum capacissimum.


Hæc pro ijs, quibus placet quadrata Roma. Verùm alia ex parte his Plutarchus in Romulo videtur aduersari. ait enim: *Facta fossa, quam Olympum dicebant, ἢ ἡ ὠπύμω κύκλον, κέντρον ὡς ἐν ἑρπύλλῃ τῆς πόλεως.* vertit Cruferius. *Hinc Vrbe tamquam circulo centrum circumscrispsere.* clariusque diceretur: *inde Urbem, tamquam circulum centro circumscrispsertit.* id est circumdederunt, & quasi circum centrum quod sane aliud erat ab Olympo, ædificarunt. Ex quo si aliquis inferat, Urbem rotundam fuisse negaret, credo, id Magius, qui ait, à Plutarcho *quadrangularem supra nūcupatam πρώτῃ τριγώνον.* sed ibi alia mens Plutarchi fuit. Ait enim: *ῥώμυλος μὲν ἐν τῇ καλεωμένῃ πρώτῃ καὶ ἐπὶ τῆς ὠπύμω, ὅπερ ἐστὶ τριγώνον, ἔκτισε, & ἐκείνον ἐβέβηλε πολίτευεν τὸ τόπον.* *Romulus quidem Romam ut vocant quadratam, quod est quadrangulum, fabricauit, atque eo in loco Urbem condere voluit.* Igitur quadrata Roma ibi non Urbem; sed aliud significat, quod habemus à Sexto Pompeio. *Quadrata, inquit, Roma, in Palatio ante Templum Apollinis dicitur, ubi posita sunt, qua solent boni omnis gratia in Vrbe condenda adhiberi, quia saxo munitus est initio in speciem quadratam.* Eius loci Ennius meminit, cum ait:

Et quis extiterat Roma regnare quadrata.

Hæc ille. Res vero boni omnis repositæ, ea videntur esse, quas item in fossam vocatam Mundum conieciabant. Plutarchus: *In eam primitias detulerunt omnium, quibus de more ut bonis: natura utebantur et necessarijs. Postremo ex qua quisque aduenerat regione, eius terra portionem collatam ed coniecerunt, & comiscuerunt.* Et Petrus Victor in Regione X. Palatii; enumerat Romam quadratam. Plutarchus ergo Romam quadratam à Romulo factam describens, hunc lapidem, seu locum intelligit. Quid enim aliud significat, *Romam quadratam fecit, atque eo in loco Urbem condere voluit?* Cum vero de Urbis ædificatione loquitur, orbicu-

bicularem illi figurā attribuit. Roma igitur quadrata pro cētro est Urbis designāde: Olympus, ynde incipiebat designari. Idem plane, nisi per vim distorseris, elicitur ex verbis Varronis. Quod si quadratam Romam Fabius, & Cato describunt; quadripartitā, & quadri Urbem intelligunt. Sic enim & Annius interpretatur. Certe Fabius Romam primo tetrapolim, eum quadratam appellat, quatuor videlicet diuersis locis constantem, in Palatino monte constitutis: nempe Roma oppidulo versus Esquilias antiquiore, quam esset Romulus: Extructa Vellia versus Caelium; Germallia fundata versus Circum Maximum, quo germanos Romulum, & Remum Tiberis detulit in alueolo expositos; Romano Foro ædificato, quod aliqua sui parte spectaret Esquilias: Ex quibus quatuor, tetrapolis Roma, & quadripartita est. rotundæ tamen, & obliquæ figuræ. Qui ita sentiat, non audiet Solinum, aut Dionysium; nisi Dionysius idem quod Plutarchus quadrangulum intelligat. Solini autem locus non caret tenebris. Quid enim est? *Roma incipit à sylua, qua est in area Apollinis, & ad supercilium scalarum Caci?* Sylua enim in Palatino, scalæ ad rupes Auentini fuerunt, qua imminet Tiberi; Cum Vrbs Romuli fuerit in solo Palatio. *Dicta est Roma quadrata, quod ad æquilibrium foret posita; dicta, non facta.* Poni autem ad æquilibrium, si, vt notat Crinitus, significat construi ad æqualem regulam, & æqua ratione absolui; rectius orbiculatæ structuræ accomodatur, cuius partes æqualiter distāt à medio.

Lib. 4. de Hom. discipl. c. 9.



Locus conditæ Urbis à Romulo. Cap. III.

Roma
condita in
Palatino.
Fab. Pic.
lib. 2.

Cato in
Originib.

Liui. lib. 1.

Diony. l. 2.

Tacitus

12. Ann.

Messa 2.

de Auguf.

progenie,

& alij.

Lib. 2.

Lib. 4. E.

leg. 4.

Lib. 5.

Loco cit.

Lib. 2. c. 1.

Quid fit

Pomœriū

Lib. 13. c.

14. in Ro-

mulo.

Lib. 1.

IS fuit Palatinus Collis, vbi nunc Horti Farnesiani, vt sine contro-
uerfia auctores. Dubium tamen, an Romulus aliquid aliud præter
Palatium ædificarit, vel Pomœrio incluserit. Nam Tacitus loco
citato, *Capitolium, inquit, non à Romulo, sed à T. Tatio additum*
Urbis credidere. Sed Dionysius ait ante Sabinum bellum Capitolium, &
Auentinum à Romulo fuisse munitum. Liuius quamuis primò scripserit,
Romulus Palatinum primùm, in quo ipse erat educatus, munit; tamen
paulo post, *Crescebat, inquit, interim Vrbs munitionibus, alia atque alia*
appetendo loca. Idem cum Plutarchus memorat, Capitolium ante Sabi-
num bellum factum fuisse Arcem Romanorum: *Spurius Tarpeius inquit,*
Romana præerat Arx. Mœnibus vtique munita. Idem paulo post: *Huius*
filia Tarpeta aquam forte tum sacris extra mœnia petiit iuerat. Eadem
apud Propertium sic loquitur flagrante bello:

Romani montes, & montibus addita Roma.

Strabo. *Frisci namque Capitolium, & Palatium, Collemque Quirinalem*
sic munire muris, vt venientibus aliunde exterius facilis foret ascensus;
adò vt T. Tatio primo aduentans incurfu locorum potitus sit. Cato: *Rom-*
ulus, inquit, cum Palatio etiam Esquilinum tenuit, ab exœubijs dictam,
quas illi Lucumo dedit more T. Tatio. Fabius: *Forum, inquit, Romanum*
ædificauit, & post bellum Sabinum fœdere icto Romulus Urbis agros diuisit
in partes tres aquis collibus. Sabinis & Tatio Capitolium, & Quirinalis:
Romulo, sequentes, Esquilinus, & Palatinus, in quo Roma: Galerito, &
Luceribus, T. Tatio Cælius, & Cæliolus obuenerunt. Et vt constaret de ha-
bitatione loqui, subiicit: *Auentinum Romulus passus est habitare.* Sex
igitur colles incolis frequentes fuere ante obitum Romuli: Forum, &
Arx, & alia loca teste Liuius, & Strabone. De Foro Propertius:

Stabant Romano Pila Sabina Foro.

Postremo Valerius: *His (Romulo, & Remo) inquit, Auus Numitor*
eo loco, vbi educati erant, Urbem condere permiserat, sub monte Palatino.
Tam varia, & incerta est in auctoribus antiquitas.

Verum vt statuatur fines Urbis, non mœnia spectari debent, sed po-
mœrium. Numquam enim propriè Vrbs accepit incrementum, nisi pro-
ducto pomœrio. Vt autem constet quid hoc esset; *Principium, inquit*
Varro, quod erat post murum, pomœrium dictum eiusque ambitu auspicia
urbana finiuntur. Gellius: *Locus per totius Urbis circuitum ponè muros,*
qui facit finem Urbani auspicij: sic Plutarchus οὐρανὸν ὁμαδὲν ταχῆς, ἢ μετὰ
ταχῆς. quasi post murum, vel pone murum. Vt neque interiore parte.
(quod ait Liuius) *ædificia mœnibus continuarentur, & extrinsecus puri*
aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatium, quòd neque habitari,
neque arari fas erat, non magis quòd post murum esset quam quòd murus
post id, pomœrium Romani appellarunt. Iam in Urbis incremento quan-
tum mœnia processura erant, tantum hi termini inaugurati consecratiq;
pro-

proferebantur. Limes pomcerij certa per interualla distinguebatur Cippi-
 pis, idest lapidibus curuam in formam in summo expositis, Varro: Cippi Loc. cit.
 pomcerij sunt circum Romam, Tacitus: *Inde certis spatijs interiecti lapi-*
des. His additæ sunt inscriptiones. Duas adduco ex Grutero: primam
 cum Augustus Urbem auxit.

C. MARCIVS. L. F. L. N
 CENSORINVS. ET. C. ASI
 NIVS. C. F. GALLVS. COS
 EX. S. C.

FIN. POMER. TERMIN

Akteram Claudij:

TI. CLAVDIVS
 DRVSI. F. CAISAR
 AVG. GERMANICVS
 PONT. MAX. TRIB. POT
 VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.
 CENSOR. P. P
 AVCTIS. POPVLI ROMANI
 FINIBVS. POMERIVM
 AMPLIAFIT. TERMINAFITQ

Aio igitur, Romulum cum Urbem conderet, solum Palatium pomce- Palatinus
 rio inclusisse. Gellius: *Antiquissimum autem pomcerium, quod à Romulo pomcerio
 institutum est, Palatini montis radicibus terminabatur.* Fabius, & Pala-
 tinus, in quo Roma: cum tamen dixisset alios Colles habitari. Romulus
 apud Liuium: *Iuppiter, inquit, tuis iussus auibus hic in Palatino prima*
Urbi fundamenta ieci. Tacitus; *per ima montis Palatini,* loquitur enim
 de terminis mœnium. Idemq; est apud Valerium, *Urbem condere sub mon-*
te Palatino. Messala: *Palatino in monte, auspiciato parua mœnia ponunt.*
 Quod si ante bellum Sabinum Romulus muniuit Capitolium, & fortasse
 Auentinum, teste Dionysio: & Lucumo Hetruscus, teste Fabio, prox-
 mum Capitolio Quirinalem; id fecit non habitationis gratia, sed ne edi-
 tis locis positus hostis grau us inde in Urbem incumberet. Quare & Fo-
 rum Romanum tunc extra pomcerium fuit. de quo sic Dionysius. *Facto Lib. 2.
 fœdere ijdem, Romulus & Tarius planitiem Capitolio subiectam excisa syl-*
ua, & stagno, quod propter loci cauitatem erat aquarum à vicinis môtibus
manantium receptaculum, terra congesta repleto, in huius quod nunc est,
 Fori

Fori usum verterunt. Neque vero, cum supra ex Fabio Pictore dicebam, ædificatū à Romulo Forum, quartam Urbis quadripartitæ partē, hoc Forum intelligi volui, quod postea *Magnum, & Vetus, & Romanum* dictum est; sed aliquod aliud Forum in ipsomet Colle Palatino à Romulo factum pro nudinis; Noua enim Vrbs loco indigebat, quo conuenirent ciues, negotiarentur, emptionibus venditionibusque necessaria vitæ compararent. Quod ipsemet Fabius confirmat paulo post scribens, inito prælio Sabinorum Romanorumque extra portam Palatinam, Metium Curtium se se cum equo armatum in paludem iniecisse. Ex quo (vt quidam aiunt) nomen loco dedit, qui lacus Curtius dictus est, in mediò Romano Foro; sed tunc Palus erat extra Urbem. quod, & Liuius, & Varro memorant.

Hæc quidem clara sunt, quæ conficiunt Palatinum Collem Romano pomærio definitum. Illud difficilium, an Romulus isto fœdere cum Tatio pomærium produxerit. Nam fortè subindicat Tacitus, *Capitolium non à Romulo, sed à Tito Tatio additum Vrbi credere. Mox pro fortuna pomærium auctum.* Quasi & illi auxerint, vt sequentes Reges. At Dionysius: *Romulo, inquit, tenente Palatium, eique contiguum montem Cælium; Tatio verò Capitolium, quod primum occupauerat, & Quirinalem Collem.* Idem indicant quæ supra ex auctoribus recitabam de Vrbe, alia atque alia subinde loca appetente.

Lib. 2.

Lib. 6.

Idem canit Virgilius, apud quem de Romulo Anchises:

En huius nate auspicijs illa inelita Roma

Imperium terris, animos aquabit olympo:

Septemque vna sibi muro circumdedit arces;

Vbi Seruius: *Grandis est inde dubitatio, & alij dicunt, breues septem Colliculos à Romulo inclusos, qui tamen alijs nominibus appellabantur. Alij volunt hos ipsos, qui nunc sunt, à Romulo inclusos, idest Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cælium, Viminalem, Esquilinum, & Ianicularæ. Alij vero volunt hos quidem fuisse, alijs tamen nominibus appellatos, Hæc ille. At non facile affirmauerim cur dixerit Ianicularæ pro Capitolino. Ianiculum autem fuit extra Urbem, vt infra.*

Pomærii
sub Ro-
mulo non
occupauit
septem
montes.

Certum in hac dubitatione primo videtur, non potuisse à Romulo per septem Montes Urbis extendi pomærium. Nonnulli quidem illo Rege proximos insedere colles, Quirinalem, Cælium, Esquilinum; sed extra Urbem habitauerunt. Nam etsi alij alia scribant, in hoc tamen audiendus potissimum est Liuius, & Tacitus. Dionysius vero qui dixerat Tatum, Capitolium, & Quirinalem habitationi destinasse, postea de Numa scribit, *Quirinalem Collem complexus ampliatis mœnibus;* quem tamen collem cum reliquis præter Capitolium, & Palatinum adiectos esse ab alijs Regibus testatur Liuius.

Qui ex iure
terminos
Urbis
propaga-
runt.
Loc. cit.

At Tacitus, qui additum à Tatio Capitolium ex inueterata opinione affirmat, negat *Iure pristino terminos Urbis propagari, nisi ab ijs; qui protulere Imperium.* Et agro quidem de hostibus capto, vt ait Gellius quod sanxisset Romulum condita Vrbe censendum est. Tatius autem de hoste nihil ceperat; nisi adiectio Sabini territorij pro hostico habenda sit. Ni-

hilo-

hilominus tamen nemo temere inficiari potest, Capitolium vel à Tatío Romuli ritus imitante, vel à Romulo post Tatij mortem inclusum pomœrio fuisse. Nam & Sabinos nouam gentem receperat in Ciuitatem, quæ causa fuit posteris Regibus profertendi pomœrium. *Liuius: sequutusque, inquit, morum Regum priorum, Ancus Martius, qui rem Romanã auxerant, hostibus in Ciuitatem accipiendis.* adiecta quippe multitudine, addebatur habitationi locus. Quare primo Capitolinus mons Sabinis, deinde Cœlius Albanis, tum Latinis Auentinus datus est. Præterea nusquam legimus, deinceps Capitolium Vrbi additum, quod de alijs Collibus memoratur. Demum quia non licebat captare urbana auspicia extra pomœrium; sequentibus autem ætatibus in Capitolio præsertim de Cœlio est obseruatum. Quare Collis ille celeberrimus finibus inaugu-
ratis & pomœrio circumscriptus est.

Hic tamen negotium faceffit Plutarchi auctoritas. Ait enim: *Vulcani Templum iam inde ab initio adificatum à Romulo, ut ibi una cum collega suo Tatío Curiam haberet, & colendum quidem Deum ignibus præpositum; sed extra Urbem locum illi assignandum statuisse.* Quibus consentiunt ea quæ tradit Virruuius ex Aruspicum hetrusca disciplina. Atqui huius Templi locum designat Dionysius loquens de Foro Romano; *Vbi, inquit, magna hominum frequentia negotiabatur circa Vulcani Templum paulum supra Forum eminentis, ibique narrat Romulum dedicasse quadrigas æreas, & suam effigiem; quod & Plutarchus testatur in Romulo.* Eandem Vulcani ædem, siue Vulcanale supra Comitium in Foro collocat Sextus Pompeius. Ex quibus deducitur ædem Foro imminentem extra Urbem fuisse; quod tamen recepto intra Urbem Capitolio esse non potuit, interiacente Foro Palatinum, & Capitolinum Collem. Constat autem illam ædem non ante conditam, quam Romulus, & Tatius pari potestate regnarent. Quod cum Plutarchi verba demonstrant: tum Liuius, vbi Iouis Feretrij Templum omnium primum Romæ sacram scribit in Capitolio.

Nodus hic facile explicatur. Ædes enim Vulcani structa est à Romulo extra suam Urbem, nempe Palatium: & extra Tatianam, nempe Capitolium. Verum postea ad parandum Forum cõplanata, repurgataque; valde intermedia, vt Urbem vtramque coniungerent, ibi quoque pomœriũ continuari debuit, intra eius fines recepta cū Foro Æde Vulcani. Credi-derim autem Romulum satis fecisse volũtati suæ, si Ædẽ Vulcani incendiõrũ præsidis sua Palatina Roma amandasset, vt ignes ab ea remoueret.

Iam vt congrua Urbis auctæ delineatio sit: A sinistro Capitolij latere, vbi postea Carcer Tullianus, pomœrium Colosseum versus producat, vt Sacram quoque viam in qua Romulus, & Tatius fœdus fecerant, aliqua parte includat. Inde conuersum per radices Palatini, vallemque Circi Maximi tendat ad Tiberim. Ad quem alia pars muri pertinebat, dextrorsum Capitolio accubantis, productique secundũ Theatrum Marcelli. Ibi Porta Carmentalis.

Lib. 1.


In Quæst.
Rom. q.
47.

Lib. 1. c. 7.

Lib. 2.

Lib. 1.

Vulcani
Templum
quomodo
extra Vr-
bem.Aucta
Vrbs a
Romulo
quid oc-
cuparit.



Portæ Urbis Romuli. Cap. IV.

In Romulo.

Portas quomodo constituerunt autem.

GENERATIM de Portis scribit Plutarchus, portas Urbis sacras non fuisse. Nam cum conditores aratro mœnia designarent; *Vbi portam, inquit designare visum est, vomere exempto, atque aratro sublato spatium relinquunt. Unde totum habent murum præter portas sacrum. nam eas si ducerent sacras, religiosum esset necessaria, & impura in Urbem recipere, & exportare. Sic. ff. lib. I. tit. de Diu. Rer. l. si qui. Si quis violauerit muros, capite punitur. Sicuti si quis transcendet scelis admotis, vel alia qualibet ratione; nam Ciues Romanos alia, quàm per portas egredi non licet, cum illud hostile, & ahominandum sit. Nam & Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quod*

murum

murum transcendere voluerit. Idem testatur Ouidius, apud quem verba iubentis Romuli sunt;

*Nèue quis aut muros, aut factam vomere fossam
Transseat: audentem talia dede neci.*

*Quod Remus ignorans humiles contemnere muros
Cœpit: & his populus, dicere, tutus erit?*

*Nec mora. transijt: retrò Celer occupat ausum:
Ille premit duram sanguinolentus bumum.*

Quamuis autem Portæ sacræ non essent, sanctas dicebant. Inst. lib. 2. de Rer. diuis. §. sanctæ. sanctæ quoque res, veluti muri, & portæ Ciuitatis. Idèò autem muros sanctos dicimus, quia pœna capitis constituta in eos, qui aliquid in muros deliquerint. ff. aut. tit. cit. l. sanctum. Sanctum est quod ab iniuria hominum defensum, atque munimentum est. & l. sacra: dicimus sancta, quæ, neque sacra, neque profana sunt, sanctione enim quadam sunt subnixæ. Quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est. Hinc intelligi potest frustra à quibusdam ex loco Plinij vel corrupto, vel perperam explanato, de quo postea, designari in Vrbe Roma florenti, & aucta portas triginta septem. Cum enim muri sacri essent, & multo pauciores post exactos Reges portæ fuerint; iure infertur, nūquam tot portas fuisse. Religiosum enim erat rem sacram euertere: & non sacram, idest portam substituere. Idque immutatis muris nunquam factum opinor. Quamquam forte aucto pomœrio contingere potuit. Sed & tunc antiquas portas ad noui muri ambitum fuisse translatas probabilius est.

Iam Portæ Urbis Romuli quot fuerint, docet Plinius. *Vrbem, inquit, tres portas habentem Romulus reliquit, aut vt pluribus tradentibus credamus, quatuor.* Prima dicta est Mugionis, seu Mugonia à Boum mugitu, qui ex ea emittebantur. Fuit hæc, vt ait Dionysius, *prope Templum Iouis Statoris: ducebatque e Sacra via in Palatiū, in cuius via capite Templum Iouis Statoris erat, vt ait Plutarchus: in ipso fori Romani margine, vt colligitur ex Liuiō.* Hæc ergo porta ibi erat, qua parte mons Palatinus est deuexus in vallem vbi olim Templum Pacis, nunc Pacifera Virginis, Nouæ cognomento: contra ipsam ædem SS. Cosmæ, & Damiani. Altera Romanula, siue Romana dicta est, *Qua, vt ait Varro, est dicta ab Roma, quæ habet gradus in Naualia ad Volupia sacellum, & Porta Romana instituta est à Romulo in infimo Cliuo Victoriae, qui locus gradibus in quadraturam formatus est.* Hic autem locus idem ille videtur esse, de quo Plutarchus: *Romulus habitauit ad Pulcbri littoris quos vocant gradus circa descensum ex Palatio in Circum Maximum.* Quod si verum est; Hæc porta in altero latere Palatini collis sita fuit, contra Auentinū, & Circi Maximi vallem spectans. Quod etiam conijcitur ex alijs Varronis verbis: *Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in Nouam viam exitur, vt aiunt quidam, ad Sepulchrum Accæ, qui locus extra Urbem antiquam fuit, non longe à Porta Romanula.* Velabrum enim propè Circum Maximum fuit. Quamquam Sextus Pompeius videtur refragari, qui hæc porta iter aperit in Sabinos.

4. Fast.

Lib. 3. c. 5.

Tres por-

tæ.

Urbis Ro-

muli.

Porta Mu-

gonia.

Lib. 2.

In Vita

Cicer.

Lib. 1.

Porta Ro-

manula.

In Romu-

lo.

Ter-

Porta Ianualis.

Lib. 1.

Lib. 1. Saturno.
1. Fast.

Tertia porta Ianualis est dicta *ab Iano*, ut ait Varro, & *ideo ibi positum Iani signum*, & institutum à Numa Pompilio, ut sit clausa semper, nisi cum bellum sit. Non facile statui potest, ubi hæc porta fuerit. Onuphrius collocat in foro Romano, deque ea loquutum putat Liuium ijs verbis, ut *Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, fusaq; est ad veterem Portam Palatij*. Sed ibi sermo est de porta Mugonia ad Sacram viam, & Templum Iouis Statoris. Subdit enim Liuius, Romulum turba fugientium actum, votum eodem in loco nuncupasse, Templumque Ioui obtulisse. Quod Templum inibi postea ædificatum propè portam, ut supra dixi, Mugoniam fuit. Macrobius ponit sub radicibus collis Viminalis. sed hic locus ab Vrbe Romuli non parum aberat. Ouidius inter duo fora collocat (Boarium, & Piscarium, ut interpretantur) subiungens quæ causam ait: Tatium Sabinorum Regem, occupata iam arce descendisse in forum per cliuum Capitolinum; Hic enim est intelligendus. Tum subdit, Iano loquente.

*Et iam contigerant portam: Saturnia cuius
Demiserat oppositas inuidiosa seras.
Cum tanto veritus committere Numine pugnam,
Ipse mea moui callidus artis opem.
Oraque, qua pollens ope sum, fontana reclusi:
Sumquæ repentinas eiaculatus aquas.
Ante tamen madidis subieci sulphura venis:
Clauderet ut Tatio feruidus humor iter.
Cuius ut utilitas pulsus percepta Sabinis:
Quæ fuerat tuto reddita forma loco est.
Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello;
Hæc adolet flammis cum strue farra suis.*

Eadem fabulam loco citato refert Macrobius. Porro locum, & portam fuisse ad Aedem Iani, indicem pacis, ac belli, indicant Ouidij sequentia.

Sed cur Pace lates, motisque recluderis armis?

Fuga Roman. ut se habuerit.

1. Æneid.

Omissis quæ de hoc Templo alibi dicenda sunt, portam Ianualem Templo Iani propinquam arbitror sub Palatino colle, quæ spectat Capitolium, primo fuisse. Romanos Sabino bello partim ad Mugoniam cum Romulo, partim ad Ianualem, diuisa fuga venisse. De Mugonia Liuium: De Ianuali Ouidium, & Macrobium, mutato portæ situ, sequutos: de vtraque Dionysium, *ἀποσιζοντες ταῖς πόλαις ἀπὸ τῶν πορτῶν*, Ad Mugoniam stetit Romulum, impetuque in subeuntes hostes facto, Sabinos sudisse: eisdem Ianuali portæ appropinquantes fuisse auersos aliorum fuga, & Curtij Sabini periculo, qui in proximam paludem confluentibus aquis se coniecerat. Inde exortam fabulam Iani aquam effluentis commiscentisque sulphuratos humores; nam ad Ianum geminum, ut ait Varro, *aqua sulphurata fuerunt*. Quod ad Iani ædem pertinet, putarim quoque simulacrum, & Aediculam Iano fuisse factam à Romulo ad radices Palatij, ubi porta Ianualis. Seruius, *constat*, inquit,

quit, *Iani templum patuisse sub Romulo*. Postea ampliatio pomerio cum Capitolium & Palatium idem murorum ambitus cingeret, translatum à Numa signum, Templumque extra mœnia, & quasi bellum excluderetur, clausas Templi fores apertas sub Romulo. An eodem translata sit porta Ianualis mihi exploratum non est. Hoc quidem, & eiusdem portæ claudendæ aperiendæque morem indicat locus Varronis. Fauent & Ouidij carmina: quamquam ipse de ea porta sic est loquutus, quasi & in Palatio, & ad imum Argiletum sub Capitolio esset. Ex consuetudine videlicet Pœtarum, quibus per anachronismos mutare in rebus rationem temporum religioni non est.

Quarta est Porta Carmentalis ad radices Capitolij, & forum nunc Porta Carmentalis. Montanarium, fortasse Ianualis etiam dicta, vt tres tantum essent portæ. De ea postea.

Alterius Portæ meminit Varro, quæ Saturnia diceretur ad ædem Saturni sub Capitolio, quam nunc, inquit, vocant *Pandanam*. Hæc quamuis fortè in Vrbe Romuli aucta, & complectente Capitolium vsui esset, tamen non censetur in Romanarum Portarum numero, quia supererat ex vetere oppido, quod in Capitolio situm Saturnium dicebant. Apud 6. Fast. Ouidium sic Iuno:

*A Patre dicta meo quondam Saturnia Roma est,
Hæc illi à Cælo proxima Terra fuit.*

Ex his animaduertes haud recte à M. Fabio Rauennate, deinde à Iano Iacobo Buisardo, qui eius vestigijs institit, Romam quadratam Romuli delineatam fuisse. Quatuor enim montes mœnibus comprehendunt, Capitolinum, Palatinum, Esquilinum, Auentinum. Atque vt alia, quæ ibi peccant, præteream; frustra expromunt quadratam Romam confictis quatuor monticulis, dolatis quodammodo, & in quadrum dispositis. Nam ex quatuor illis muro inclusis nunquam Vrbs quadrata existeret. Quæ si fuit, solum secundum radices Palatij fuit.

Incrementum Vrbs sub alijs Regibus.

Cap. V.

Numa Secundus Romanorum Rex nihil addidit. At refragatur Dionysius, qui sic ait; *Numa & Quirinalem Collem completus ampliatis mœnibus*. Sed contra, Liuius adiectionem Quirinalis Seruio Tullio attribuit. Vbi sola certatur auctoritate, auctorem sequor Liuium; cum quo sentit Plinius, siue quis auius de Viris illustribus. Numa quidem in Quirinali domum sibi parauit, sacrauitque Aediculam, vt alibi referam; sed montem Vrbi non addidit. Lib. 2.

Cælium hodie Lateranum addidit Tullus Hostilius, traductis Romam Albanis. Dionysius factum astruit ante bellum Albanum; nec, puto, persuadet. Causa enim, quam supra attigi, dictum oppugnat: Vrbs videlicet terminos neminem auxisse, nisi aucto Imperio, & agro de hostibus capto.

capto. Qua conficitur, nihil adiecisse Numam, qui serere in animis religionem, quam bello captis agris frumenta maluit.

Ancus Martius recepto more dandi Ciuitatem victis hostibus, pro Latinis muniuit Auentinum, vbi Tempa SS. Sabinæ, & Balbinæ: iisdemque habitandam dedit Murtiam Vallem, duobus subiectam collibus, Palatino, & Auentino. Murtia autem à Venere dicitur, quæ olim Myrtia de myrto eidem dicata dicebatur, teste Plutarcho. Idem Rex Ianiculum mœnibus sepfit, ne illo potiretur hostis: fluuium iliceo ponte iunxit, quem Sublicium dixerunt, vt ex Auentino peruium in Ianiculum iter esset.

Quæret aliquis: Cùm hoc Rege Vrbs terminaretur Capitolio, nec Quirinalem, aut Esquilias attingeret, Cur scripserit Liuius: *Carcer media Vrbe imminens foro edificatur.* Nam Forum sub Capitolio erat, Vrbs autem versus Palatinum, & Cœlium, & Auentinum longius producebatur. Sed media Vrbs pro loco Vrbs celeberrimo habenda est, in quo fere degeret populus, negotiaretur, otareturque. Huiusmodi enim loca pro Vrbsium meditullio habentur.

Tarquinius Rex Quintus Vrbsi nihil soli, muri plurimum addidit; De quo sic Liuius, *muro lapideo Vrbsm cingere parat.* Messala, *muro lateritio circuit Vrbs, Aquas Cloacis è fastigio in Tiberim ductis siccat.* Postremus Seruius Tullius Rex Sextus Quirinalem, hodie Caballum, in quo ædes Pontificiæ: Viminalem, in quo Templum S. Laurentij in Palisperna, & Therma Diocletiani: Esquilinum collem adiunxit, in quo Tempa S. Petri ad Vincula, & S. Mariæ Maioris: mœnia, & pomœrium protulit.

Hic suboritur dubitatio. An Tullus Hostilius, & Ancus Martius pomœrium protulerint. Nam Liuius solum à Seruio fuisse prolatum scribit, cum Gellio. Ancum quidem constat non auxisse, quamuis eodẽ modo de hoc Rege, ac Tullo Hostilio loquantur Liuius, Dionysius, Plinius. & tamen de Anco est negandum, addito Auentino, quod affirmatur de Tullo Hostilio, adiecto Cœlio. Auentinus enim mons infelix, & inauspicatus credebatur esse; *Quòd eo monte,* inquit, Gellius, *Remus Vrbs condenda gratia auspicauerit, auesque irritas habuerit superatusque in auspicio à Romulo fit.* Idcirco (vt ait Messala apud eundem) *omnes, qui pœmeritum protulerunt, montem istum excluderunt, quasi auib. obscœnis ominosum.* Fabius autẽ Pictor, *Auentinum,* inquit, *Romulus neminẽ passus est habitare: Nam fratri Remo illum sacrum esse voluit vsque Helernam.* Lucus est hic Auentini ad Tiberim. Sed quoniam Ancus propter locorum situs Vrbsm ab ea parte non satis munitam animaduertit, præaltum collem muris, & ædificijs occupauit; illum tamen extra Vrbsm non produco pomœrio reliquit. Pomœrium enim religiosè, verequẽ Vrbsm terminabat inauguratum, consecratumquẽ. Seneca: *Hoc inquit, scire magis prodest, quàm Auentinum montem extra pomœrium esse, propter alteram ex duabus causis: aut quòd plebs eò secessisset, aut quòd Remo auspicante illo loco aues non addixissent.* Sic vero se habuit vsque ad Claudium Cæsarem. Quo auctore, inquit Gellius, *receptus, & intra pomœrij fines obseruatus est.* Et quos, ait

Loc. cit.

Lib. 2.

Auentinus
extra Vr-
bsm.

De breuit.
vit. cap. 4.

Tacitus, *Claudius terminos posuerit, facile cognitu, & publicis actis pra-*
scriptum. Hi utique, de quibus Gellius; aliter non facile esset cognoscere.

At Cœlius collis aduersa de causa pomœrio includitur; non enim in-
auspicatus est collis, neque inficiantur auctores ibi fuisse pomœrium. Ta-
citus quidem, eodem loco, plures Reges auxisse pomœrium notat. *Re-*
gum, inquit, *in eo (pomœrio) augendo ambitio, vel gloria variè vulga-*
ta. Quod si Tullius Hostilius non auxit; qui Reges, prater Seruium
auxerunt? Neque deinceps Cœlium ab alio intra pomœrium inclusum
constat. Quamuis autem Plinius scribat Auentinum Vrbi additum: &
Dionysius Ancum Regem Urbem non mediocriter auxisse, Auentinum
complexum eisdem mœnibus; Lilius tamen ait, Auentinum nouæ mul-
titudini datum; quasi non receptum intra Urbem.

Ianiculum fuisse extra Urbem.

Cap. VI.

IS Mons est imminens Transiberinæ regioni, in quo Templū colitur
S. Petri, cognomento Montorj. Hunc Montem Ancus etiam muni-
uit. Plinius: *Ancus Auentinum, & Ianiculum Vrbi addidit.* Lilius:
Ianiculum quoque adiectum. Dionysius: *Muro cinxit & Ianiculum*
Montem in aduersa ripa imminentem Tiberi, collocavitque in eo presidium,
ut ab Hetruscis tutior esset fluminis navigatio. Onuphrius his permotus,
Quamuis autem, inquit, Ancus Auentinum extra pomœriū esse voluerit;
illud tamen Ianiculo, & Transiberina regione Vrbi adiunctis, quartus,
à Romulo protulit. Ego autem quidquid esset trans Tiberim, fuisse extra
Urbem, & pomœrium censeo. Neque id ostendere difficile est. Nam
Dion; cum scripssisset Metellum Celerem Augurem, Prætoremque è Ia-
niculo Vexillum euellisse, subdit. *Quod de Vexillo dixi, sic habet.* Cum
antiquitus multi hostes circum Romam habitarent, veriti Romani, ne dum
ipsi Comitia Centuriata agerent, hostes per insidias Urbem aggredierentur,
Ianiculumque occuparent (Τὸ ἰανικουλον καταβάλλοντες) statuerunt non
omnes simul ire in suffragia, sed ut semper aliqui armati per vices eum
locum custodirent. In Ianiculo igitur quandiu populi conuentus durabat,
custodia agebantur. Cum autem soluenda iam erat ἐκκλησία, seu Conuen-
tus, signum à Ianiculo remouebatur, custodesque discedebant. Non
autem licebat custodijs ab eo loco remotis quicquam amplius statuere. Is
autem mos solis Centuriatis Comitijs obseruabatur, cum extra Urbem om-
nes in armis adesse res postulabat, & id hodieque Religionis causa fieri solet.
ἀλλὰ πινας inquit, αἰεὶ ἐνόπλιους τὸ κωεῖον ἐκείνο ἐκ διαδοχῆς φυλάττειν, &
αὐτὸ ἕως ἡνὶ ἐκκλησία ἦν ἐφύραεν. ὅποτε ἡ διαλύσειθαι ἐμελλε, τότε ση-
μεον καθερείτο, & οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο. & γὰρ εἰ μὴ φερούρου ἰδρὸν
τὰ χεῖρας ἐκείνου, εἰδὲν ἐπὶ χημαποδῆναι.

Loc. cit.

Lib. 1.

In Urbis
Roma.

Lib. 37.

Lib. 16.
cap. 27.

Quod etiã probatur explicaturque à Gellio: *Centuriata autem Comitia intra pomerium fieri, nefas esse, quia exercitum extra Urbem imperari oporteat: intra Urbem imperari Ius non sit: propterea Centuriata in Campo Martio haberi, exercitumque imperari praesidij causa solitum, quoniam populus esset in suffragijs ferendis occupatus.* Ex geminis horum auctoꝝ locis hæc perspicuè deducuntur. Exercitum intra Urbem imperari Ius non erat: Imperabatur autem Centuriatis Comitij, & collocabatur in Ianiculo. Hic igitur erat extra Urbem. Non video quid inficiari quispiã queat, nisi prædicet, in Ianiculo quidem, at extra mœnia positas fuisse custodias, & cum vexillo militari exercitum; non enim mœnia occupant totum Collem. Cui responsioni vix videtur occurrendum; pugnat enim perspicuè cum sensu Dionis, qui ait: recepto à priscis more aliquos armatos in Ianiculo egisse custodias. Vbi autem Custodiæ fiebant nisi ad portas, & in ipsis mœnibus? in quibus videlicet signum ponebatur ut ex editi collis præcelsa Turri prospiceretur è Campo Martio. Deinde quando de Ianiculo post Urbem conditam loquuntur auctoꝝ, nisi quid obstat, partem collis mœnibus cinctam debemus intelligere. Sic enim Livius: *Ianiculum quoque adiectum non inopia loci, sed ne quando ea arx hostium esset. Et: cum captum repentino impetu Ianiculum. Et: velut agmine iam uno petijt Ianiculũ.* Et clarius paulo post; *Via que Sublicio Ponte ducit ad Ianiculũ. In eo cliuo, cum L. Albinus de plebe Romana, &c.* Sic apud Appianum: *Octavius in medio Ianiculi perstans. Et: Nam pars Collem qui Ianiculus dicitur, in quem pecunia omnes collocata fuerant, insederat.* vbi vides partem Collis intelligi, quæ muris muniretur. Nec tamen intra Urbem esse dicenda est; hoc enim est, esse intra pomerium: non intra muros, ut de Aventino dicebam. Nec inficias ierim, interdum hoc nomine totum significari collem, seu verius continuatos colles. Dubiè Quidius:

Lib. 1.

Lib. 2.
Lib. 5.

Lib. 1. de
Cinil. bel.
Lib. 3.

1. Fast.

Lib. 4. ep.
66.

Lib. 13.
epist. ad
Attic. ep.
33. Od.
20. l. 1.

Arx mea collis erat: quam vulgus nomine nostro

Nuncupat: hæc ætas Ianiculumquæ vocat.

Nam in eo colle Urbem Antipolim condiderat Ianus. Martialis non de munitione solum Anci loquutus est, cum ait:

Tulli iugera pauca Martialis

Longo Ianiculi iugo recumbunt.

Apertè enim verticem indicant, cui subiacet campus Vaticanus, quæ sequuntur;

Illic Flaminia Salariaque Gestator patet. Et: cũ sit tam prope Miluius.

Ex quibus videtur Martialis improprie loquutus; & accepisse montes Vaticanos pro Ianiculo: Hi enim sunt colles, qui perpetuo iugo ab Ianiculo per tria circiter millia passuum tenduntur ad Miluium Pontem.

Cicero: *A ponte Miluio Tiberim duci secundum montes Vaticanos.* Et Horatius:

. datus in Teatro

Cum tibi plausus,

Chære Mecenas eques: ut paterni

Flu-

*Fluminis ripa, simul & iocosa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.*

*Cacubam, & praeo domitam Calcæno
Tu bibes unam: mea nec Falerna
Procula colles.*

Loquebatur autem de plausu facto in Theatro Pompeij, quod ferè cõtra ipsum Ianiculum erat, ex quo plausu resultauit Echo è Vaticano colle.

Præterea Insula, quæ media est inter Urbem, & Transtiberinam regionem, fuit olim extra pomerium. igitur multo magis Transtiberina regio, & Ianiculum. Illud autem tum ex Plutarcho patet, tum ex Plinio. Plutarchus quærit, cur Aesculapij Templum extra Urbem esset, cum esset in Insula Tiberina, tresque reddit causas; *Vel quod purior, & salubrior sit aer extra, quàm intra Urbem; vel quod Epidauro peste laborantes Aesculapium accersendum curauerint; Epidaurij autem non in Vrbe, sed procul inde Templum habuerint*, quod Liuius quinque millibus passuum ab Vrbe distans describit: *vel quod Romani Anguem ab Epidauro, qui se in eorum Nauem contulerat, in quo ipsum Numen esse putabãt deportauerunt: eoque in Insulam Tiberis egresso arbitrati sunt Deum locum Templi indicasse.* Claudianus:

*Huc depulsurus morbos Epidaurius hostes
Reptauit placido tractu, vectumque per undas
Insula pæonium texit Tiberina draconem.*

Idemque legimus apud alios. Plinius vero aliam addit causam, cur Templum extra Urbem fuerit; quod prisca illi artem medicam damnarent, & ut Medicos, ita Aesculapium illorum Principem nollent in Urbem admittere: *Ideo, inquit, Templum Aesculapij, etiam cum reciperetur is Deus, extra Urbem fecisse iterumque in Insula traduntur; arbitror legendum, Tiberisque in Insula traduntur.* propterea Dionysius, *Insulam Aesculapio sacram* appellat. quæ nimirum etiam in eius effigiem Nauis, qua est aduectus Anguis conformata fuerit. Cæterum Kal. Ianuar. (ut hoc loco etiam ista commemorem) fuisse illam ædem cum proxima Iouis dicatam docuit Ouidius.

*Sacrauers Patres, hac duo Tempia dis.
Accepit Phæbo, nymphaque Coronide natum
Insula; diuidua quam premit amnis aqua.
Iuppiter in parte est: cæpit locus vnus utrumque:
Iunctaque sunt magno Tempia Nepotis Auo.*

Sed Iouis ædes multo post dedicata est an. Urb. cond. DLVIII. ut Liuius testatur.

In Quæst. Rom. q. 94.

Dec. 7. l. 5.


Lib. 3. in Stilic. Plin. l. 2. q. cap. 4. Val. lib. 1. cap. 8. Liu. epit. Dec. 2. Lib. 1.

Lib. 29. cap. 1.

Ædes Aesculapij in Insula Tiberina. Lib. 5.

Lib. 1. Fast.

Ædes Iouis in Insula Tiberina.



INSVLA IN EFFIGIEM NAVIS AESCVLAPIO SACRA


A. Templum Fauni.

C. Templum Iouis.

B. Templum Aesculapij.

D. Platea Navis.

Eadem Insulam extra Urbem fuisse confirmat Varro ubi ait: *Amnis Dec. 4. 1. 4. id flumen est, quod circuit aliquid, nam ab ambitu Amnis. Itaque Tiberis Lib. 4. de Amnis, qui ambit Campum Martium, & Urbem.* Si Ianiculum ponatur ling. Lat. intra Urbem Tiberis non fluendo ambiret illam sed interflueret, quare extra fuit. Confirmat Dionysius, qui lib. 3. de Tiberi sic ait: *Qui ex Apenino*



INSVLAE VESTIGIA

- | | |
|--------------------------|--------------------|
| A. Antiqua nauis platea. | C. Pons fabricius. |
| B. Nauis puppis. | D. Pons Caestius. |

καὶ παρ' αὐτῶν δὲ πάλαι πέων, ὅτι πρὸς τὸν ἴσμον Ῥωμῆος. De eodem Auctor Panegy. ad Constantium. Tu munitor mœnibus ambiendis.

Ad hæc Festus scribit: In Ianiculo Ludium sepultum fuisse, qui quondam fulmine in circo ictus fuerat, cuius ossa postea ex prodigijs, oraculorumque responsis Senatus decreto intra Urbem relata in Vulcanali quod su-

1. de Legi
bus.

In Quæst.
Rom. q.
79.

Vnde &
dies septi-
montium
ab his sep-
tē mon-
tibus, vt
ait Varro.

In 6. Ac-
neid.

pra Comitium est, obruta sunt. Non enim licebat in Vrbe hominem sepelire ex lege duodecim Tabularum, quæ memoratur à Tullio. *Hominem mortuū inquit, lex in duodecim Tabulis in Vrbe ne sepelito, neue vrito.* quamquam, vt Plutarchus scribit, eius qui acto triumpho esset mortuus, cremati os sumptum in Vrbe inferre, atque honoris causa deponere soliti sunt. Et Fabricio propter virtutem, post conditas duodecim Tabularum leges datum, vt in Foro sepeliretur. Relicto ergo Ianiculo, quamquam & Cluuerus contra sentiat, extra pomerium, intra illud statuuntur sex colles, & post Claudium septem: Capitolium, Palatium, Auentinus, Cælius, Esquilinus, Viminalis, Quirinalis. Sit extra Urbē quidquid trans fluuiū est: & collis hortorum, postea Pincius, nunc Trinitatis.

At inquires, nonne Roma semper dicta post Reges ἐν τῷ ἑπτὰ ὄρεσιν septicolis? Itā sanè. non enim cum septem colles numerant, excludunt Auentinum. is enim quamuis extra pomerium esset, dicebatur tamen vnus è septem Urbis collibus, quod mœnia cæteris adiuncta haberet, perpetuumquè omnium munimentum esset; contra Ianiculi mœnia fluuiio intermissa longe amouebantur ab Vrbe. Quare hic extra numerum collium: Auentinus vnus è septem fuit. Rursum inquires, alij dissentiunt, & vnum pro alio collem substituunt, de quibus Ludouicus Cerda. Sed hi auctores montes non multiplicant, sed nomina montium. *Neque enim, vt idem ait, octo montes facit Festus, memorando Palatium, Veliam, Fagutalem, Suburram, Germalum, Cælium, Oppidum, Cispium.* Quatuor enim ibi tantum colles enumerantur, *Palatinus*. cuius summa pars est *Velia*, & *Germalus* ima: qui locus à Germanis Romulo, & Remo ibi ad fluuium, & sicum ruminalem inuentus, dictus est, vt Varro scribit. *Fagutalis*, qui & *Viminalis*. *Suburra* collis non est, sed locus sub Esquilij, cum cliuo in eadem Esquilias: postremo *mons Cælius*, & *Esquilinus*, qui & *Oppius*, & *Cispius*, teste Varrone ab Oppio viro Tusculano, Cispio Anagnino qui ibi stationes habuerant, vt Festus ibidem. Non ergo montes enumerat. Festus, sed loca vbi fiebat sacrificium septimontium. Nam paulo post. *Septimontium appellabant diem festum, quod in septem locis faciebant sacrificium, Palatio, Velia, &c.*

Vrbis ambitus sub Consulibus vsque ad Syllam. Cap. VII.

Lib. 2.
Lib. 1.

ROMA sub Regibus fuit annis ducentis quadraginta quatuor, vt Dionysius, & Lilius testantur. à quo anno vsquè ad Syllam Dictatorem, nempe Urbis annum sexcentissimum septuagesimum quartum fluxerunt anni quadringenti, & triginta. quò tempore, quia nihil Vrbi adiectum est, quanta esset eius magnitudo statui debet. Ducendi ergo muri sunt à Tiberi iuxta Theatrum Marcelli ad Saxum Tarpeium; tum in colle Capitolino per eius crepidinem, quæ

quæ vergit ad planiciem Romanam: inde Columnam Traianam versus, quæ pars collis Quirinalis olim fuit. Hinc ad eius collis iugum versus Pontificium Palatium: tum S. Susannæ Templum. Hæc enim crepido montis perpetuò decurrens, imminet subiectæ valli; quamquam aliqua nunc molliori petuntur cliuo, quæ olim abrupta, & aspera fuere. vltra ædem S. Susannæ Collina porta, quæ & Salaria secundum viam Numen-tanam: à qua ad portam Esquilinam directus est agger Tarquinij Regis nongentos circiter passus; vt murus, qui nunc flexuris, angulisquè conuerfus amplius spatium propter causas post afferendas complectitur, rectâ producatur. A porta Esquilina versus Basilicam S. Mariæ Maioris mœnia deducta tendebant in Cœlium montem, eiusque dorsum insidebant, vsque ad eam partem, quæ deuexa est, vltra hortos Mathæiorum: tum delapsum in valles pomœrium iuxta viam Appiã per radices Auentini montis, extrâ ipso relicto decurrebat in Tiberim. quamquam & Auentinus suo cinctus muro vrbi munimento fuerit. Hic est ambitus, quem Reges reliquerunt. neque vterius processit *religionibus*, quod ait Dionysius, *vt fertur non permittentibus* *ἡν ἐὼντο, ὡς φαίνεται ἀπὸ τῶν ἀμφοτέρων*. Hic verò quoniam quædam certa, quædam incerta dicuntur; separanda, & dubia confirmanda sunt.

Romæ
ambitus
sub Regi-
bus.

Lib. 4.

Primum ergo certum est, Auentinum extra pomœrium, & Urbem fuisse; quod supra diximus. Alterum paulominus incertum: Urbis mœnia secundum iugum Quirinalis collis, in fine aggeris Tarquinij, in summo item Esquilino, & Cœlio colle fuisse. Plinius. *Clauditur, Roma, ab Oriente aggere Tarquinij superbi inter prima opere mirabili. Namquè eum muris æquauit, quâ maximè patebat aditu plano: cetero munita erat præcelsis muris, aut abruptis montibus.* Dionysius: *Urbis, inquit, mœnia erant partim in montibus sita, & rupibus; mediocri præsidio propter loci naturam opus habentibus: partim munita Tiberi fluuio.* Qui vero fuerint abrupti hi mōtes præter Capito inum, Quirinalem, & Cœlium dicere nemo potest, nisi forte illa ætate Esquilinus inter ortum, & meridiem non modico & ipse iugo tollebatur, quod nunc ferè siue ruinis, siue aggesta humo complanatum est. Præruptus & Auentinus, si ascribatur septem Urbis collibus. Muri interiectas valles occupabant: Agger autem Tarquinij sic ab eodem Dionysio eodem loco describitur: *Quâ verò maximè hostibus Urbis est obnoxia: ab Esquilina porta Collinam vsque opere manufacto munita est, fossa lata centum pedes, quâ minimè, alta triginta: cui imminet murus alto, & lato intus suffultus aggere, nec arietibus quassari, nec cuniculis suffodi facilis. Ea munitio septem fermè stadijs longa, lata quinquaginta pedibus.* Strabo: *Aggerem, inquit, porrexerunt super fosse supercilio interiore, murumque cum turribus à Collina porta vsque ad Esquilinam imposuerunt.* Hic ergo agger longus erat passus octingentos septuaginta quinque, tantumque porta Collina, & Esquilina inter se distabant. Onuphrius aggerem parû vltra Thermas Diocletiani adhuc spectari docet, additumque postea murorum circuitum latiore. Sed Plinius contra, *Urbis, inquit, clauditur ab Oriente aggere Tarquinij superbi.* Igitur lon-

Lib. 3. c. 5.

Lib. 9.

Lib. 5.

ge ultra Thermas ad mœnia pertinebat, quâ tenduntur à porta Numen-
tana nunc Pia ad portam Sancti Laurentij, olim Esquilinam.

Magis ambiguû est, an Capitolium Urbem terminarit ab Occasu, &
Septentrione, quâ parte imminet planiciei, in qua nunc ædificia Romana
Lib. 1. c. 5. sunt. Marlianus sic ait, *Arbitramur partem Urbis planæ præscò etiam tem-
pore fuisse intra Urbem, deducto videlicet muro à Collina ad Tiberim, è re-
gione murorum ab Anco in Transiberina regione collocatorum.* Huic sub-
scribit Onuphrius. *Muri, inquit, baud longè à ponte, qui nunc dicitur Xy-
flus versus Farnesiorum Palatium imboabant ex aduerso murorû ab An-
co Marcio Rege in Transiberina regione structorum, & porta, quæ nunc
Septimiana dicitur, qui per mediam Urbem planam circa Campos Flora,
Agonalemq; & Pantheum usque ad Quirinalis radices ea parte, in qua
Cardinalis Carpensis horti sunt collocati protendebantur.* Sed vir eruditif-
simus non meminit eorum, quæ alibi scripsit de Circo Flaminio. Alij, vt
In Urbis Roma. Fuluius, & Blondus, Plinij terminos illi attribuunt, de quibus postea; hu-
ius temporis ambitum minus diligenter inquirunt. Res à me fusiùs di-
Lib. 1. An- scutienda, fiet in aperto quorundam locorum accurata cognitione.
tiquitat.
Lib. 1. Inst. Romæ.

Campum Martium, eique adiunctum alterum minorem Campum fuisse extra Vr- bem. Cap. VIII.

Lib. 2.
Dec. 1.
Lib. 5.
Antiquit.
Rom.

CAMPVS Martius ex eo dictus, quod Marti dedicatus erat.
Ambigitur quos fines haberet. Liuius: *Ager Tarquiniorum,*
qui inter Urbem, & Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius
deinde Campus fuit. Dionysius: *Agrum, quem illi Tarquinij*
*priuatum possederant, inopibus ex plebe diuiserunt, vno tantum campo ex-
cepto, qui situs est Urbem inter, & Flauium. Is iam ante Marti sacer erat,*
Pratum Equis, & Iuuentuti in armis exercenda accomodum. Vterque au-
ditor videtur asserere, quidquid campi inter colles, & Tiberim iacet,
esse Martium. Quia tamen Dionysius ante exactos Reges: Liuius post
pulsos Tarquinius Marti consecratum refert; Liuium sequor. Quod
si dicas cum Dionysio, Romanos decreto Consulum maturam farris
messam proiecisse in Tiberim, quia religiosum erat eam consumere,
quod antea Marti esset campus dedicatus; aio, non id causæ fuisse,
sed quia, cum illo ipso tempore dedicassent, omnia è campo collecta
putarant in plebem diuidi non oportere, ideoque proiecta in Tiberim.

Ex his conficiet aliquis, Campum Martium plana Urbis omnia occu-
passe. Verum alia ex parte certum est præter Campum Martium, olim
fuisse alium Campum inter Tiberim, & Urbem, nec illum Marti dedi-
catum. Erant enim inter Campum Martium, & Urbis mœnia, Prata
Lib. 1. Flaminia. Liuius: *Consules ad Urbem accessere; Senatūque in Campum*
Dec. 1. 3. *Mar.*

Martium euocauere. Vbi questi primores Patrum, Senatam inter milites, dedita opera terroris causa haberi; Consules, ne criminationi locus esset in Prata Flaminia, ubi nunc Aedes Apollinis est, Circum iam tum Apollinarem vocabant, auocauere Senatam. Idem: ea omnia in Pratis Flaminij consilio plebis acta. Clarius Strabo, qui cum descripsisset Campum Martium, ait; *πλησίον δὲ τῷ ἑστῆτος πεδῆς τῆτος ἔῤῥαλλο πεδῆτος. Proximus autē est huic Campo, Martio, & alius Campus; porticusque circumcirca per multa, tum luci, tria Theatra, Amphitheatrum, Tempia, vnum alteri subinde contiguum, magnifica, quorum respectu ipsa Vrbs quasi additamentum quoddam videri possit.* De hoc Catullus ad Camerium:

Te quaesiuimus in minore Campo.

Te in Circo, te in omnibus libellis.

Maiores enim erat Martius, idemque à Spartiano videtur dici *Campus Iouis*: fortasse propter Pantheon in eo Ioui vltori dicatum. *Domus*, inquit, *eius hodie Roma visitur in Campo Iouis*. Denique prope Pontem Xystum Templum hodieque colitur sancti Saluatoris cognomento in Campo, nec tamen ibi Martius Campus olim fuit. Huius Campi Prata Flaminia, & alter, qui Campus Tiberinus est dictus, partes fuere. De hoc Plinius: *Inuenitur statua decreta, & Tarracia Caia, siue Suffetia Virgini Vestali: quod Campum Tiberinum gratificata esset ex populo: Gellius: Caia Tarratia, siue illa Suffetia est, nomen in antiquis annalibus celebre est, quod Campum Tiberinum, siue Martium populo Romano condonasset.* At quando Martium, cum hic Ager fuerit Tarquiniorum? sed & ex his, quae diximus, perspicitur potest, Martij nomine, latiore significatione intelligi quidquid interiacet Fluumium, Capitolium, Quirinalem, & Pincium: pressa vero, & astricta quod solum Tarquinij possederant, & Marti postea dedicatum est. Priore, Campus Flaminius, & Tiberinus Tarraciae, pars Martij sunt: posteriore Martio excluduntur. sic etiam Dio exponetur, ne pugnet cum Strabone, qui Amphitheatrum Statilij statuit in Campo Martio, nam huius nomine vniuersam planiciem intelligit; Quae interpretatio inter legendos auctores interdum repetenda erit. At pressè sumptus Martius quos fines habebit? A Monte Quirinali, ubi nunc Palatium Pontificis, ducenda est ad Tiberim linea, quae per Collegium Romanum, Pantheon, Campumque Florae producta ad Aedes Farnesiorum in Tiberim desinat. Erit Campus Martius quidquid extra lineam erit; quidquid relinquetur propinquius Capitolio, erit minor Campus, Tarraciae, Tiberinum, & Prata Flaminia complexus; hodieque Campus Martius in Vrbe vulgo dicitur, qui à nobis designatus est.

Quidam vsque ad Pontem Miluium bis mille, & amplius passus Campum extendunt. Atqui Marti consecratum est, quod Tarquiniorum erat. Quis autem tam vassum illis agrum tribuerit? Itaque sicut Campus Martius terrae spatium relinquebat Vrbi propinquius: sic aliud propinquius Miluio Ponti, medius ipse. Nec dixerim ampliorem spatium, quod patet inter Pantheon, Flaminiam Portam, Fluumium, &

Pompei,
Balbi,
Marcelli.
Statilij
Tauri.

In Pescé-
nio Nigro

Lib. 34.
cap. 6.

Lib. 6. c. 7.

Quanta
esset ma-
gnitudo
Campi
Martij.

Hor-

- Orat. 3. in Hortorum collem. Certè constat ex Cicerone, ad pontem Miluium vil-
 Catil. las, fundosque fuisse priuatorum ciuium. Martius autem Campus pro-
 pter veterem consecrationem, nec feri, nec coli poterat. Quis autem
 Lib. 2. Hist. dixerit eum, qui eis pontem Miluium venisset, venisse in Campum? At
 dicebatur esse in via Flaminia, vt Tacitus scripsit, cum de Flauianis ad
 Urbem contra Vitellium venientibus loqueretur.
- Campus Martius extra Vr-
 bem. Dec. 1. lib. 2. iam Campum Martium, quem per antonomasiam Campum ferè au-
 ctiores nuncupant, olim fuisse extra Urbem paulò eruditioribus adedò est
 notum, vt superuacuum videatur exponere.
- Comitia haberi so-
 lita in Câ-
 po Martio. Lib. 15. c. 27. Probant primò Liuij allata verba: *Ager Tarquiniorum qui inter Vr-
 bem, ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde Campus fuit.*
 cui subscribit Dionysius. *Erat Campus situs inter Urbem, & fluiuium.*
 igitur extra Urbem. Secundò probat consuetudo centuriatorum Comi-
 toriorum, quæ in Vrbe, siue intra pomerium haberi non poterant; sed in
 Campo Martio iam ab initio, iussu Seruij sexti Regis habebâtur. Is enim,
 auctore Liuiò, *Edixit vt omnes ciues Romani equites, peditesque, in suis*
quisque centurijs, in Campo Martio prima luce adessent. Cicero pro Ra-
 birio: *In Campo Martio comitijs centuriatis auspiciato in loco.* Gellius
 ex veteri auctore: *Centuriata autem Comitia intra pomerium fieri nefas*
esse, quia exercitum extra Urbem imperari oporteat, intra Urbem impe-
rari ius non sit. Propterea centuriata in Campo Martio haberi, exerci-
tumque imperari praesidij causa solitum. quoniam populus esset in suffra-
 Lib. 37. *gijs ferendis occupatus* Is autem mos adhibendi praesidium in custodia
 Comitorum (scribit Dion.) *Solis Centuriatis Comitijs obseruabatur, cùm ex-*
tra Urbem omnes in armis adesse res postulabat, & id bodieq; religionis cau-
 Dec. 1. 1. 3. *sa fieri solet.* Hæc vero exploratissima sunt. Tertio Liuius alibi confir-
 mat: *Consules ex composito, eodem biduo ad Urbem accessere, Senatum-*
que in Campum Martium euocare. Et vero hi Consules petebant triu-
 Dec. 3. 1. 4. *phum; petentibus autem non licebat esse in Vrbe; morabantur tamen*
cum exercitu in Campo Martio, vt infra dicam. Idem de Q. Fabio Ma-
 ximo sic ait: *Romam Comitorum causa veniens in eum, quem primum*
diem comitiale habuit, comitia edixit, atque ex itinere præter Urbem, in
Campum descendit. Et paulo post: *& quia in Urbem non inierat, protin-*
us in Campum, ex itinere profectus, admonuit cum securibus sibi fasces
praferri. Nam Consulibus in Vrbe soli fasces præferbantur, extra Vr-
 Lib. 5. An-
 tiq. Rom. *hem etiam secures.* Dionysius; *Valerius Consul ademit secures fascibus.*
 Lib. 2. *moremque post se reliquit Consulibus, vt tantum extra Urbem securibus*
vtantur, intra moenia contenti insignijs fascium. Præterea hominem mor-
 tuum sepelire in Vrbe non licebat. At in Campo Martio frequentia fue-
 re sepulchra. Strabo: *Cum locum istum religiosissimum esse cogitassent*
 Dio. li. 39. *clarissimorum virorum, ac feminarum monumenta in eo construxerunt.*
 Lucan. l. 2. *Vt aliquot recenscam: Iulia Cæsaris Filia: L. Sylla. M. Agrippa: Dru-*
 Dio. li. 54. *sus Claudij Pater: in Mausoleo Augusti Cæsares: & vt ait Appianus, eo*
 Sueton. in *in loco Principes humari consuevere.* Appianus de Augusto loquens: *Cæ-*
 Claud. c. 1. *sar, inquit, exercitum propius admoit Urbem, in Campum, qui Martius*
 Lib. 7. Bel-
 lo Ciuil. *disci-*

dicitur. & paulo post; *Hæc agens Vrbe abstinuit, quoad Consules electi crearentur*: postremò vt Consul Vrbe ingressus est. Herodianus, cum post mortem Seueri Cæsaris referret Apotheosim Augustorum, *μετὰ δὲ τῆς πόλεως εἰς τὸ καλὸν ἕδρον ἀρεῶς πεδίων*. Post hæc autem tollentes lectum ferunt extra Vrbe in *vocatum Martis Campum*. Herodianus autem sub Gordiano paulo ante millesimum annum ab Vrbe condita, vixit, scripsitque. Alia legenti occurrunt.

Lib. 3. Bel-
lorum Ci-
uil.
Lib. 4.

At quando, & à quo est in Vrbe receptus Campus? Onuphrius putat id Aurelianum fecisse, & muros à porta Collina per collem hortulorum subiectamque planiciem deduxisse ad Tiberim. Sed vt hoc verum sit, adhuc tamen vacuus erat ædificijs. Nam Vopiscus in Tacito, qui successor fuit Aureliani, cum illum creatum Cæsarem in Senatu scripsisset, subdit; *Inde itum ad Campum Martium. ibi comitiale tribunal ascendit. Ibi Præfectus Urbis Aelius Cæsetianus sic loquutus est: Vos sanctissimi milites, & sanctissimi vos Quirites habetis Principem*. Ex quo patet Campum non fuisse mutatum, cum eò & milites, & Romanus populus conuenisset. Suam quoque adhuc viriditatem, amœnitatemq; retinuisse probabile est. Perpetuis enim semper antea fuerat oblitus herbis, & gramine. Cicero de M. Lepido; *Cum, cateris in Campo exercentibus, in herba ipse recubisset; vellem hoc esset, inquit, laborare*. Dionysius: *Is iam ante Marti sacer erat, pratum Equis, & Iuuentuti in armis exercenda accommodum*. Ouidius.

Quando
intra Vr-
bem sic
receptus
Campus
Martius.

Amœni-
tas Cam-
pi Martij.
2. de Orat.

Fast. 1.

*Altera gramineo spectabis Equiria Campo,
Quem Tiberis curuis in latus vrget aquis.*

Et.

*Tunc ego me memini ludos in gramine Campi
Aspicere, & dici lubricæ Tibri tuos.*

Et Horatius:

*Quamuis non alius flectere equum sciens
Aequè conspicitur gramine Martio:*

Fusè Strabo. *Horum pleraque habet Campus Martius cum natura, tum hominũ prudentia ornatus. Nam & magnitudo eius mirabilis est, & curvum, equorumque decursionibus libere patet, tantæque multitudinĩ pila, circo, ac palastra se exercentium; tum opera circumiecta, solumq; toto anno herba virens, tumulorumq; corona supra æmnam vsque ad alueum scena quamdam ostentant speciem, à cuius spectaculo difficulter quis auellatur*. Hæc ille. At de militaribus ijs exercitationibus Trebellius in Claudio: *Fecerat etiam adolescens in militia, cum ludicro Martiali, in Campo luctamen inter fortissimos quosque monstraret, quod Decio principe factum est*. Sed aliam quoque causam attulit Vegetius cur Iuuentus armorum exercitationem in Campo obiret assiduè: *Romani, inquit, veteres Campum Martium vicinum Tiberi delegerunt; In quo Iuuentus post exercitiũ armorum, sudorem, pulueremque dilueret, ac lassitudinem cursus natandi labore deponeret. Tenuitque consuetudo vsque ad prolapsionem Imperij*.

In campo
exerceba-
tur Roma-
na Iuuen-
tus.

Li. 1. c. 10.
Iuuentus
è Campo
Martio ad
natandum
descende-

Itaque

bat in Ti- Itaque quamuis Campus mœnibus septus, vacuus tamen ædificijs man-
berî c.22. sit. Lipsius putat, muro cinctum fuisse ante Plinium. de qua re infra.

Minor quoque Campus, & Prata Flaminia fuerunt extra Urbem. Quod probat locus Liuij allatus: *Consules ad Urbem accessere, Senatūque in Campum Martium euocauere, ubi questi primores Patrum, Senatū inter milites dedita opera terroris causa haberi; Consules ne criminationi locus esset, in Prata Flaminia, ubi nunc Aedes Apollinis est, Circum iam tum Apollinarem vocabant, auocauere Senatū.* Hi ergo ad Urbem magis appropinquarunt, tamen extra Urbem erant, petentes triumphū. Sed hæc clarius constabunt ex sequentibus.

Portam Urbis Carmentalem fuisse ad radices Capitolij. Cap. IX.

QVONIAM supra duximus muros Urbis à Tiberi rectà ad Capitolium; adnotandus est locorum situs, qui relinquuntur extra Urbem in Romana planicie. In eo igitur murorum tractu, qui à Tiberi pertinet ad Capitolium sub ipso Capitolio erat porta Carmentalis: extra hanc Forum Olitorium: Tum Aedes Apollinis; deinde Circus Flaminius in ipsis Pratis Flaminijs: post hæc Campus Martius. hi ergo loci extra Urbem. Portam quidem Carmentalem fuisse ad radices Capitolij, ibique muros Urbis, multa probant. Ibi enim erant aræ, & Templum Carmentæ. Dionysius: *Carmentæ sicut alijs Heroibus, & genijs aras erectas vidi: Carmentæ quidem sub Capitolio iuxta portam Carmentalem.* Solinus: *Pars autem Capitolini montis infima habitaculum Carmentæ fuit. Vbi Carmentis nunc sanum est, à qua Carmentali Porta nomen datum est.* Idem ostendit; quod extra eandem Portam erat Forum Olitorium: *Antiquum, vt habet, Varro, macellum, ubi olerum copia.* Asconius: *Aedes, inquit, Apollinis est extra portam Carmentalem inter Forum Olitorium, & Circum Flaminium.* Liuius: *Aedem spei, quæ in Foro Olitorio est fulmine iclam.* Idem: *Alteri reficiendis Aedibus Fortuna, & Matris Matuta intra portam Carmentalem: sed & Spei extra portam, quæ priore anno consumptæ fuerant.* Aedem Spei dixit esse extra portam, quam dixerat esse in Foro Olitorio. Porro in Foro Olitorio erat Templum Pietatis. de eo sic Liuius: *Aedes duæ eo anno dedicate sunt; altera in Foro Olitorio Pietatis. Eam Aedem dedicauit M. Acilius Glabrio Duumuir, statuatque auratam, quæ prima in Italia statua aurata est, Patri Glabrioni posuit. Is erat, qui ipse eam Aedem vouerat, quo die cum Rege Antiocho ad Thermopylas depugnasset, locaueratque idem ex Senatus consulto.* At Plinius: *Locus ille eidem consecratus est Deæ Pietati C. Quintio, M. Acilio Coss. Templo Pietatis extracto in illius carceris aede, ubi nunc Marcelli Theatrum est.* Igitur cū Aedes Pietatis in Foro esset Olitorio; & vbi postea

Porta Carmentalis ad radices Capitolij.
P. Victor. in Regio. ne viij.
Lib. 1. c. 2.
In Orat. contra C. Antron. & J. Catilinā cōpetitor.
lib. 2. Dec.
3. lib. 1. eiusdem Dec.
Aedes Spei, Fortunæ, Martis.
Lib. 40.
Aedes Pietatis.
Lib. 7. cap. 36.

stea Marcelli Theatrum, in quo nunc visuntur Aedes Principū Sabellorum; Forum autem Olitorium esset extra portam Carmentalem; conficitur, portam Carmentalem fuisse inter ædem Virginis cognomento in Porticu, & plateam vulgo Montanariam. quæ ut arbitror à Carmentali diffimili quamquam voce. vocabulum traxit. Displicet enim eius loci etymon, quod quidam deriuant à montanis rusticis illò confluentibus, ut operam suam conductoribus locent. Eiusdem portæ situm ostendit Plutarchus in vita Camilli, vbi ait: capta à Gallis Vrbe, obfessoq; Capitolio, ut in Arcem euaderet. Pontius Cominius miles secundo flumine, incubans cortici tranauit ad Vrbe, & conijciens hostem vigilare ex ignibus, ac strepitu ἐβαδίζε πρὸς τὴν καρμηλίδα πύλιν, ἢ πλείστῳ ἔχεν ἰουχίαν, & μάλιστα κατ' αὐτῶν ὄρδιθ' ὃ τῆς καρπιολίης λόφθ' ἀνέσκε. ἢ πέτρα κύκλω πολλὴ καὶ χαλεὰ ὠρεπέφουκε. iuit ad Carmentalem Portam, quæ maiorem habebat quietem, & iuxta illam maxime arduus Capitolij collis assurgit, & saxum undique multum, & asperum natura factum est. Quid clarius, ut ostendatur porta Carmentalis ad rupem Tarpeiam sita?

Pompeius
Vgon. de
Station.
Vrbis.

Dicere aliquis posset, quod innuit Blondus: aucta post Romulum Vrbe, Carmentalem portam sine forma, & vsu portæ, nomen aliquandiu retinuisse. Atqui hoc pugnat cum Liuius, qui ait. *Ab Aede Apollinis boues fæmina alba dua, porta Carmentali in Vrbe ducta.* Igitur cum extra portam, extra Vrbe erant. Pugnat cum Ouidio:

Lib. 1. In-
staur. Ro-
mæ.
Dec. 3. l. 7.

Carmentis Porta dextra est via proxima Iano;

Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet.

Illæ fama refert Fabios exisse trecentos;

Porta vacat culpa; sed tamen omen habet.

Fest, 2.

cui consentit Liuius: *Infælici, inquit, via à dextro Iano Porta Carmentalis profecti. Ideoque, ut ait Festus, Porta illa dicta est Scelerata, quoniam Fabij illa egressi sunt omnes occisi.* Quod si alia ultra Carmentalem fuisset porta Vrbe, illa potius extrema non hæc media dicenda fuisset Scelerata. Denique idem Ianus indicat, quem dextrum portæ fuisse Liuius, & Ouidius asserunt. Intelligunt enim Ianum, quem ad imum Argiletum indicem pacis, bellicque fecit Numa. Vbi vero Argiletum, & Iani Templum fuerit, demonstrat Seruius. *Sacrarium hoc, inquit, Numa Pompilius fecerat Circum imum Argiletum iuxta Theatrum Marcelli.* Festus, *Religioni est, inquit, quibusdam porta Carmentali egredi, & in Aede Iani, quæ est extra eam, Senatium habere: quod ea egressi sex & trecenti Fabij, apud Cremeram omnes interfecti sunt, cum in Aede Iani Senatus consultum factum est, ut proficiscerentur.*

Lib. 2.
Porta Car-
mentalis
dicta etiã
Scelerata.

Lib. 7. Æ-
neid.



Circum Flaminium Capitolio propinquum
fuisse extra Urbem. Cap. X.

N I H I L æque, ac Circus Flaminus probat Urbem, & mœnia ultra Capitolium non fuisse producta. Hic enim Circus cum esset extra Urbem, proximus erat Portæ Carmentali. Blondus quidem putat, hunc fuisse Circum Agonalem, nunc media in Vrbe situm cognomento Nauonium. Sed hic auctor ut meretur laudem, quod inter primos de Romanis antiquitatibus scripsit, ita in multis errauit: deque eo Pius II. *Neque satis diligenter quæ scripsit, examinauit, non quam vera, sed quam multa scriberet, curam habuit.* In re verò nostra non solum malè sensit, sed bene sentientes errore aspersit. Nam inter cætera, quæ scribit de Circo Flaminio, hoc docuit ex Cassiodoro. *Eadem, inquit, in Epistola satis innuit Cassiodorus, solitos ab Augusti Mausoleo sex portis dimitti iunctos currus, qui per Bquiriam in Flaminium Circum currebant, ut constare credamus locum, cui nunc Agoni est nomen, Circum esse Flaminium.* Epistola citata Cassiodori est, in qua de Circis generatim, & Circensibus agit, & Circo Maximo; nec vnquam illi venit in mentem, equos ab ostijs Mausolei, quæ non habebat, mitti currus in Circum Flaminium. Itaque satis causæ non erat, cur id docentem Blondum, Fuluius, & Marlianus audirent, qui tamen ab illo in Circi Flaminij situ statuendo maximè discrepant. Cassiodorus quidem hæc scribit. *Sed Mundi Dominus ad potentiam suã opus extollens, mirandam etiam in Romanis fabricam in Vallem Martiam tetendit Augustus, ut immensa moles firmiter præcineta montibus contineretur, ubi magnarum rerum indicia clauderentur.* Sermo hic est non de Augusti Mausoleo, sed de Circo Maximo inter Palatinum, & Auentinũ sito. Nec Martia Vallis est, ut illi putant Martius Campus, sed vallis inter Palatium, & Auentinum, quæ Murtia dicebatur à sacello Veneris inibi posito; hæc enim Myrtea, & olim Murtia dicta est, ut supra docebam ex Varrone: *Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius aiebat, ab aruis, quod in locus esset inter Figulos. alij esse dicunt à Murteto declinatum, quod ibi id fuerit. Cuius vestigium manet, quod ibi sacellum etiam nunc Murtia Veneris.* Liuius: *Latinis in Ciuitatem acceptis, ut iungeretur Palatio Auentinum, ad Murtia data sedes.* Hanc ergo Vallem intelligas apud Cassiodorum, non inscitè Campum Martiũ, & Murtiam pro Martiam, legas, ut probè Cæsar Bulengerius legendum admonet. Quod vero Cassiodorus Augusto auctori Circum non Cæsari ascribit, cum Cæsar illum ædificauerit, ut constat ex Plinio; causa est, quia Augustus eundem Circum instaurauit, ornauitque, ut eius Nummus adhuc testatur, teste Onuphrio. Quæ sequuntur ad eundem Circum pertinent: *Biffena quippe Ostia, ad exprimendum Mundum duode-*

cim Signorum posuerunt. Itaque vbi Mausoleum cum sex portis Blondus ibi inuenerit, ignoro. Quod autem spectat ad situm Circi Flaminij, Blondi opinio, vt bene admonet Fuluius, inuento Asconio Pediano, qui Nicolao V. Pontifice litterarum, & litteratorum patrono inuentus est, penitus corrui. locus Asconij est ille, de quo supra: *Aedes Apollinis extra portam Carmentalem, inter Forum Olitorium, & Circum Flaminiũ.* Quod enim Aedes Apollinis dicitur extra portam esse inter Forum, & Circum; nec ipsa Aedes, nec Circus procul fuit, cum Forum Olitorium esset ad portam. Quomodo enim rectè diceret Asconius, Aedes inter Forum Olitorium, & Circum Flaminiũ, si ponatur Circus abesse ferè mille passus à Foro? interpositis tot ædificijs, & publicis, & priuatis, quod testatur Strabo. Fuerunt ergo hæc quatuor loca propinqua, ac ferè contigua: Porta Carmentalis, Forum Olitorium, Aedes Apollinis, Circus Flaminius. Erat autem Aedes propinquior Capitolio & muris, quàm Circus; tamen quia extra Urbem erat, datus est interdum in ea Senatus his, qui nondum inire possent Urbem, quod essent exercitus Duces, vt infra. Liuius: *L. Aemilio Regillo, qui classe Praefectum Anthioci Regis deuicerat. extra Urbem in Aede Apollinis cum Senatus datus esset.* Idem: *Marcus Fuluius ad Aedem Appollinis in Senatu petijt à Patribus vt aquam censerent, & Dijs immortalibus honorem habere iubere, & sibi triumphum decernere, cum dixisset Tribunus se intercessurum: tum ille ait non fuisse ferendum Imperatorem rebus egregiè gestis victoremquè exercitum cum prada, ac captiuis ante portas stare.* & Cicero: *Senatus ad Appollinis fuit, vt Pompeius adesset.* Degebat enim in hortis extra Urbem; Cum Hispaniam, & Africam teneret exercitibus, regeretquè per Legatos, Ascon. *Tum Pompeius Proconsul ad Urbem erat.* Dion. *Pompeius paulo post ad Urbem venit. Tum circumfuso praesidio extra Pomærium ad Theatrum Senatus est habitus.* Nam Theatrum Pompeij, vt postea dicam ad Campum nunc Floræ situm erat, extra Urbem. Cum igitur hoc Templum Apollinis tam prope Capitolium esset; alij collocant, vbi ædes S. Mariæ sub Capitolio, alij vbi Cœnobium Turris Speculorum. Ego tamen proprius aliquanto flumen collocarem, cui propinquius erat Forum Olitorium.

Lib. 2. ad Q. Fratrem Epist. 5.

In Or. pro Milone. Lib. 40.

Iam vt redeam ad Circum Flaminiũ, cum situs esset in Pratis Flaminijs, quæ sub Capitolio, & secundum illi adiuncta mœnia iacebant, etiã ipse propè Capitolium fuit. Fuluius atate sua (scripsit autem Clemente Septimo Pontifice Maximo) extitisse ad huc formam Circi, & veterum sedilium signa commemorat, atquè in eius cauea erectum Templum S. Catherinæ cognomento ad Funarios; ibi enim, propter loci commoditatem, & aræ longitudinem funes confici solebant. Porrò Circi latitudo spatium cœpit, quod inter officinas vulgò Obscuras Forumque ludæorum est interiectum. Ad eas porrò officinas nuper vidimus, inibi ædificante Cardinali Gimnasio, refodi ingentes columnarum spiras, & scapos e Tiburtino lapide, & quadrata saxa eximie magnitudinis. Summus Circus curuatus in hemicyclum ad plateam vulgò Marganam propè

Vbi situs esset Circus Flaminius.

Onuphrius de Circo c. 18. die 8. Maij Ecclesia S. Michaelis in summo Circo Flaminio. In Annotation. ad Martyrol. die 8. Maij & 29. Septembris.

pè Capitolium, pertinens fledebatur ad Ædem S. Angeli in Foro Piscario; ima pars, vbi Circi carceres, versus S. Nicolaum cognomento ad Calcarias, & Aedes Ducum Cæsarinorum. Hæc Circi longitudo.

Referunt Historiæ Ecclesiasticæ, recitaturque inter Breu arij preces, *Bonifacium Romanum Pontificem Roma in summo Circo S. Michaelis Ecclesiam dedicasse III. Kal. Octobris.* Hunc Circum Flaminium esse opinor.

De hac enim re triplex opinio est. Prima eorû qui Circum fuisse Neronianum, eique appositam volunt Aedem S. Michaelis in Vaticano. Quos confutat Baronius: tum quia Aedes illa celsitatem non habet, quam eidem attribuunt auctores: tum quia eius conditorem, Leonem IV. Pontificem ex antiquo lapide recognoscit. Altera opinio ipsius Cæsaris Baronij est, qui Templum à Bonifacio dedicatum statuit in summa Ad iani Mole: recitatque Adonis verba: *Roma venerabilis etiam Bonifacius Pontifex Ecclesiam S. Michaelis nomine constructam dedicauit in summitate Circi, cryptatim miro opere altissime porrectam; Vnde & idem locus in summitate sua continens Ecclesiam. Inter Nubes, situs vocatur.* Hæc verba grauissimus auctor accommodat Moli Adriani, ab auctore scriptore, affini loquutione, *Turri inter Cælos*, appellatæ; vt eius verticem Templum S. Michaelis insideret. Idem pro, *Circi Circuli* legendum putat; vt forma molis in orbem ducta declaretur: vel si Circum quis velit retinere, ait, illi loco proximum fuisse *Circum Domitia*, quæ amita Neronis fuit.

Bonifacius Pontifex, quod Templum S. Michaelis in summo Circo dedicauit

Tertia opinio nostra est. Putamus autem in summo Circo Flaminio Templum S. Michaelis à Bonifacio fuisse dicatum: quod nunc à Foro Piscario dictum in Vrbe vetustissimum est. Positus enim Templi veteri locorum memoria, & summo Circo Flaminio ad amissim respondet. Adonis autem verba *in summitate Circi* iuxta Breu arij Rom. narrationem intelligi possunt. Summus enim Circus est caput Circi, cuius aduersa pars ima erat, vbi Circi carceres, vnde emittabantur equi: in summa vero metæ, ad quas cursum fledebant. Ouidius de capite Circi Flaminij opposito carceribus loquens, ait:

Prospicit à tergo summum breuis area Circum.

Lib. 6. Fast.

Aedes ergo S. Michaelis dedicata in summo Circo, est Aedes sita in extrema Circi parte, quæ in semicirculum desinens circumfleendis curribus apta erat. Quo loco nunc Templum S. Michaelis spectatur. Quod si Ado summitatem pro excellitate videtur vsurpare (idque significant ea verba, *Ecclesiam constructam in summitate Circi cryptatim miro opere altissime porrectam.* Et clarius sequentia: *Vnde & idem locus in summitate sua continens Ecclesiam, inter Nubes, situs vocatur*) atque vtrumque intelligit, caput Circi, & in eo loci altitudinem; hanc quoque nostro olim Templo non defuisse probabilius dicimus. Nam cum olim multa essent in Circo Flaminio partim extructa, partim adiuncta Deorum Tempia, Neptuni, Herculis, Vulcani, Martis, Castoris, Iunonis, Dianæ, vt suo loco dicam; aliquod ex his eminentes sedilium gradibus, imminensque eorum cryptis, & fornicibus, aut inter Circi porticus fuisse verisimile est: sicut in Theatris supra scenam dedicabantur Tempia.

Illud

Illud ergo instauratum refectumque expiauit, dicauitque idem Pontifex qui Pantheon in honorem Beatissimæ Virginis, Sanctorumque Martyrū dedicauit. Dicitur porro est, Inter Nubes, quoniam à terra sublatus supra Circi gradus erat: postea vero collapsus penitus Circo, ac veterum molibus, redactus est in eam, quam videmus formam, & humiliorem situm. Quadrat enim in Romana præsertim opera Poetæ vox:

Tantum cui longinqua valet mutare vetustas.

Ita sane Templum, quod statuerat in summa Arce S. Angeli, deinde in subiectam planiciem traductum asserit Cardinalis Baronius. Quod si Aeliæ moli addidere cognomentum *inter Cælos*: nihil prohibet alterum ædificium propter minorem altitudinem dici, *inter Nubes*. Ut enim Nubes Cælo sunt inferiores: ita è nubibus deducta appellatio inferiori ædificio congruit; ideoque alterum ab Adriani Mole esse cõficitur, quæ esse dicebatur *inter Cælos*. Hæc quidem coniecturis potius, quam rationibus nituntur; sed in re antiqua vbique agitur coniecturis. Iisdem tamen elicimus, non esse cur apud Adonem, *Circuli*, legamus. Quod si ijs verbis Circus Domitiæ intelligitur propinquus sepulchro Adriani; animaduertere oportet, hunc Circum à monumento Adriani fuisse distinctum, vt colligi potest ex Procopio, qui eum describens non meminit Molis Adriani: eoque præterea ostenditur, quòd Cæsarei Mausolei religio postularet, vt vacuum vadique solum relinqueretur. nam quis vnquam scripsit illud in summo Domitiæ Circo fuisse conditum? Itaque summus Circus, aut summitas Circi fabricam sibi quidem proximam, sed nihilominus separatam haud recte significat. Deinde si in ipsa Adriani Mole Templum situm erat: cur hanc Ado præterijt, & alterum ædificium, in quo Templum non erat, nominauit? Cur Circum absolutè, & antonomasticè dixit, ad significandum Domitiæ Circum rudi opere impositum, & ignobilem? Quod tamen vsurpatum legimus de Circo Maximo, & Flaminio propter eorum nobilitatem, ac vetustatem.

Initio lib.
2. de Bello
Gothico.

Hæc in re dubia breuiter adduximus. si quis ad alias opiniones inclinat, habet quòd in omnem partem expendat.

Multo ante eadem scripseram. cum animaduerti verba Adonis planius explicari posse. Est ergo illi *summitas Circi* pro summo Circo. Ibi dedicata est Ecclesia *cryptatim miro opere altissime porrecta*: idest fornicato opere altissimoque sublata. *Ideoque locus in summitate sua continens Ecclesiam, Inter Nubes, situs vocatur.* Ideoque locus in summo Circo, vbi Templum est, propter fabricam altissime fornicatam, Inter Nubes, appellatur. Quo innuitur, illum fornicem Tholi, qui hodie in hemisphærium vbique attollitur, & maxime erigitur, similem fuisse. Neque inconsulte *cryptatim* quasi fornicatim exposui. Nam quamuis crypta, testudinem subterraneam significet, aliquando tamen propter curuitatè ad quemcumque fornicem videtur posse transferri. Sic Cryptoporticus non semper subterraneam porticum significat, sed munitam sepimento parietum. Vt apud Plinium: *Subest Cryptoporticus subterranea similis*

Lib. 5. Ep.
6.

Circum Flaminium extra Urbem fuisse alij rationibus ostenditur. Cap. XI.

Templum
Bellonæ
vbi fuerit.
Dec. I. l.
10.

IN loco à nobis demonstrato fuisse Caput Circi, eundemque extra Urbem situm, ostendit etiam Aedes Bellonæ. Huic enim quasi Duellonæ, ac Deæ Bellorum Appius Claudius Aedem extruxit, quam Petrus Victor ait, *Esse versus portam Carmentalem*. Liuius: *Dicitur Appius in medio pugna discrimine ita precatus: Bellona si hodie nobis victoriam davis: ast ego Templum tibi voueo*. Ouidius.

6. Fast.

Hac sacrata die Tusco Bellona duello

Dicitur: & Latio prospera semper adest.

Appius est auctor: Pirro qui pace negata,

Multum animo vidit; lumine captus erat.

Lib. 35.
cap. 3.

Idem Aedem ornauit depictis maiorum imaginibus. Plinius: *Suorum clypeos in sacro, vel publico priuatim dicare primus instituit Appius Claudius, qui Consul cum Seruilio fuit anno Urbis CCLIX. Posuit enim in Bellona Aede maiores suos, placuitque in excelso spectari; & titulos honorum legi*. Quo loco perspicuum in codice mendum est. Appius enim Claudius, & P. Seruilius, non multo post exactos Reges, illo ipso anno, quo mortuus est Tarquinius Superbus Consules fuere. Nequè ille Appius Claudius Aedem Bellonæ vouit, sed alter cognomento Crassus, qui fuit Consul cum L. Volumnio, anno Urbis CCCCLVII. & postea cæcus est dictus. Hæc constant ex Liuiio, & Ouidio. Itaque locus Plinij corrigendus. Pergit porrò Ouidius:

Prospicit à tergo summum breuis area Circum;

Est vbi non parua parua columna nota.

Hinc solet hasta manu belli prænuncia mitti

In Regem, & gentes, cum placet arma capi:

Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est:

Quod Deus Buboico carmine munus habet.

Columna
Bellica.

Ex his liquet inter Templum Bellonæ, & Circum solum fuisse breuem aream interiectam, in qua esset Columna Bellica. An vero Circus esset à tergo Templi, vt Ouidij verba videntur indicare, dubium est, nam Sext. Pompeius ante Templum Bellonæ collocat *Columnam Bellicam*.

Lib. 16.

Petrus Victor in regione nona ait; *Ante hanc Aedem esse Columnam indicem belli inferendi*. Sic enim, vt alios omittam; Dion. de M. Antonino: *Cumquè hæc dixisset, inquit, hastam cruentam, iuxta Bellonæ Templum in bosicum contorsit*. Ad Ouidium autem exponendum, nam Interpretes non satisfaciunt; aio, à tergo, coniungendum esse cum Circo, non autem cum Templo; vt sit sensus: Area breuis summum Circum prospicit, à tergo ipsius. Nam cum ibi esset pars Circi, quæ ad metas hemicycli formam efficit, atque externis muris aream attingeret; rectè area ponitur

nitur

nitur à tergo Circi. pars enim Circensis fabricæ huic aduerfa, est anterior, vbi sunt Carceres, & initia cursus. Templum igitur Bellonæ breui area à Circo Flaminio discretum fuit. Cuius germanus locus si quæritur, fuit inter Palatium Sabellorum Theatro Marcelli superimpositum, & Aedem S. Angeli in Foro Piscario: sed nihilominus extra Urbem. Liuius: *P. Scipioni, Senatu extra Urbem dato in Aede Bellonæ.* Plutarchus: *Venienti Senatus extra Urbem datus est in Aede Bellonæ.* Idem Liuius: *Senatus Marcello ad Aedem Bellonæ datus est, postulauit, vt triumphanti Urbem inire liceret.* Idem: *L. Furius Senatum in Aede Bellonæ habuit, expositisque rebus gestis, vt triumphanti sibi in Urbem inuehi liceret, petit.* Idem: *Macedones deducti extra Urbem in Villam publicam, ibique ijs locis, & lautia prabita, & ad Aedem Bellonæ Senatus est habitus.* Idem: *Cn. Manlius Proconsul Romam venit, cui cum Senatus ad Aedem Bellonæ datus esset, & ipse postulasset, vt sibi triumphanti Urbem inuehi liceret.* Idem: *Manlio postulanti ab Senatu in Aede Bellonæ triumphum.* Petrus Victor, *Tertium Senatulum* memorat *citra Aedem Bellonæ in Circo Flaminio, vbi dabatur Senatus legatis, quos in Urbem admittere volebant.* Denique vt monet Vitruuius, *Templum Martis extra Urbem collocatur (more videlicet antiquorum) ne sit inter ciues bellicosa diffensio.* quæ ratio & Bellonæ Tempia extra collocari probat. Neque vacat hic aut Blondum, aut Interpretes Ouidij refellere, qui Bellonæ hanc Aedem, & Columnam Bellicam ad Circum Maximum, nempe in media serè Vrbe collocant: errant enim in Circo; & cum vna Aedes Bellonæ, vt vidimus, extra Urbem fuerit, aliam opinor, proferre non possunt.

Dec. 3. l. 8.

In Vita

Scipionis.

Dec. 3. l. 6.

Dec. 4. l. 1.

Dec. 4. l. 8.

Lib. 9.

Lib. 1. c. 7.

Instaur.

Rom. lib.

3.

Circus Fla

minius ex

tra Urbem.

Duces

exercituum

non poterant

ingredi Urbem.

In Vita

Pompeij.

In Orat.

pro M.

Scauro.

Hæc, quibus fines Circo Flaminio circumscriptissimus, probant etiam Circum fuisse extra Urbem. Si enim Aedes Apollinis, & Bellonæ extra Urbem fuerunt, multo magis Circus paulò remotior ab Vrbe. Sed tamen alia clariora supersunt. Varro idcirco ait hunc appellatam fuisse Circum, *Quod ibi quoque ludis Tauricis Equi circum metas currunt. Instituti autem Taurici ludi.* inquit Festus. *Dijs Inferis regnante Superbo Tarquinio cum magna incidisse pestilentia in mulieres grauidas, quæ facta fuerat ex Taurorum carne diu vendita populo. Ob id Taurici ludi fiunt in Circo Flaminio, ne intra muros euocentur Diij Manes.*

Præterea duæ leges, ac Romana instituta id clarè demonstrant, quæ spectabant ad Imperatores habentes sub signis exercitum: vel triumphaturos. Neutri enim poterant Urbem ingredi; qui tamen leguntur fuisse in Circo Flaminio. Meminit harum legum Plutarchus in vita Pompeij, & Cæsaris. *Non interfuit, inquit, Senatui Pompeius; oi γδ ἀρχοντες & αὐτοπέδων εἰς τὴν πόλιν ἐκ εἰσῆν Imperatores enim exercituum in Urbem non ingrediuntur.* Pompeius autem Africam, & Hispaniam tunc suis exercitibus tenebat. Afconius: *Horum magna pars tabellas laudauerunt, quia aberant; inter quos Pompeius quoque: nam quod erat Proconsul, extra Urbem morabatur.* Ibidem Plutarchus: *ἐπει δὲ ὀνόματι ἐκ εἰσῆν τὸ δειλμβου παρελθεῖν εἰς τὴν πόλιν.* *Quando autem Lex nõ sinebat*

- In Vita Cæsaris, quod & Dio testat Lib. 37. Petentes Consulatum debebant esse in Vrbe. De l. Paulo.
- ante triumphum ingredi Ciuitatem. Idem referens Cæsarem è Lusitania rediisse victorem, vt Triumphum simul, & Consulatum peteret, ἐπεὶ δὲ inquit, ἔπει μὲν μωμολόους θείαμβον ἔξω δὲ τρεῖς βασιλεῖς δὲ μετόνας ὑπάτας παρόντας ἐν τῇ πόλει τὸ πρῶτον, ἐν τῷ αὐτῇ γεγονώς αἰτιολογία. quia verò Triumphū postulantibus extra manere necesse erat: petentibus autem Consulatum presentes in Vrbe negotium agere; in hac legum contrarietate (constitutus petijt à Senatu, vt sui absētis ratio haberetur) Quod cūm impetrare non posset τὴν θείαμβον ἀφαιεῖς ὁ κῆσαρ ἔχευε τῆς ὑπατείας, καὶ παρὰ τῶν εὐθύς, dimittens Triumphum Cæsar insistere Consulatu, & confestim in Urbem ingressus (adionem suscepit) Valerius: Is cum in concione extra Urbem more maiorum ante triumphi diē, ordinem aëlorum suorum commemoraret. Meminit & Dion eius legis, quæ vetaret Duces Urbem inire, ait enim: ἔξεσθ' ἅπαντες ἰδὲ, ἔξω ἢν αἰθροῖς μὴ ἐτάρχθ' ἀκούσατ' ὅτι τοῖς κατὰ τὴν ἀστυνομίαν παρ' αὐτῶν ἔστω τῆς πομπῆς εἶσοθ' ὅσον ὄπισθεν ἔπιπλεσαι. quod sic vertunt. Qui cum exercitu, Vrbe profectus, neque fas ei erat intra pomerium intrare, cum ea, quæ ante id fieri instituta maiorum iubent, nondum perfecisset. Vel dicas: profectus enim erat cum exercitu, neque erat illi fas non facere conuenientia pro rebus gestis ob ingressum in pomerium. Meminit & Appianus de Cæsare item loquens ambigente peteret ne Triumphum, an Consulatum; ἐπεὶ δὲ τὸν δὲ ἐκ τῶν ἐν τῇ θείαμβον ἐπαρὰ τῶν Urbem enim ingrediti non erat rursus redire ad Triumphum. Ideò M. Tullius: Mibi, inquit, valde placet de Triumpho nos moliri aliquid, extra Urbem esse cum iustissima causa. Dion: Tiberius Kal. Ianuarij quibus Consulatum inibat cum Gn. Pisone in Orestauj Curiam (hæc enim erat extra pomerium) conuocato Senatu sanum concordia sibi parari iussit, vt suo id, & Drusi nomine inscriberet, ac deinde triumphauit.*
- Haec leges quando, & à quo latae fuerint, mihi referre in promptu non est. Sed illis manifestè cauebatur securitati Reipublicæ; ne rebus urbanis arma miscerentur: atque vt beneficia, magistratus triumphi peterentur à ciuibus, non per vim raperentur. Tulit quidem Pompeius tertio Consulatu, vt nemini liceret absenti Consulatum petere, præterquam Cæsari, vt Dion, & Appianus tradunt; nec tamen Cæsar, cūm per legatos peteret, impetrauit. & multo ante lex vigeat. 1) autem, quibus decretum erat Imperium, in Urbem ingressi, illo ex lege priuabantur. Nam Proconsul portam Romæ ingressus deponit Imperium, ff. l. 1. 1. off. Proc. tit. 16. l. Procon. Itaque à Senatu decretum est, vt Q. Fuluius ne minueretur Imperium, si in Urbem venisset. Vt Paulo Anicio, & Gn. Orestauio ex bello Macedonico cum victoria redeuntibus, quo die Urbem triumphantes inueherentur auctore Liuius, Imperium esset. Postea verò à Senatu decretum est, quod refert Dion: vt Augustus proconsulare Imperiū semper haberet, neque id ἐν τῇ εἰσοδῶν τῆς εἰσῶ τῆς πομπῆς. In quouis pomerij ingressu deponeret.

His ita positis, clarissimè deducitur, Circum Flaminium extra Urbem fuisse.

fuisse. In eo enim multi ex his fuerunt, quibus prohibitus erat in Urbem ingressus: Sic enim, ut testatur Dion: *Mortuo Draso, & Romam delato, habita est in Foro eius laudatio à Tiberio: sed ab Augusto, qui cum exercitu Vrbe profectus, neque fas ei erat intra pomerium intrare, & φλαμίνω ἰπποδρόμῳ in Circo, siue Hippodromo Flaminio extra muros Urbis.* Sic Cicero exprobat Clodio Tribuno plebis, quod in Circo Flaminio productis Consulibus Pisone, & Gabinio insectam sibi concionem habuerit: Causa fuit, ut etiam Cæsar adesset, qui superiore anno Consul Prouinciam Galliam cum exercitu regendam acceperat: necdum in eam profectus, extra Urbem morabatur, & in ea causa aduersabatur Ciceroni. *Erat, inquit Cicero, ad portas, erat cum Imperio: erat in Italia eius exercitus.* Igitur ut narrat Dion, eius causa Clodius concionem ἐξω τῆς τευχούς extra moenia conuocauerat, ut Cæsarem legis suæ approbatorem haberet. Valerius, & Horatius Cofs. ut supra dixi, petituri triumphum Senatum primo in Campum Martium, deinde in Prata Flaminia propinquiora, & Circum Apollinarem vocarunt. Marcellus, qui aduersus Annibalem habebat exercitum, teste Liuius, & Plutarcho, accusatus à Bibulo Tribuno plebis Romam venit. Adum de Imperio Marcelli in Circo Flaminio est, nam intra muros esse non poterat. Idem Liuius de Fuluius loquens, qui de Aetolis triumphauit: *Multos, inquit, eo die prius quam in Urbem inueheretur, in Circo Flaminio Tribunos Praefectos, Equites, Centuriones Romanos sociosque donis militaribus donauit.* Hunc cum alijs nonnullis locum affert Onuphrius, quibus probatur Circum Flaminium extra Urbem fuisse: tum constituens eius fines nostris supra designatis consentientes; *Longitudo, inquit, ab arca domus Margania, ubi in hemicycli formam desinebat.* Qui ergo dixerat cum Liuius Circum Flaminium extra Urbem esse; quomodo ultra Circum vsque ad Palatium Farnesianum, & Circum Agonalem moenia Romana producit? cum praesertim ille aetate Regum talem murorum circuitum definiat. Quæ duo sine dubio pugnant inter se. In eodem Circi ambitu Fuluius qui vidit, non dissentit:

Atque ex his omnibus, quæ fufius euoluimus, perspicue concluditur: Urbem, eiusque moenia Arci Romanae imposita ultra Capitolium, versus Campum Martium non processisse. Postremo est adnotandum, quod refert Dionysius, *Aeuo ipsius murum Urbis vix fuisse perscrutabilem propter ades complectentes eum undique. Seruasse quidem multis in locis vestigia quadam structura veteris.* Hoc fiebat, priuatis commodis publicas maiorum religiones obruentibus; sciebatur tamen extra portam Carmentalem non produci pomerium.

Multi, qui non poterant Urbem ingredi, fuerunt in Circo Flaminio. Lib. 55. In Or. post reditum in Senatu & pro Sextio.


Lib. 38.

Dec. 3. l. 7. in Vita Marcelli. Lib. 39.

De Lud. Circenf. l. 18. c. 8.

Moenia in Vrbe vix cogno sci poterant. Lib. 4.

Palatinus



Forum Romanum

Capitolium

Porta Cap. mentalis

Porta triumphales

Porta Flaminia

Templum Apollinis extra Urbem

Templum Bellonae

Templum Isis

Campus extra

et Circus

Flaminius Urbem

hic est Templum S. Angeli

Campus Martius



Porta Traiana a Traiano facta

Quid Sylla, & Iulius Cæsar Dictatores Vrbi
adiecerint. Cap. XII.

MOS erat à Romanis Regibus deductus, vt ij Urbem au-
gerent, qui Imperium propagassent; quasi cum Imperij cor-
pore deberet etiam caput Roma crescere. Nec tamen, Qui Impe-
rium pro-
pagassent,
Urbem au-
gere pote-
rant.
Lib. 12.
Annal.
(post Reges) Duces Romani, vt ait Tacitus, *Quamquam*
magnis Nationibus subactis Ius proferendi pomœrij usurparunt, nisi L.
Sylla, & Diuus Augustus. Cæterum Dionysius, qui Augusto iam princi-
patum tenente scripsit, ait, *Post Reges ulterius non processisse Urbis am-
bitum, religionibus, vt fertur, non permittentibus.* Quod si velit ad sua
vsque tempora pomœrium, ne à Silla, quidem, cuius Dictatura Actia-
cam victoriam annos plus quinquaginta præcessit, fuisse mutatum; Lib. 13.
cap. 14.
ego illi non assentior. Taciti enim auctoritatem, & Gellij, qui idem
scripsit, pluris facio. Verius autem Sylla titulum proferendi pomœrij,
vt ait Gellius, quæsiuit quàm habuit. Ille enim territorium, populi Ro-
mani de hostibus ante occupatum recuperauit, non auxit. Ius enim
Urbis dilatandæ habebat, vt idem Gellius, *Qui Populum Romanum*
agro de hostibus capto auxerat. Magis ambiguum est qua parte muros
produxerit. Onuphrius: *Syllam, inquit, eam Urbis partem, quæ est ver-
sus Hortos Salustianos, portasque Collinam, & Viminalem ampliassè cre-
derem.* & paulò post, *liquet murorum ambitum, qui est à Collina ad Ca-
penam, & muros protractos fuisse, vel à Sylla, vel à Iulio, aut Augusto Cæ-
sare.* Nam ante Syllæ tempora, mœnia Urbis Aggerem Tarquinij non
exceedebant. Hic cum aliqua sint probabilia; quod tamen putat murorum
ambitum ultra Aggerem Tarquinij, vel à Sylla, vel à Iulio, aut Augusto
Cæsare fuisse protractum, est contra Plinium. Qui cum scripserit Prin-
cipe Vespasiano, nempe centum quinquaginta amplius annos à Sylla
Dictatore, scribit tamen; vt supra dixi: *Clauditur Roma ab Oriente Ag-
gere Tarquinij Superbi:* isquæ à porta Collina Esquilinam vsque tende-
bat. Eorum igitur nemo vltra Aggerem muros ædificauit. Probabile Lib. 3. c. 5.
autem est; Sylla ad portam Collinam produxisse pomœrium; quamquã
nullum huius rei vestigium, mihi saltem notum sit apud veteres aucto-
res. Ideo autem in hoc potissimum inclinauit, quod fortè ibi Urbem
non munitam animaduertit, cum bello Mariano à Samnitibus, Thelesio
Duce, qui ad Collinam castra posuerat, & sinistrum Syllæ cornu fu-
derat, pœne capta fuerit. Quare Lucanus.

*Aut Collina tulit stratas quot porta cateruas,
Tunc cum pœne caput Mundi, rerumque potestas.
Mutauit translata locum: Romanaque Samnis
Vltra Caudinas sperauit vulnera Furcas.*

Sylla ergo, siue vt munitet Urbem, siue vt ibi victoriæ monimentum

poneret, vbi hostem vicerat, muros ad Collinam perduxit; vt porta, vbi est sita, locaretur: & muri vallem S. Sufannæ Templo subiectam, hortosque adiacentes, vbi & Horti quondam Salustiani, complecterentur: conuerſique ad portam Pincianam seu Collatinam, excluderent Collem Hortorum, vbi nunc Templum Sanctissimæ Trinitatis, cognomento in Montibus.

Qui Urbis
pomœriū
auxerint.
Lib. 43.

De breuit.
vitæ c. 14.

Quod spectat ad Iulium Cæsarem, Gellius loco supra laudato. *Nec postea, inquit, Diuus Iulius cum pomœrium proferret, intra effatos Urbis fines inclusit.* Dion: *Leges, inquit, præterea Cæsar tulit, pomœriumque auxit.* Quod deinde repetit in oratione, quam in Cæsaris funere habuit Antonius Consul. Dionysius vero Syllam, & Cæsarem videtur omisisse. Tacitus Syllæ, Augusti & Claudij meminit, Cæsarem reliquit. Seneca ex quodam referente narrat, *Syllam vltimum Romanorum protulisse pomœrium, quod nunquam provinciali, sed Italico agro acquisitos proferre apud antiquos fuit.* Hic ergo omnes post Syllam excluderat. At contra Flau. Vopiscus in vita Aureliani: *Pomœrio, inquit, nemini Principum licet addere, nisi ei, qui agri barbarici aliqua parte Romanam Rempublicam locupletauerit. Addidit autem Augustus, addidit Traianus, addidit Nero, sub quo Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottia Romano nomini tributa.* Hic vero auctor Syllæ, Cæsaris, & Claudij non meminit. Suetonius rem adeo insignem in omnibus suppressit. Quare cum tanta Scriptorum varietate consentit, qui vnum fortè non sentiet.

Lib. 13.
Epist. ad
Att. epist.
13.

De Iulio Cæsare M. Tullius ad Atticum sic scribit: *Sed casu sermo à Capitone de Vrbe augenda. A ponte Miluio Tiberim duci secundum montes Vaticanos. Campum Martium coadificari: illum autem Campum Vaticanum fieri quasi Martium Campum.* Et paulo post. *Ista lex perferetur, vult enim Cæsar.* Voluit ergo Cæsar Vrbi addere Campum Martium. Sed quia in eo Comitia fiebāt ad creandos Magistratus, quæ necesse erat fieri extra Urbem; ea in Campum Vaticanum Tiberi à Martio diuisum transferre cogitauit: atque, vt ij duo Campi coniungerentur, Tiberim dextrorsum deriuare, vt allueret montes Vaticanos; nempe vbi Villa Farnesiana est, tum montis vulgo Marij clius, tum Ædes Pontificiæ, tum Sancti Onuphrij, tum Sancti Petri in Ianiculo Templa, & Cœnobia. Sic enim repleto, obturatoque alueo Tiberino, laxatus Ager Vaticanus, & Martio finitimus Comitij relinquebatur. Verum hoc Cæsar morte præuentus facere non potuit, nec dum Tiberis mutauit alueum. Constat autem ex Epistolis superioribus Ciceronis, Cæsare nihil egisse; ibi enim dicitur iturus in Parthos. Atqui cum ab Vrbe ad Parthicū bellum profecturus esset, occisus est: nondum scilicet lata lege augendæ Urbis: & Martius Campus diu remansit extra Urbem; immò & Campus, in quo erat Circus Flaminius, vt supra vidimus. At Cæsar alio in loco muros produxit? Hoc quidem mihi, & puto, alteri non constat. Certè Tacitus eos recensebat qui pomœriū protulerant. cur ergo magno historiæ lapsu Cæsarem omisit? Non sciebat Scriptor accuratissimus? Cognouerat de Sylla antiquiore, de Cæsare nihil audiuerat? Crediderim potius, quid-

quid scribant Gellius, & Dion, Cæsarem non auxisse, sed augere Urbem voluisse. Fauet Suetonius. *Nam, inquit, de ornanda, instruendaque Vrbe plura, ac maiora in dies destinabat. Talia agentem, atque meditantem mors præuenit.*

Iulius Cæsar Urbem non auxit. In Vita Cæsar. c. 24.

Quid Augustus, & Claudius adiecerint?

Cap. XIII.

DION: *Augustus, inquit, pomerij quoque terminos protulit.* Lib. 15. Tacitus, & Vopiscus locis ante laudatis testantur Augustum protulisse pomerium, & veterum lapidum Inscriptiones. Hanc ante adduximus.

C. MARCIVS. L. F. L. N
CENSORINVS. ET. C. ASI
NIVS. C. F. GALLVS. COS
EX. S. C.

FIN. POMER. TERMIN

Hi fuere Consules anno Urbis DCCXLVI. sex annos ante Christum natum. Alia quoque Cippi Inscriptio sic habet.

IMP. CAESAR. DIVI. F
AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTEST. XVII
EX. S. C. TERMINAVIT

R. PROX. CIPP. PED. CLXVIS

Nec tamen constat qua parte protulerit. Mihi probabile est, iuxta Aggerem Tarquinij, à porta Esquilina, nunc S. Laurentij, versus portam Labicanam, nunc Maiorem, & Caelium montem mœnia dilataste. Argumêto est, quòd, cùm in Campo Esquilino extra Urbem plebs humaretur, vnde Populus Romanus odoris, ac Cæli grauitate laborabat, Augustus locum repurgauit, Urbemque ædificijs auxit, ornauitque. Puticuli ante, locus appellatus, quod vetustissimum genus sepulturæ in puteis fuerit: & dicti *puticuli, quia ibi cadauera putrescerent, ut ait Festus. Horatius.*

Vbi Augustus Urbem auxerit.

Huc

Sat. 8. l. 1.

*Huc prius angustis eiecta cadauera cellis
Conseruus vili portanda locabat in arca.
Hoc misera plebi stabat commune sepulchrum,
Pantalabo scurra, Nomentanoque nepoti.*

Lib. 2.
cap. 54.

Cum Patritij, & Nobiles, nonnullis dumtaxat exceptis, cremarentur, teste Plinio: collectique è busto cineres vris, tumulisque conderentur. Campus ergo ille fuit extra Urbem, cum in ea non liceret mortuos sepelire. Postea vero quàm amota sunt sepulchra, receptusque intra Urbis ambitum Campus, loci amœnitatem, te&orumque frequentiam sequuta est noua Cœli salubritas. Horatius ibidem.

*Nunc licet Esquilijis habitare salubribus, atque
Aggere in aprico spatari, quod modo tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.*

At præter cætera, quæ ibi structa sunt, Hortos Mecœnas fecit, Turrinque nobilem, quæ Mecœnatiana est dicta, erexit. De Hortis videtur loqui eodem in loco Horatius.

*At importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque nouis considerare in hortis.*

De Turri idem:

Lib. 3. Od.
29.

*Fastidiosam desere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis.
Omitte mirari beatæ
Pumum, & opes, strepitumque Romæ.*

Hæc nostra coniectura auctæ Urbis in Esquilijis etsi non planè est inutilis, rem tamen clarè non conficit. Sed in re incerta alij certiora proferant.

Lib. 12.
Annal.

Post Augustum, terminos Urbis septuaginta circiter post annis auxit Claudius. Et quos tum Claudius terminos posuerit facile cognoscitur, & publicis actis perscriptum, scripsit Tacitus. Quia tamen Gellius clarius tradidit, vt supra dixi, Auentinum extra pomœrium exclusum, post auctore D. Claudio receptum, & intra pomœrij fines obseruatum; ibi tantum pomœrium protulisse Claudius dicendus est, vt à porta Capena, nunc S. Sebastiani vsque ad Tiberim mœnia deduxerit: & portam Trigeminam, nunc S. Pauli, ad eum, vbi hodieque sita est, locum transtulerit; cùm ante cis Auentinum fuerit, vbi nunc Templum Sanctæ Mariæ cognomento in Cosmedin, siue ad scholam Græcam. Id probat Liuius:

Lib. 1. De
ca 5.
Lib. 4. c. 7.
Iuc. Flor.
lib. 3. c. 15.
& Plutar-
chus in vi-
ta Gracc.

*Censores extra eandem portam Trigeminam, in Auentinum, porticum
silice strauerunt.* Et Valerius, vbi de C. Graccho sermo est: *Is fugiens
vim Opimij Consulis, se ex Capitolio receperat in Auentinum, in ipsum
Diana Templum. Mox superuenientibus armatis ex eo loco pulsus, vt flu-
men ponte Sublicio traiceret, fugit cum duobus amicis. Quorum Pom-
peius, quo is Gracchus facilius euaderet, concitatum sequentium agmen
in porta Trigemina aliquandiu acerrima pugna inbibuit.* Erat ergo cis Auentinum hæc porta, quod veniebat C. Gracchus, sicuti & pons Sublicius prope locum, vbi nunc pons S. Mariæ cognomento. Verum adiecto Auentino verius Roma septem vna sibi muro circumdedit Arces.

Ve-

Veterem Claudij Inscriptionem pomerium prolatantis supra adductam repetimus.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT
VIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR. P. P
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS. POMERIVM
AMPLIAFIT. TERMINAFITQ

Quid alij Cæsares Vrbi addiderint.
Cap. XIV.

CLAVDIO successit Nero, qui teste Flauio Vopisco, auxit Urbem. Constat quidem, Neronem voluisse augere Urbem, vel potius mutare, vt ait Suetonius. *Destinarat, inquit, Hostia tenus mœnia promouere, atque inde fossa mare veteri Vrbi inducere, & Romam Neropolim nuncupare: sicuti mensẽ Aprilem Neroneum appellauerat.* Tacitus: *Incensa Vrbe, videbatur Nero condenda Vrbs noua, & cognomento suo appellanda gloriam querere. Nam domus meliore forma restituta: laxata, diretaque via, addita porticus, quæ frontem insularum, domorumque protegerent.* Itaque renouatam Urbem à Nerone hi auctores non auctam esse volunt. Si audimus Flauium Vopiscum, non modo renouauit, sed etiam auxit: at quo loco, incertum.

In eius Vita c. 16.

Cap. 55. Lib. 15. Annal.

Nero Urbem non auget.

Nonus à Nerone, trigesimo primo post anno regnauit Traianus; qui & à Vopisco dicitur mœnia dilataisse. Verisimile est in hac Romana planicie Traianum Urbem auxisse, Dacia subacta. Nam cum Forum suum effossa quoquoersus terra, & complanato Quirinali cliuo extruxerit, credibile est muros à colle Hortulorum per Forum Columnæ ad Tiberim duxisse; vt Campus Martius extra relinqueretur. quamquam hac de re libenter alios audirem, quàm ipse audiri mallet.

Traianus auget Urbem.

Post Traianum nullus Romanorum Principum vsque ad Aurelianum pomerium protulisse legitur. De Aureliano sic Vopiscus. *His actis adhibito consilio Senatus, muros Vrbs Roma dilatauit, nec tamen pomerio addidit eo tempore, sed postea.* nam confectis maximis bellis, & pacato terrarum Orbe, cum triumphans rediisset ad Urbem, tum demum, vt

In eius Vita.

idem

Aurelianus Urbem auget.

idem ait, *Muros, Urbis Romæ sic ampliavit, ut quinquaginta prope milia murorum eius ambitus teneant.* At qua ex parte tantum spatij adiecit? De spatio, & verbis Vopiscus dicam infra. Nunc aio cum Onuphrius, inclusum fuisse pomæcio Campum Martium. Itaque à porta Collatina per longitudinem Collis Hortorum muros deduxit, tum ad Tiberim eo in loco flexit vbi murum obliquum hodieque conspicimus. Nec placet quod Zosimus narrat, ab Aureliano inchoatos, à successore Tacito muros fuisse perfectos. Quid enim fecit, qui nec viuere potuit, nisi sex menses in Imperio? Et, vt ait Vopiscus, *Propter breuitatem temporum nihil magnum gessit.* Qui sanè auctor non omisit, si tantum opus de illo Cæsare referendum habuisset. Quamuis autem Aurelianus mœnibus Campum cinxerit; remansisse tamen in eo vacuam herbidamque planiciem supra memorauimus, idoneam habendis concionibus ad Populum Romanum, cum Augusti crearentur, aut alia se præberet occasio.

Castra Prætorialia vbi fuerint, & quomodo Urbem auxerint. Cap. XV.

Lib. 4. Annal.


CASTRA Vrbi adiecta extruxit Tiberius monitu, ambituque Aelij Seiani Cohortibus Prætorij Præfecti. De eo Tacitus: *Vim Præfectura modicam antea intendit, dispersas per Urbem Cohortes vna in Castra cōducendo, vt simul Imperia acciperent, numeroque, & robore, & visu inter se fiducia ipsis, in ceteros metus crederetur. Præcedebat lasciuire militem diductum: siquid subitum ingruat, maiore auxilio pariter subueniri, & seuerius acturos, si vallum statuatur, procul Urbis illecebris.* Durarunt Castra vique ad Constantinum: eumque Caltrorum spatium Vrbi addidisse indicat Zosimus his verbis: *Prætorianis militibus è medio sublatis (nam Maxentio fauerant) & Castellis, seu Castris dirutis, in quibus esse consueuerant.* Ex quo quidem loco perspicue non infertur, quod ait Onuphrius: Zosimi testimonio, Constantinum Vrbi Castra addidisse; conijcitur tamen ex situ, & forma murorum ad portam Viminalem. Sunt enim ibi mœnia ultra reliquos muros quadrata; quam formam vallo, fossaque munitam Romani usurpabant in Castris. Et quæ ab ea porta, nunc Pia, ad portam Esquilinam, nunc Sancti Laurentij, recta ducerentur, interiecta extrinsecus, & angulis incisa structura, proijciuntur ac protendantur vltcrius. Quamquam iniuria temporum, & hominum incuria multa vitiauit, mutauitque. Et

Lib. 2. Hist.

Castra vbi fuerint.

In Côm. Taciti lib. 4. Cemp. 48.

vero ibi fuisse Castra militum Prætorianorum cū Onuphrius de ijs agens, & Lipsius tradunt, & communiter Antiquarij (quamquam alij perperam attribuunt Diocletiani militibus, quasi non & alijs tribuenda sint) tum Suetonius ostendit in vita Neronis. Vbi refert, iturum Neronem in Suburbanum inter Salariam, & Numentanam viam circa quartum miliarium, equum incendisse, & audiuisse ex proximis Castris clamorem militum.



CASTR A VIMINALI AD PORTAM ESQVILINAM

Lib. 7.

militum, & sibi aduersa, & Galba prospera ominantium. Erant ergo viæ proxima, quâ Nero vehebatur, seu Numentanæ, quod verosimilius est, seu Salariæ. Porro aliquo intervallo fuisse ab Vrbe secreta indicare videbatur Herodianus, nisi aliud nos Græcus codex monuisset. Milites, inquit, erumpunt patentibus Castrorum portis, congressuque multitudinẽ fugientem in Urbem usque persequuntur. At Græca sic habent: οι δὲ σεαπῶται τὰς πόλεις ἀνείξαντες ἐπέζηλθον, μάχης κατεργασθῆναι, & φυγῆς τῆς δημοσίας, ὅτι πολλὴ τῆς πόλεως διώκοντες οι σεαπῶται ἐξέβησαν. Milites autem apertis foribus eruperunt, factaque aspera pugna, & fuga popularium, ad multum Ciuitatis persequentes processerunt. Aliud ergo est in Urbem usque persequi: aliud persequi ad multum Ciuitatis. Primum rem discretam, vnde profecti persequuntur, significat: secundum non item. Quare solo muro, & Turribus munitionum castrensiũ à reliqua Vrbe Castra secernebantur, & paulò supra ἐπελθεῖν ἠθέλησαν: verterat Interpres, regredi in Urbem decreuissent. nimirum è Castris, quæ Romani obsidebant, redundat autem in Urbem. Fuerunt Castra quadrata, & alia, quæ in ijs erat.

Castra Romana quadrata, & alia, quæ in ijs erat.

Lib. 2.

Lib. 3.

Historiar.

Lib. 4.

Φεουραὶ δὲ τῆς πύργων καὶ ἀσπίδων, custodias pro Turribus constituentes. Mœnium, & Turrium Tacitus: Multi semianimes super Turres, & propugnacula mœniũ expirauerunt. Templi, in quo signa, ac simulachra exercitus adorarentur. Idem Herodianus. τὰ νεῶν, ἐνθα τὰ σημεῖα & τὰ ἀγάλματα τῆς σεαποπέδου προσκυνοῦνται. Templum in quo Signa, & Imagines exercitus adorantur. Et paulò post: Ἐπιδύνας ὁ Ἀντονίνος ἐν ταῖς νεαῖς. manens Antoninus in

Lib. 1.

Hist.

Ibid.

Templo. Suggestus, è quo Imperator verba faceret ad milites, & Sacramentum ab illis acciperet, meminit Tacitus: In Suggestu, in quo paulò ante aurea Galba statua fuerat, medii inter signa Orbonem vexillis circumdarent. Idem Armamentarij Castrensis. Aperire deinde Armamentarium

Lib. 4.

iussit. rapta statim arma sine more, & ordine militia. Inibi fuisse Balneas ad vsum militum indicat Herodianus: Re militibus nunciata, ὃν οι μὲν ἤδη ἐπὶ λουτρὰ εἶχον, οι δὲ ἀνέπαινοντο. quorum alij quidem iam in balneis lauabant, alij quiescebant. Herodianus, & Capitolinus, aquæ deductæ in Castrum Prætorium meminerunt, interceptæque à plebe Romana: quæ potandi, lauandique commoda præbere potuit. Hæc Martia fuit, vt veteres Inscriptiones in tubis, seu fistulis plumbeis, apud Panuinium.

Lib. 7.

In Vita

Max. &

Balbin.

Q. AQVILLIO. SABINO. II.

SEX. AVR. ANVLLINO COS

CASTR. PRAET. L. VRVAS. OFF. PED. CCCLXXXIII

AQVA. MARC

Et.

T. VESPAS. AVG. VII. FLAV. DOMIT. VI. COS.

Q. CLAVD. SER. OFF. FEC. CASTR. PRAET

Et.

CLARO. ET. SEVERO. COS. QVADRAT. SER. FEC
CASTRVM. PRAETOR. P. CC

Amplificatam Urbem à Constantino Castrorum ambitu nemo deinceps auxit. muros tamen fuisse interdum resecos constat. Id fecisse Arcadium, & Honorium, qui (mortuo Theodosio Patre) simul regnare ceperunt ab obitu Constantini annis quinquaginta septem, vetus Inscripção testatur, quæ super Portuensem portam in Transiberina regione hodieq; legitur.

Vltimum incrementum Urb.

Muri subinde reseciti.

S . P . Q . R

IMPP. CAESS. DD. NN. INVICTISSIMIS
PRINCIPIBUS. ARCADIO. ET. HONORIO
VICTORIBVS. AC. TRIVMFATORIBVS
SEMPER. AVGG

OB. INSTAVRATOS. VRBI. AETERNAE
MVROS. PORTAS. AC. TVRRES. EGGESTIS
INMENSIS. RVDERIBVS. EX. SVGGESTIONE.

V. C. ET. INLVSTRIS
MILITIS. ET. MAGISTRI. VTRIVSQVE. MILITIAE
FL. STILICONIS. AD. PERPETVITATEM
NOMINIS. EORVM. SIMVLACHRA

CONSTITVIT
CVRANTE. FL. MACROBIO. LONGINIANO
V. C. PRAEF. VRBIS. D. N. M. Q. EORVM

Tunc autem non in ea solum parte, sed vbique fuisse muros instauratos cecinit Claudianus:

*Sic oculis placitura tuis, insignior auctis
Collibus, & nota maior se Roma videndam
Obtulit. addebant pulchrum noua moenia vultu,
Audito perfecta recens rumore Getarum:
Profecitque opifex decori timor: & ecce mira
Quam Pax intulerat, bello discussa senectus,
Erexit subitas Turres, circumosque coegit
Septem continuo montes iuuenescere muro.*

In 6. Cōf.
Honorij.

Post hos instaurasse legitur Theodoricus Gothorum, & Italiae Rex, vt infra. Deinceps diminutus est potius, quam auctus ambitus. Itaque cum maxima Urbis amplitudo fuerit Aureliano, Constantino, & Honorio Principibus, querendum est in quantam magnitudinem illa atate excreuerit; vt constet, quid incrementi, decrementiue habuerit consequentibus saeculis.

Inue-

Inuestigatur post Aurelianum Romæ amplitudo,
& primo Suburbia. Cap. XVI.

CA V S A M querendi, dubitandique maximam attulit Flavius Vopiscus loco supra allato in Vita Aureliani. *Aurelianus, inquit, muros Urbis sic ampliavit, ut quinquaginta prope millia murorum ambitus teneant.* Quod si verum est, nemo non videt, quàm sint imminuta Urbis mœnia, quæ hac tempestate addito, quidquid circa Vaticanos montes trans Tiberim incolitur, longissimè ab illa magnitudine recedunt.

Atque ut clarior rei perobscuræ tractatio sit; statuendum est, hic non esse de Suburbij sermonem, quorum ædificia procurrebant ab Vrbe continuata, & in magnam protensa longitudinem. De quibus Plinius:

Lib. 3. c. 5. *Exspatiantia tecta multas addidere Vrbes.* Nam è Suburbij aliud ad aliam producebatur Urbem, Gabios, Tybur, Ariciam, Hostiam, &c. quæ nunquam, aut rarò intermisso tectorum ordine, vnum cum ipsa Roma videbantur esse. Quot quidem hæc Suburbia essent, & quantum excurrent, ex antiquis Scriptoribus non habeo dicere, sed pro certo est habendum vijs illis celeberrimis, Appiæ, Latinæ, Cassiæ, Faminix, Aureliæ, alijsque fuisse imposita. Onuphrius loco citato. *Quandoquidem, inquit, feratur viam Flaminiam totam ab Vrbe Otriculum vsque, ædificijs ex utraque parte plenam fuisse.* Quod & Fulvius, & Lipsius tradunt. De

Lib. 1.
Lib. 3. de
Magnit.
Rom. c. 3. Hostiensi Suburbio Aristides in Urbis encomio: πόλις καλύπτει ὡς ἀκροῦς ὄρεων, καλύπτει δὲ ἐν μέσῳ γλῶσσοι, καταβαίνει δὲ ἐς μέγαρα θαλάσσης. ὅπερ δὲ πρὸς αὐτῆς γίγνεται, ἔστιν ἐστὶ τὸ καλύπτον, ὁμοίως ἔστι ἐν μέσῳ. *Vrbs operit editos montium vertices, operit in medio terram, descendit autem vsque ad mare: In quacumque autem eius parte quis steterit, nullum est impedimentum, quo minus pariter in medio sit.* Quod ergo est huius loci, habemus vsque ad mare productam Urbem suburbanis tectis. Alia alibi

Lib. 4. pensitabimus; postrema enim verba videntur infinitam propemodum Urbis magnitudinem facere. Demum Dionysius sic de Suburbij omnibus generatim loquitur. ἀλλ' ἔστιν ἅπαντα τὰ περὶ τὴν πόλιν οἰκίματα χωρεία, πολλὰ ὄντα ἔτι μεγάλα, γυμνά καὶ ἀτείχιστα. Sed omnia sunt circa Urbem habitata loca multa, & magna, aperta neque muris cineta. & si quidem, pergit, hæc vnus aliquis videns, voluerit magnitudinem Romæ inquirere, cogetur falli, & ἔχει ἔχει βεβαῖον σημεῖον ἔστιν, ὃ δὲ γινώσκειται μὴ χειρὸς πρὸς ὁρᾶν ἢ πόλις ἔστι ἔτι πόδων ἀρχεται, μηκέτι ἔτι πόλις, neque certum habebit signum, quo dignoscat, quousque processerit & unde Vrbs incipiat, ac desinat. Ita attexta, pergit. sunt Vrbi Suburbiana domorum spatia καὶ εἰς ἀπειρον ἐκμηκυνόμενης πόλεως ὑπόληψιν διαμετρῶς παρέχεται.

Vrbs fere
in infinitum
producta. & in eam porrecta longitudinem, ut Vrbs immensa quodam modo, & infi-

inſinita videretur eſſe: &, quod proprium eſt inſinita rei, nec medium habere, nec ſinem. Itaque plures, quam ſupra memoravi Vrbes iunctæ Suburbijſ Romæ addebantur in Latio, in Sabinis, in Hetruria, propinquæ videlicet, viſque præcipuis impoſitæ. quod facile perſuadent, tum ea, quæ adducit Lipſius, tum quæ ſcripſit Ammianus Marcellinus de Romani populi multitudine. *Conſtantius*, inquit, *non, vt Cyneas ille Pyrrbi legatus, in vnum coactam Regum multitudinem: ſed aſylum Mundi totius ad eſſe aſtimabat. Stupebat, qua celeritate omne quod vbiſque eſt hominum genus confluxerit Romam.* Seneca ad Heluiam. *Ex toto Orbe terrarum (ad Urbem) confluxerunt.* Et: *nullum non hominũ genus concurrit in Urbem, qua veluti communis patria poteſt dici.* Qui enim habitabant in Suburbijſ, dicebantur & Romæ habitare; ſic ff. lib. 50. de Verbor. Significat. tit. 16. L. Urbis. *Urbis appellatio muris, Roma autem continentibus adificijs ſinitur, quod latius patet. & L. Adificia Romæ fieri etiam ea videntur, qua in continentibus Romæ adificijs ſiant.* Denique vt habetur eodem tit. L. vt Alfenus. *Urbis eſt Roma, qua muro cingeretur: Roma eſt etiam, qua continentia adificia eſſent.* Nam Romam non muro tenus exiſtimari ex conſuetudine quotidiana poſſe intelligi cum diceremus Romam nos ire, etiam ſi extra Urbem habitaremus. Hæc demum intellexit Quidius Suburbia adiuncta mœnibus, aut certè mœnia palmari hyperbole amplificauit:

*Quæque capit vaſtis immenſum mœnibus orbem,
Hoſpitijſ Romam vix habuiſſe locum.*

Plura leges apud Lipſium. Nam *Maximam, eiſq; immenſa teſta* dixit Seneca loco citato. *Cuius ſpatium viſus non caperet.* Claudianus, *Commune totius terræ oppidum* Ariſtides. *Populis, victiſque gentibus frequentem, & generis capacem humani,* Lucanus. tantæ enim laxitati, & Suburbanis habitacionibus hominum multitudo reſpondit. Hanc vero paucis etiam perſtringam, quoniam auget Urbis magnitudinem. Legimus quidem apud Tacitum, luſtro quod condidit Claudius Cæſar, *Cenſa fuiſſe Ciuium LXVIII. centena, & XLIII. millia.* Sed niſi mens Taciti reſte intelligatur, numerus pro falſo habendus omnino eſt. tanta enim Ciuium multitudo Romæ eſſe non potuit. Nam poſt Bellum Ciuile anno Urbis DCCVII. pro CCCXX. millibus Ciuium, quot ſuperiore cenſu fuerant ante bellum, cenſa ſunt à Cæſare Dictatore CL. millia teſte Plutarcho; cum antea Cræſſo, & Pompeio præmũ Conſulibus anno Urbis DCLXXXI. cenſa fuiſſent CCCCL. millia, vt habet Epitome Liuiana. Sequuta ſunt poſt mortem Cæſaris alia bella Ciuilia; donec Auguſtus poſt Aſiacam victoriã ſolus imperare cœpit anno Urbis DCCXXIII. Quo tempore Ciuium numerum, quem non inuenio, parum creuiſſe credendum eſt. Ab hoc anno vſque ad luſtrum Claudij interceſſere anni LXXV. nempe vſque ad annum Urbis DCCLXXXVIII. cum actus eſt cenſus à Claudio Valerio Aſiatico, & L. Cornelio Coſs. vt eſt apud Caſſiodorum. Quomodo igitur tam breui tempore tanto numero aucta eſt Ciuitas, vt à centum quinquaginta millibus ſerè ad ſeptuagies

Lib. 16.

Romæ ingens multitudo.

2. de Ponto El. 1.

Lib. 3. de Magu. Rom. c. 3. 3. Panyr. in Stic. lic.

In Panygyrico. lib. 1.

Lib. 11. Annal.

Iuxta Sigonium, qui Onuphrio eſt 709. alijs 708.

In eius Vita. Alijs 684.

Onuphrio 799.

gies centena millia, seu septem milliones peruenerit? Cum præfertim, tradente eodem Tacito, in numerum Patriciorum multos ascieuerit Claudius, *Paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, & L. Brutus minorum gentium appellauerant: exhauftis etiam, quas Dictator Caesar lege Cassia, & Princeps Augustus lege Senia sublegere.* Sane cruenta

Quomodo census Claudij sit intelligendus.

De Iure Ciu. Rom. lib. 1. c. 14.

Loco cit.

Seneca loc. cit.

De Clem. lib. 1. c. 6.

Tiberij, & Caligula tempora plurimos absumperant. Quare ne demus locum Taciti esse corruptum: dixerim Claudium non modo Ciuēs Romanam incolentes, sed omnes extra Urbem, atque Italiam, militia, negotiationis, cuiuslibet rei gratia commorantes, & Coloniarius ciues censuisse. Nam & hos fuisse interdum censitos recte docet ex Liiio, & Dionysio Sigonius, nec tamen frequentiam Romæ habitantium diminuis. Nam si Crasso, & Pompeio Cofs. fuerunt CCCCL. millia, demus Claudio Principe sexcenta millia, & amplius fuisse: tunc ex computatione calculoque Lipsij summopere crescit habitatorum numerus. Nam mulieres puerique, qui vsque ad annum XVII. ætatis non censebantur, duplo triploque plures erunt. adde turbam & seruorum greges: adde opifices, & inquilinos (*nemini enim Ciuī Romano, ait Dionysius lib. 9. aut cauponari, aut officia sordida exercere licebat.*) Adde exteros ex toto terrarum Orbe ambitionis, necessitatis, officij publici, legationis, luxuriae, locique vitij opportuni, liberalium studiorum, spectaculorum causa in Urbem confluentes: profecto numerum Taciti æqualem, aut superiorem feceris. Seneca: *Cogitate in hac Ciuitate, in qua turba per latissima itinere sine intermissione defluens eliditur, in qua consumitur, quidquid terris omnibus aratur.*

His ita declaratis, multi putant nodum se facile dissoluere si, vt Blondus dicant, *Romam adiunctis Suburbijis quinquaginta milliaria comprehendisse.* Hi verò Vopisci verba non explicant, sed eludunt. Nam Otriculum recto itinere distat, fere ab Hostia quinquaginta passuum millibus, quod spatium ædificijs occupatum supra memorauī. Adde reliqua Suburbia multa, & magna; Adde Romæ ambitum: numerum quanto ampliorem quinquagenario subduces? ducenta amplius millia passuum non implebunt circuitum tam latè protensum, tot viarum ductibus discretum. Deinde, vt supra, ex Dionysio, Suburbia nuda, & sine muro fuerunt; At Vopiscus ait, *Aurelianus sic muros Urbis ampliauit, vt quinquaginta prope millia murorum ambitus teneant.*

Itaque seclusis Suburbijis; de ipsa Roma mœnibus, & pomerio conclusa loquendum est, eiusque magnitudo inuestiganda.



Vrbis magnitudo explicatur. Cap. XVII.

TA M E T S I Vrbis varijs temporibus varia sumpserit incrementa; tamen murorum ambitus, ante Aurelianum minor illo habendus est, quem hodie videmus: post Aurelianum, & Constantinum aut idem, aut alicubi paulum differens; vt sapius mœnia diruta; & collapsa iisdem prope vestigijs, ac fundamentis fuerint restituta; & idem ferè terræ spatium in maxima sua amplitudine Roma infederit, quem retinet vineis, & hortis consita, Civiumque domibus cis septem montes in planicie collocatis, vbi olim Prata Flaminia, & Martius Campus fuere. Ita & Marlianus, & Blondus sentit. Marlianus: *Credimus super fundamentis prisca muros nunc existentes extructos fuisse.* Blondus: *Quamquam, inquit, muri partim collapsi, & corrosi sint, partim ruinam multis in locis minentur, in ipso tamen remanent prisco vestigio veteris fundamenti.* Sed quod hi Auctores verbo tenus pronunciant, ego conabor ostendere. Contra sentit Lipsius. Onuphtius autem: *Omnino hunc murorum Vrbis circuitum paulo minorem eo esse existimo, qui ante Belisarij tempora fuit.*

Lib. 1. c. 5.
Initio Romæ instauratz.

Primo ab omnibus antiquis Vrbis sita dicitur in septem môtibus. Dionysius: *ὁ δὲ Τύλλιο ἐπεὶ ἔδωκε ἐπὶ τὰ λόφους ἐν τείχεσσι περιέλαβεν.* Postquam autem Tullius septem colles vno muro complexus est. & ambitus, vt ante dixerat (vsque ad Augustum) ulterius non processit. Plinius: *Complexa montes septem ipsa diuiditur in Regiones quatuordecim.* Virgilius.

Lib. 3.
Lib. 3. c. 5.

Septemque vna sibi muro circumdedit arces.

1. Georg.

Ouidius. *Et quæ de septem totum circumspicit Orbem Montibus*

2. Trist.

Martialis Ianiculi Hortos ab Vrbe excludens:

Hinc septem dominos videre montes,

Et totam licet æstimare Romam.

Lib. 4. Epigram. 64.

Propertius: *Septem Vrbis alta iugis, toti quæ præsidet Orbi.*

Lib. 3. Elegia 10.

Claudianus: *Quæ septem scopulis Zonas imitatur Olympi.*

Paneg. 3. in Stiliconem.

Idem: *Cinctosque coegit . . .*

In 6. Cöl. Honorij.

Septem continuo montes iuuenescere muro.

Lib. 26.

Ammianus de Constantio loquens: *Deinde, inquit, intra septem montium culmina per accliuitates planiciemque posita Vrbis membra collustrans.* Nihil ais, dicet aliquis, nam Vrbis montes includebat, & alia plana, & tumulosa loca, quæ sunt circa & extra Montes. Verum aliud iudicabit, qui diligentius verba expenderit. Nam quid est apud Claudianum, Honorij ætate *Septem montes iuuenescere cinctos continuo muro*, nisi muros aut ipsis montibus fuisse impositos, aut prope ipsorum radices ductis munitionibus præcinctos, receptis tantum intermedijs vallibus? Non enim Montes cinguntur, ornanturque (quod poeticum est

iuuenescere) renouatis mœnibus, si mœnia aliquot millia passuum absint à montibus. nec probè dixisset Virgilius: *Septem arces*, idest Colles muro circumdedit. Immo & Montes fuisse pro mœnibus testatur Plinius: *Ceterum munita erat præcellis muris, aut abruptis Montibus*. Muri enim præcelli in vallibus interiacentibus altos Montes inter se iungebant, qui prærupta, & suâ altitudine absque manufactis operibus munitabantur. Ideo Ammianus. *Vrbis membra, seu partes intra septem Montium culmina per accliuitates, planiciemque intermediam videlicet positas dixit*. Si erant partes Vrbis intra Montes Constantij æuo, cur tu tanto loco um spatio extra constituis? quamuis enim Martius Campus tunc ædificatus, esset extra montes; quia tamen reliquæ Vrbis partes montibus continebantur, à potioribus, & pluribus iure dicuntur esse iatra montes. Sunt autem colles Vrbis in circulum dispositi, & Palatinum vndique modicis vallibus secretum, quasi centrum, & si non omnino medium relinquunt. Ideo eum collem in meditullio ferme Vrbis posuit Dionysius: ne hac de causa cogatur Cluuerus, Trausiberinum tractum intra Urbem censere. Iam nostram Romam ad veterem referendo, optimè apparet, quomodo septem montes pomœrio concluderet. Nam Auentinus deficiens ad portam Trigeminam, planiciem, vbi naualia fuerunt circumiacentem habet: Cœlius in muris ipsis definit: Esquilinus aut interiecto campo longe à pomœrio finitur, aut certe in planiciem cum Viminali excurrit, qua parte ductus est Agger Tarquini; qui plana Collis Quirinalis terminabat, hodieque terminat. A porta Collina deinde murus latiori circuitu descendit in Martium Campum; cum sub Regibus per prærupta montis Quirinalis rectâ in Vallem, vbi Columna Traiani, inde in summum Capitolium, tum ad Tiberim duceretur. Hic ergo murorum ambitus antiquo septicolli respondet. Porro si, vt aiunt, cum adiectis in Ianiculo mœnibus, Vrbs nihilominus hodie vix tredecim millia passuum implet: si alia decem, aut etiam triginta septem millia adicias, tam infano extra colles ambitu; quomodo aut muros in Collibus, aut Vrbis partes intra septem Colles collocabis?

Secundo muros Vrbis circumeunti, eorum partes ac portæ idem indicant. Incipio à Tiberi, & porta Flaminia. Hic ab ætate Iustiniani, præter portæ situm, qui tunc in editiore loco, vltra Templum Virginis cognomento à Populo, videtur fuisse, eadem sunt spatia murorum, vt constat ex Procopio. Ait enim, Vitigem Gothorum Regem ad Urbem, proximè obsidendam accessisse, venisseque ad pontem fluminis decem, & quatuor stadia distantem ab Vrbe: qui Miluius fuit, vt patet tum ex Turri in summo ponte, quæ à Belisario inibi extructa adhuc visitur: tum ex ipsamet narratione historici. Gothi enim locatis castris inter Prænestinam, nunc Maiorem, & Flaminiam portam: in Pratis Neronianis, & ad Molem Adriani alia castra muniuerunt; vt medium pontem Miluium, quem occupauerant, & trans Tiberim omnia in tuto haberent. Hic ergo pons illo æuo ab Vrbe aberat stadia quatuordecim, hoc est passus mille septingentos quinquaginta, siue duo non planè absoluta milliaribus.



SITVS ET AMBITVS VRBIS ROMAE A CAESARIBVS AMPLIATVS.

PROPERTIUS. *Omnia Romane cedant MIRACVLA terræ,
Natura hîc posuit, quidquid VBIQVE fuit.*

2



WYDZIAŁ HISTORII I SPOŁECZNAJSTWA
UNIWERSYTETU W BIAŁYMSTOKU

Stadium enim continet passus centum viginti quinque: nec puto minore spatio nunc pons Miluius abest ab Vrbe.

Idem ex conflictu Constantini, & Maxentij ad pontem Miluium patet. Nam Maxentius, vt aiunt Incertus, & Nazarius in Panegyricis ad Constantinum, transmissis fluuios instruxit sic in ripæ margine locatos, vt à tergo Tiberi præmerentur, & *ultimorum vestigia presagio quodam euentura cladis vnda fatalis allueret*. Ad primum enim impetum Constantiniani exercitus, territi, fugatique, locum, quem pugnae ceperant, texere corporibus: vel in fluuium cum ipso Duce abiere præcipientes siue angustijs Miluij pontis exclusi, vt Incertus in Panegyrico, siue diffracto ligneo ponte, quem Tyrannus fabricauerat propè Miluium, vt dissolutis compagibus hostem immergeret; quod Zosimus, & Eusebius, alijque tradiderunt. Hic ergo vbi pugnatum est, locus longissimè ab Vrbe distare dicitur ab Eusebio: *Ne, inquit, Tyranni gratia, Constantinus Romanos bello affligere cogeretur* *Θεὸς αὐτὸς οἷα δεσμῶν ποὶ τὸν τύραννον πορρωτάτω πηλῶν ἐξέλκει: Deus ipse veluti vinculis quibusdam Tyrannum longissimè à portis extrahit*. Quod si cuiquam fortè videatur Eusebius non integra fide loquutus; quod interuallum, quo porta Flaminia distat à ponte Miluio pro *longissimo* habendum non sit; intelligat primo, Urbis mœnia longe à ponte distita, vt hodieque sunt, illo æuo fuisse: deinde, pro *longissimo* habendum esse interuallum, quo victores milites, cædibus direptionibus, incendijs Vrbi nocere non potuerunt.

Iam vltra portam Flaminiam, versus Collatinam, seu Pincianam flectuntur mœnia, & murum obliquum vulgari vocabulo appellant. Cuius eandem formam sic Procopius describit: *Inter portam, inquit, Flaminiam, & alteram ad dexteram huic proximam portulam, porta alia est, quæ Pinciana vocatur. Huic proximi muri pars quædam lapidum laxata iam pridem compage, seiuncta spectatur, non tantum à solo, sed à medio ad summum fastigium scissa, nec sane collapsa, nec alias resoluta; sed vtrinque sic inclinavit, vt cætero muro extrinsecus partim prominentior esse appareat, partim retractior*. Deinde cum dixisset, eam muri partem, quæ opinio Romanorum erat, Gothico bello Beati Petri Apostoli defensione munitam, subdit: *Nec sarcire in posterum quisquam, nec de integro restituere ausus est, sed ad hanc diem ea è regione seiunctus remanet murus*. Ita prorsus hodieque angulus ille inclinatus spectatur quare non est, cur aliquis ex hac Urbis parte strictius murorum spatium, quam olim fuerit, esse contendat. Confirmat idem S. Gregorius in Epistolis scribens, iuxta portam Flaminiam, viamque publicam occultas fuisse cryptas, quò Monachi fugitiui se receperint. Quæ etiam hac tempestate eodem in loco obliqui mœnium anguli visuntur.

Lib. 2.
Lib. 1. Vit.
Constant.
cap. 32.
Vbi pugnatit Cōstantinus cum Maxentio.

Murus inclinatus in mœnibus Urbis.
Lib. 1. de bello Gothico.

Lib. 1. Epist. 38.



MVRVS OBLIQVVS VVLGO DICTVS MVRO TORTO

At Collinæ, seu Salarie portæ moenia ibidem olim fuisse, & Horti Salustiani, & Christianorum sacra monumenta ostendunt. Hortos quidem Salustianos ad Collinam fuisse nemo dubitat, vt alio in loco dicam. Tacitus: *Tertium agmen per Salariam Collina portæ propinquabat.* De quo Hist. lib. 3. *Ij tantum conficiati qui in partem sinistram Vrbs ad Salustianos Hortos per angusta, & lubrica viarum flexerant. Superstantes macerijs Hortorum Vitelliani ad serum vsque diem saxis, pilisque subeuntes arcebant; donec ab Equitibus, qui porta Collina irruerant, circumuenirentur.* Ad hos Hortos domus olim Sanctæ Susannæ regie virginis fuit, quæ postea in Templum eius nomini dicatum conuersa est, hodieque percelebre visitur. Constat ex eius actis, & Ecclesiastica Historia, quam refert Cardin. Baronius. *Domus, inquit, S. Susannæ, & Gabinij Patris erat coniuncta domui S. Caij Papa in sexta regione, Alta olim Semita, nunc via Pia. Apud Vicum Mamuri ante Forum Salustij, siue apud Arcus portæ Salaria, iuxta ades Salustij.* Tum subdit Baronius: *Est apud Gentiles auctores mentio de adibus, Hortisque Salustij in eadem regione positis. Perseuerat hætenus nobilis memoria S. Susannæ eodem in loco, qui nostra etate auctus est nobili Monasterio sacrarum Virginum.* Ex his, quæ a me non eodem verborum ordine relata sunt, conficere sic quisque potest, Templum S. Susannæ est, vbi fuit eius domus: domus ad Hortos Salustianos: Horti ad portam Collinam; igitur hæc porta ætate illius B. Virginis, nempe Diocletiano Principe, latiore, quam nunc ab sit, spatio ab eius domo, ac Templo abesse non poterat: interiectis videlicet tantum Salustianis Hortis. Nunc certè longè sita est ab æde S. Susannæ, & spatiū in medio relinquit, quod Salusticum suo tempore nuncupatum, ab Hortis videlicet Salustij, testatur Fuluius: hodie Salustiam vulgò appellant.

Aliud extra portam Viminalem, nunc Piam pro eius muris indicium est. Nam Templo S. Agnetis extra Urbem condito à Constantino proximum est Templum, & sepulchrum S. Constantiæ sororis Constantini. De quo sic Pomponius Lætus in vita Galli Cæsaris, qui eiusdem magni Constantini patruelis fuit. *Constantia corpus delatum ad Urbem, & in Suburbano via Numentana post primum lapidem sepulchro maiorum illatum.* Recens auctor rei antiquæ, vt olim est gesta, seriem & modum exposuit, neque spatium via mutatum est à porta Vrbs ad ædem ædi S. Agnetis proximam, & Constantiæ sepulchro insignitam.

Hinc extenditur rectus ad portam Esquilinam murus, interiecto quadrato Castrorum intervallo, quod vt supra dicebam, demonstrat reliquias Tarquiniani Aggeris, quo Vrbs ab Oriente claudebatur.

Porta verò Esquilina in latiori murorum ambitu non fuit. Argumento est Templum S. Laurentij antiquis etiam temporibus dictum extra muros. ibique conditum à Constantino Augusto, quod B. Martyr in Viminali vbi nunc Aedes Sancti Laurentij cognomento in Palisperna ardētibus prunis super cratem ferream vltulatus, eadem nocte sublatus à S. Hyppolito, & per Esquilias extra Urbem in Cœmeterio Ciriacæ in agro Verano depositus, sepultusque est. Locus ergo ille, in quo postea Tem-

plum augusta magnificentia condidit Constantinus, semper extra Urbem fuit. Et quamvis spatium interiectum inter veteres Urbis muros digito designare nemo possit; tamen veritati consentaneum est, olim non fuisse brevius quam nunc est, cum cœmeteria fere distarent à mœnibus, & cadaver Beati Martyris clam deportatum sub ipsam portam confestim occultari non potuerit.

Huc afferri potest, quod Prudentius in Hymno 11. S. Hippolyti (quâvis aliter alij codices numerent) scribit de Crypta Verania, seu Cœmeterio Cyriacæ, in qua Beati Martyris corpus sepultum est: & ostium habet in Templo S. Laurentij:

Haud procul extremo culta ad pomœria vallo.

Mersa latebrosi crypta latet foveis.

Et paulò post:

Stat sed iuxta aliud quod tanta frequentia Templum

Tunc adeat, cultu nobile regifico.

Id vel S. Laurentij Templum est, vel S. Hippolyti, quod non longe distabat, referente Card. Baronio.

Nihil ita certum affirmare possum de ea mœnium parte, quæ est ad portam Næviam, nunc Maiorem. Tamen pro argumento sit peruetus quædam ædes prope Sanctæ Crucis Tempum, quæ ab Antiquarijs Veneris, & Cupidinis: eademque à Petro Victore non longe à porta Næviam fuisse dicitur. Et forte in hoc Esquiliarum angulo aliquid mutatum est, vt Amphitheatrum incideret in mœnia.

In Annot.
ad Marty
rol. die 13.
Augusti.

Iam ad portam Cœlimontanam nunc Lateranensem cum ipso monte terminatam Urbem situs ipse loci demonstrat; desinebat enim in abruptis montibus, vt ait Plinius.

Portam Latinam in eodem stare vestigio S. Ioannis ædícula, vulgò ante portam Latinam testatur; nam ibidem in olei feruentis dolium demissus est Domitiano Principe.

Idem de porta Capena, nunc S. Sebastiani colligitur ex eo quod S. Gregorius commemorat Epist. 30. lib. 3. *De corporibus vero, inquit, Beatorum Apostolorum quid ego dicturus sum? dum constat, quod eo tempore, quo passi sunt, ex Oriente fideles venerant, qui eorum corpora sicuti civium suorum repeterent. Quæ ducta vsque ad secundum Urbis milliariũ vsque ad locum, qui dicitur ad Catacumbas collocata sunt.* Videant qui ævo Neronis volunt ampliorem Urbem: & post illum etiam producant; an locus ille ad Catacumbas, adiunctus Templo S. Sebastiani, nuñc magis ab Vrbe distet.

Tandem porta Trigemina nunc S. Pauli, ex qua brevis est ad Tiberim tractus, ne multum abesse à veteri loco credatur, indicio est Templum S. Pauli à Constantino erectum, ab alijs deinde Augustis amplificatum. De quo sic Procopius: *Extat Templum S. Pauli Romanis procul à mœnibus stadijs decem, & quatuor* (idest vt supra de ponte Milvio dicebam, passibus mille septingentis quinquaginta) *iuxta quod Tiberis fluit, ubi nullum patet munitum esse presidium. Porticus tamen eodem ab Vrbe perti-*

Lib. 2. de
bello Go-
thico.
Templum
S. Pauli.

pertinens, circaque & adificia alia pleraque non satis ad innuadendum opportunum locum hunc reddunt. Templum ergo illud religiosissimum, & maximum cum ætate Belisarij, & Iustiniani abesset ab Vrbe milliaria duo, minus ducentis quinquaginta passibus, tantumdem hoc æuo aut circiter distare à Romanis mœnibus rectè æstimari videbitur.

Superfunt Transiberina mœnia, quæ immota, nec magis angusta hoc æuo sunt, quàm olim fuerunt. Nam portæ Portuensis structura cum inscriptione Arcadij, & Honorij Principum adhuc visitur. Deinde quæ murus per accliuitatem Ianiculi ad portam S. Pancratij, & iugum collis euadit, indeque flexus ad portam Septimianam, Tiberimque descendit, eosdem habere fines dicendus omnino est, quos illi Rex olim Ancus imposuit, vt ex Liuius, Dionysio, & Procopio inferri potest.

In ea verò Ianiculi parte conclusa mœnibus, fuisse molas omnes ab antiquis Romanis collocatas testatur Procopius, aqua præcipiti lapsu è supercilio collis struẽtes per canales subiectis machinis mouendis illabente. At contra muri extrema, qui ripam Tiberis prope Septimianam portam, in Hortis nunc Farnesianis, attingebat: in ripa citeriore alter murus incipiens secundum fluium deducebatur ad pontem Aelium, eumque prætergressus, muro demum committebatur, qui descendens è colle Pincio prope portam Flaminiam pertinebat ad Tiberim. Porro illa mœnia cis flumen secundum ripam extructa porta Aurelia diuidebat: quæ, cum vigerent Christiana sacra, etiam S. Petri est appellata; quoniam, eodem Procopio referente, Apostoli Templo esset omnium propinquior. Quare eadem porta constituitur in aditu pontis, quem Triumphalem nominant, nempe olim impositum viæ Triumphali ad Nosocomium S. Spiritus. Cuius sane tres ingentes pilæ in aquis semirutæ eo loci spectantur: ibique cum porta conspicitur in veteri Roma, quam Pyrrhus Ligorius à se descriptam in ære incidendam curauit. Idem secundum vltiorem ripam, contra quam nos fecimus: & Onuphrius in parte Vaticanæ campi mœnia statuerunt. Sed Procopius, quamuis subobscure loquatur, pluribus tamen in locis, si rectè intelligitur, à nobis est: mediumque inter mœnia flumen constituit, ea videlicet, quæ in ripa citeriore, quæque in Ianiculo fuerunt. *ὄντινα δὲ, inquit, ἔσπον ῥωμαῖοι τὸ ποταμὸν ἐφ' ἑκατέρῃ τῇ τῆς πόλεως τεύχεσσι ἐδείμοντο, ἐρῶν ἐρχομαι. Quemadmodum autem Romani ex utraque Fluminis parte Urbis murum adificauerunt, dicere aggrèdior. Multis quidem (ἀλλ' ἂν) Tiberis mœnia longo spatio præterfluens ἀδάρρειαν ἐπιπλάσαν τὴν ἀειβόλῃσιν hæc ferebatur. Hic autem locus, in quo murus iuxta profluentem amnis consurgit, planus, & valde facilis est. At contra hunc locum, trans Tiberim, Callem quemdam magnam contingit esse. Idque esse Ianiculum nemo dubitet: vbi deinde frumentarias molas fuisse à præscis fabricatas tradit, tum pergit. *διὸ καὶ οἱ πάλαι ῥωμαῖοι τὸν τε λίθον, & τὰν κατ' αὐτὸν τῆς ποταμῆς ὀχθρὰν τεύχεσσι λαβὴν ἐγνώσαν, ὡς μήτε τοῖς πολεμίοις δυνάτα ἐἴη τῆς τε μέλαινας διαφθεῖραι, & ποταμὸν διαβάσιν ἀποτῶς τῆς πόλεως ἀειβόλῃσιν ἀπεβλάσιν.**

Lib. 1. de bello Gothico.

Molæ vbi Romæ fuerint.

Lib. 1. de bello Gothico.

Moenia fuerunt in ripa Tiberis.

Moles Adriani.

Propterea antiquitus Romani, & Collem, & iuxta ipsum fluminis ripam muro comprehendere decreuerant. Vt neque hostibus possibile esset molas euertere, & fluuium traiciantibus facile mœnibus Urbis insidiari. Aditque, itaque iungentes inibi fluuium ponte, & moenia coniungere voluerunt: & crebras domos in loco, qui est ex aduerso, adificantes medium Urbis Tiberis alueum fecerunt. Hæc puto, ostendunt mœnia cis Tiberim contra Ianiculum, non in Transtiberina ripa fuisse. Itaque non ducenda sunt à porta Septimiana secundum eandem ripam ad Molem Adriani. Sed quoniam alia eiusdem Procopij verba videntur negocium facessere; ea primum afferenda: tum quid probabilius consequatur, depro-mendum est. Igitur loquens de Mole Adriani Ἀδριαίου, inquit, ἡ ρωμαίων ἀποκεράτορ & ταφὸς ἔξω πύλης αὐελίας ἔστιν, ἀπέχων τὴν ἀεὶ βόλην ὄσον λιθῶν βολῶν. *Adriani Romanorum Imperatoris tumulus extra portam Aureliam est, distans à mœnibus, quantum iactus est lapidis. Pergitque paulò post: Hoc autem sepulchrum prisca homines (visum enim id Ciuitati) muris duobus ad ipsum à mœnium circuitu pertinentibus, eorū partem esse fecerunt. simile enim est præcelsæ turri ad eius loci portam prominenti. erat igitur ibi munitio tutissima. Huic autem munimento Constantianum Belisarius præfecit: cui etiam mandauit custodiam muri contigui curare, leue, & non magni momenti præsidium habentis. ἡμισα γὰρ ταύτην ἐπιμάχεοντ & τὴν ἀεὶ βόλην, ἀπὸ τῆς ποταμῆς ἀδραρροοντ. Hic enim minimè expugnatu facilis murus erat præterlabente flumine. Et paulò post: κωνσταντινὸς δὲ καὶ γὰρ ἠγγέλλοντο οἱ πολέμοι τῆς ἐς τὴν ἡβελίαν ἔσποιν ἐφόμοι δὲ ἀβάσως, δέσπας ἀεὶ τῶν ἐκείσιν ταχίσματι. Constantianus autem (etenim nunciabantur hostes in Tiberim tentantes aditum) metuens illi, qui inibi erat muro, ipse quidem cum paucis opitulatum venit: plures curare iussit ad portam, & sepulchrum, idemque victor redijt, cum fugasset ὅτι τὴν ποταμῆν ἀποπερασάμενοι, eos qui fluuium tentauerant. Vbi mœnia cis fluuium aperte videmus, quandoquidē traiciendus erat hostibus Vaticano venientibus, vt illa possent oppugnare, atque irrumperere: eademque præterlabente flumine modico præsidio indigere. Videmus portam Aureliam ad Tiberim. Itaque, eodem Historico referente, Gothi cum tentassent transitum fluij, vt murum aggrederentur, alia parte molem ac portam simul aggressi sunt.*

Porta Aurelia omnium vicinissima Templo S. Petri.

Dices: cur porta Aurelia non collocatur ad pontem Aelium Adriane Moli propinquior? Id enim indicat Procopius. Respondeo, ex Procopij narratione, nullam portam Templo S. Petri fuisse Aurelia propinquorem. Si autem hæc ad pontem Aelium, & Molem ponatur; alia ponenda esset in aditu pontis Triumphalis (vt aiunt: sed Petrus Victor *Vaticanium* nominat) quæ vicinior illi Basilicæ fuisset. Murus autem à Mole quasi brachium ad pontem illum pertinens; interposita porta patefaciendus non erat, cum ripam vndique clauderet.

Sic ergo his in locis, saltem suo Procopij murorum ambitum se habuisse reor. Antiquissima mœnia è supercilio Ianiculi ab Anco Martio Rege

Rege ad Tiberim, dextrâ, laeuoque perducta sunt. Deinde propè Septimianam portam ædificatus pons, qui à Pontifice vltimo conditore nunc **X Y S T V S** dicitur plana Vrbs, interfluente flumine, coniunxit. Ab eo ponte murus in citeriore ripa versus pontem Triumphalem excurrebat: vltra quem porta Aurelia; eò translata, cum antea sub Ianiculo fuisset. Moles verò Adriani, duplici brachio extenso, vno quidem ponti Aureliæ portæ coniungebatur: alterum laeuorsum ad aliam murorum partem Aelio ponti commissam dirigebat. Hæc mœnia cis Tiberim item structa sunt, ab Aelio ponte versus portam Flaminiam. An eius portæ mœnibus coniungerentur, & Campum Martium à flumine perpetuo diuiderent, alij certius decernant. Probabile quidem est, murum subinde habuisse arcuatos aditus; vt Romana iuuentus post armorum exercitacionem posset è Campo Martio in Tiberim, natatum, lauatumque descendere. Sic autem constitutis in citeriore fluminis Ripa mœnibus, clarè intelligitur quod in Panegyrico ad Constantinum ait affatus Tiberim Orator: *Tu munitor mœnibus ambiendis.*

Quomodo se mœnia haberet ad ripam Tiberis.

Quomodo Gothi, & alij qui Urbem ceperunt, mœnia, domosque diruerint.

Cap. XVIII.

FREQVENTES clades à Barbaris Vrbi illatas quemadmodum opes ac Ciues: sic magnum soli spatium mœnibus antea conclusum abstulisse, multorum opinio fert. Quomodo enim aiunt, fieri potuit, vt diuturno temporis interuallo, quod ab Aureliano ad Iustinianũ vsque defluxit, Roma ab exteris aliquoties expugnata atque direpta, muris nunquam disturbatis, eandem formam, & amplitudinem retinuerit? Itaque etsi Belisarius Urbem instaurauit, bellicorum incendio ante diminutam, minorem tamen reddidit, quàm florentem olim Cæsares fecere.

Successum ordinemque temporum hæc quæstio inuoluit, quem paucis perstringam. Annorum ergo spatium quod inter Aurelianum, & Iustinianum primo inauguratos Principes intercessit, fuit ducentorũ quinquaginta septem, quo tempore Urbis mœnia è suo loco, statuque mota non sũt. Nam Vrbs integra vsque ad Honorium Principem, nouisque semper aucta ornamentis, demum expugnata est ab Alarico Gothorum Rege anno eiusdem conditæ **M C L X I V**, sed Gothus maiore ignominia, quàm damno Urbem depopulatus, pauca ædificia incendit, muros intactos reliquit, non multa onustus præda, Placidiam abducens paucis post diebus profectus est. Hæc passim auctores. Inter quos Cassiodorus in Chronico: *Roma, inquit, à Gothicis Alarico Duce capta est, ubi clementer vsi victoria sunt.* Mortuo Alarico, rediuerunt Gothi ad eandem diripiendũ Ataulpho Rege, sed manus ab ædificijs, ac mœnibus abstinerunt.

Tertiò

Lib. 3. in Martiano. Tertiò capta est Vrbs à Vandalis, quos ex Africa in Italiam Genserico Rege acciuit Eudocia Augusta, vt viri sui Valentiniani necem, Maximi dolo illatam vlcisceretur. Gensericus quidem, teste Eutropio, illico vacuam præsidio Ciuitatem cepit, & occurſu Leonis sanctissimi Pontificis, quod passim Ecclesiastici annales memorant, mitigatus ab incendio, cædibusque, ac supplicijs Urbem seruaui immunem.

Lib. 1. Quartò Odoacer Herulorum Rex Vrbe potitus est sublato Augustulo, quamquam aliter de eo scripsit Procopius, initio libri primi. In qua & regnauit, postea à Theodorico Gothorum Rege ipse occisus, qui Urbem quintum cæpit. Ex qua Gothi sexaginta post annis ductu Belisarij, nono anno Iustiniani pulsati sunt, vt testatur Procopius. Sed hi duo postremi Reges non quærebant Urbis incendium, & ruinas, cum in ea regnare vellent. Itaque nemo dixerit muros ab his dirutos, ac diminutos, immò, vt constat ex Cassiodoro, qui Theodorici nomine scribebat Epistolas;

Lib. 1. var. Epist. 25. Theodoricus reficit mœnia Urbis. Theodoricus muros Urbis vetustate collabentes, diligenter reficiendos curauit. Nam ad Sabinianum Urbis Senatorem scribens, ait: *Dudum siquidem propter Romanae mœnia Ciuitatis, ubi studium nobis semper impendere infatigabilis ambitus erit, portum Lucrini deputatis redditibus reparari iussio nostra constituit.* Et ad Artemidorum Præfectum Urbis: *Pecunia, inquit, qua fuerat fabricis deputata Romanis sine aliqua dilatione, & vobis ordinantibus iterum Romanis mœnibus applicetur.* Quanto verò laxitas non sine firmitate murorum illo æuo esset idem pluribus in locis testatur Cassiodorus: *Illa, inquit, mirabilis sylua mœnium diligentia subueniente seruetur.* Et, *Absit enim vt nostris temporibus Vrbs illa mœnibus videatur protegi, quam constat gentibus, vel sola opinione fuisse terrori.* Et: *Testantur enim turbas Ciuium amplissima spatia murorum.*

Lib. 2. Epist. 34.

Lib. 7. Epist. 15.

Lib. 10. Epist. 18.

Lib. 11. Epist. 39.

Lib. 1.

Lib. 1.

Lib. 3.

Quomodo Totilas mœnia diruit.

Quomodo etiam Procopius eiusdem ætatis auctor magnum ambitum, & Circuitum Urbis appellat. Atque ex his clarè conficitur, muros Principum studio sumptuque subinde refectos ante immanem Totilæ procellam fuisse illatos, & integros. Successit bellum Gothicum, in quo defensa primum aduersus Vitigem Romam, à Totila deinde expugnata est. Quid verò Barbarus ille demolitus sit, constat ex Procopij libro tertio. Nam, vt ibi ait, Totilas Gothorum Rex cum cepisset Urbem, vellentque in Campaniam discedere cum exercitu, *Romam in primis dirutam solo æquare decreuit* ἡνωμὸν ῥώμην καθελεῖν ἐς ἴσα φθ. Sic ille. τὴ μὲν οὖν ὡσεὶ βόλου ἐν χωρίοις πολλοῖς τοσούτον καθελεῖν, ὅσον ἐς ἑπταήμεριον τὴ πικρὸς μέλιτα. Id est, *Muri quidem in partibus multis tantum diruit, quanta tertia pars totius ad summum esset.* Additque: *Incersurus autem erat edificiorum pulcherrima, & dignissima, Romamque pascuam, & desertam facturus.* Sed tamen Barbarus litteris Belisarij mitigatus Urbem seruaui, discessitque in Campaniam abactis ciuibus. ἐπέδρα, ait Procopius, Ἐ ῥώμην ἐργάσατο ἄχαρι παραιτέρω εἶδεν; *Persuasus est, Totilas litteris Belisarij, & Roma nihil mali amplius intulit.* Tum Belisarius, qui ad Hostia Tiberina morabatur, in Urbem incolis vacuam venit; *Cumque*

non posset, inquit Procopius, eam mœnium partem, quam Totilas diruerat, breui instaurare lapides, qui in proximo erant, in vnum coaceruatos nullo ordine componebat, nec vlla prorsus intermixtos materia; vt cui cœmenti nihil pretio esset, nec eiusmodi aliud quidpiam. Sed id duntaxat efficere nitebatur, vt ædificij saltem facies seruetur. Exteriori vero ex parte ingentem vim sudium fixit. Ad hæc accedebat, quod fossam, & banc quidem profundiore circa muros produxerat. Vnde totius exercitus incredibili promptitudine operantis per dies continuos quindecim, quod muri fuerat per Totilam disturbatum reficitur. Hæc ille. Ex quo factum est, vt ad obsidionem reuersus Barbarus Urbem frustra tentaret. Cumque se Tibur cum copijs recepisset, Belisarius foribus ferro contactis, portas obserauit, & clauas ad Imperatorem transmisit. Deinde, quod illi promptissimum, atque in tanta rerum copia pœne necessarium erat, iisdem terminis muros instaurauit, neque omnino contraxit, dilatauitque. Quare Totilas cum tertio rediisset ad Urbem, non aperta vi, sed incuria Ducis, dolo, & proditione militum eam cepit. Et Narses paulò post à Iulianiano missus muris instructam reperit, atque munitam, quos, & ipse munimentis additis firmavit, & instruxit. Itaque vehementer errant, qui putant mœnia à Belisario resecta, & Urbem hodieque cingentia, angustiora esse, quàm antea.

Denum quomodo Totilas Urbis mœnibus, atque ædificijs pepercit, ex sese postea dissolutis, & collapsis, scripsit S. Gregorius lib. 2. Dialog. cap. 15. vbi de S. Benedicto sermo est. Illum enim alloquens Canusinus Antistes sic ait: *Per hunc Totilam, Ciuitas ista, Roma, destruetur, vt iam amplius non inhabitetur. Cui vir domini respondit: Roma à gentibus non exterminabitur: sed tempestatibus, coruscis, turbinibus, ac terræ motu fatigata in semetipsa marcescet. Cuius Prophetiæ, pergit S. Gregorius, mysteria nobis iam facta sunt luce clariora, qui in hac Vrbe dissoluta mœnia, euersas domos, destructas Ecclesias turbine cernimus, eiusque ædificia longo senio lassata, quia ruinis crebrescentibus prosternantur, videmus.*

Belisarius
iisdem fi-
nibus mœ-
nia instau-
rat.

Auctoribus contra sentientibus occurritur.

Cap. XIX.

IVSTVS Lipsius in antiquitate oculatissimus maiorem, quàm nos intra muros, è longinquo Romam aspexit: & post illum Philippus Cluerus. Lipsius tamen optauit & Romæ tantisper esse, vt ex propinquo aliquid certius videret. Sic enim ait: *Abcur non Romæ nunc paucos dies sum? Cur non obambulo, video, metior? Cur non cum viris doctis inibi confero? firmiter fortasse, certiusque definirem.* Definisset, credo, qua erat sapientia, si oculis locorum situs, & spatia subiecisset. Nec tamen illi ad contra sentiendum rationum momenta defuerunt: & fundamentum, quod Græcorum scri-
pto-

Lib. 3. de
Magnit.
Rom. c. 2.

ptorum ope struxit ipse, Plinianum. Nititur enim Dionysio dicenti, Romam Athenis parem esse. tum subsumit: Athenæ pares Syracusis, teste Plutarcho. Syracusæ autem, referente Strabone, CLXXX. stadiorum, quæ sunt nobis milliaria XXII. cum dimidio. Tanta igitur Roma. Quo fit, ut Plinius ascribens Vrbi XIII. millia passuum corrigatur, & XXIII. millia cogatur ascribere. Quæ circumducta ratio nos, qui Romæ pedem fiximus, minus mouere debet.

Plinij locus sic habet. *Mœnia eius collegere ambitu Imperatoribus, Censoribusque Vespasianis, anno condita DCCCXXVIII. passuum XIII. M. CC. complexa montes septem ipsa diuiditur in Regiones XIV. compita earum CCLXV. eiusdem spatij mensura corrente à milliario in capite Romani Fori statuto ad singulas portas, quæ sunt hodie numero XXXVII. ita ut duodecim portæ semel numerentur, prætereanturque ex veteribus septem, quæ esse desierunt, efficit passuum per directum XXX. M. DCC. LXV. Ad extrema verò tectorum cum Castris Prætorijs ab eodem milliario per vicus omnium viarum mensura colligit paulò amplius LXX. M. passuum.* Huic loco, qui teste eodem Lipsio magnas habet tenebras, mutatis ab illo numeris, lux nihilo maior affulsit. *Vt mihi, inquit, nunc videtur Plinij numeri isti corrupti sunt, & sic reformandi. Mœnia collegere ambitu passuum XXIII. millia. Hoc primum pono, tantâ fuisse Romam: aut si placet XXII. parum in vno, alteroque milliari est. Verum non sunt corrigendi numeri XIII. M. & addito X. spatium Vrbs pœne duplicandum. Nam nostra lectio è manuscriptis libris excepta vulgatissima est, quam sequitur Onuphrius, hoc ipsum accuratissime persequutus. Vidi ego septem Codices Bibliothecæ Vaticanæ; è quibus vnus vetustissimus. omnes habent XIII. M. præter duos qui habent XIV. in libris autem cur verba corrigenda sunt, nisi locus perspicuè deprauatus appareat? Plinius sane de ea Vrbe loquebatur, quam ipse præsentem videbat, nec dum auxerant Traianus, & Aurelianus, Lipsianis terminis multo angustiores. Nam ut supra ex ipso dicebam Plinio, finesque*

Lipsius
Romæ tri-
buit XV.
III. M. pas-
suum.

Plinij Vr-
bs minor,
quàm sub
Aurelia-
no.

constituam ab ipso præscriptos: Urbem ab Oriente Agger Tarquinij claudebat, cis Castra Prætorija à Collina ad Esquilinam protensus. Castrorum autem formam, quadrata, & angulosa mœnia adhuc cernimus, & Aggeris reliquias in ipsis mœnibus. Eodem teste Plinio Vrbs complexa montes septem ipsdem abruptis muniebatur. Horum fines omnes iustramus, & contemplamur, quique abrupti Urbem munire tunc poterant, fuere, Quirinalis versus Septentriones: Esquilinus ad Orientem: Cœlius meridiem versus: Auentinus, & Capitolium. Nam Campus Martius a quo Plinij extra Urbem fuit.

At Lipsius: *Fateor, inquit, extra pomerium habitum, & intra mœnia tamen fuisse. Nonne idem in Auentino? qui vsque ad Claudij tempora in pomerio habitus non fuit, & tamen à Regum tempore Vrbi inclusus. Et Campus quidem Martius etsi olim non erat, tamen Iulius Cæsar (quod Cicero ad Atticum scribit) destinabat eum includere: qui scio an non Augustus fecerit? nam & is pomerium protulit: an denique Nero?*
quem

quem ego præcipue puto in tota Roma mutasse, & innovasse. Atqui Auentinum, & Ianiculum mœnibus septos fuisse Scriptorum auctoritate constat; quamuis extra pomœrium habitos. De alijs locis non docemus, sed diuinamus. Martius autem Campus illo æuo nec mœnia, nec pomœriũ habuit; vt supra dicebam. Illo quidem ipso tempore, *Concurrere in Campo Martio infestæ acies*, vt ait Tacitus; Vitellij, vt Urbem tuerentur: Vespasiani vt caperent. Quare ante Urbem, & mœnia conflictus. Quomodo enim Vitelliani ad defendendam Urbem; hostem intrare portas, deinde cum eo pugnare voluissent? Sed & Vespasiani Triumphus idem ostendit: de quo infra. Referente enim Iosepho Vespasianus ac Titus à Palatio migrarunt ad ædes propinquas Iſidis Templo. Triumphaturos enim egredi Urbem necesse erat. Aedes autem Iſidis prope Pantheon fuit, cis Campum Martium, in altero & minore Campo. At non debebant extra mœnia, postridie ingressuri portam Triumphalem? Itaque neque Augustus, neque Nero hac parte Urbem produxit. Et porta Flaminia tunc propè Capitolium erat.

Lib. 3.
Hist.

Cap. 22.

Sed quoniam correctionem, opinionemque suam Lipsius confirmat auctoritate Dionysij; quid ex ea inferatur, videndum est. Comparat enim Græcus historicus cum Athenis Romam: *Cuius, inquit, ambitum si quis metiri voluerit, & conferre cum eo, quo Atheniensis Vrbs continetur, & πολλῶν πνι μείζων ὁ τῆς εἰρήνης φανείν κύραλλον. non multo maior Roma ambitus apparebit.* At Circuitum Athenarum, scribit Dion ab eodem allatus, cum Piræo & longis muris fuisse ducentorum circiter Stadiorum: quæ sunt nobis viginti quinque miliaria: Sed an ea, pergit Lipsius, inclusa Athenis suis Dionysius in hac collatione voluerit, haeremus. Et merito. Nam ibi Dionysius fecernit Suburbia, & quidquid est extra Romam; tum ait: *Si quis mœnibus inuentu difficilibus propter vndique coniunctas ædes, vestigia tamen struëturæ multis in locis seruantibus, metiri eius ambitum voluerit, &c.* Urbem igitur Vrbi comparat septæ mœnibus: quæ extra sunt, prætermittit. Piræeum autem extra Athenas fuisse quis dubitet? Dion eo loco significat: *Quamquam, inquit, ducentum sit stadiorum ambitus Athenarum, si Piræeum vna complectaris, & quod muri medium est inter eum, & Urbis ambitum.* Clare Plutarchus in Syl- la. Cum enim narraſſet, ab illo obsessas, & captas Athenas: *Vrbe, inquit, capta, Tyrannus in Arce, quò confugerat obsessus est.* Arce expugnata, *Non multo post, ait, venit in Syl- la potestatem Piræeum.* Perspicuè portum seiunxit ab Vrbe, Liuius: *Muros Piræeum Vrbi iungentes. Iungebant, sed intermediij diuidebant.*

Lib. 4. &
9. Antiq.
Roman.
Athenæ
ex Dionysio pa-
res Ro-
mæ, am-
bitu.

Orat. de
Tyrann.

Dec. 5. l. 5.

Athenæ
quomodo
cum Ro-
ma com-
parentur.

Dices: cum Vrbe Arx capta non est, quæ tamen potuit esse in Vrbe; vt hodieque Arces videmus. Sic etiam Portus, quamuis in Vrbe non esset, post illam capi potuit. Hoc nempe vim Arcium attingit; quæ quamuis intra Vrbes sitæ, tamen propter munitiones non statim expugnantur ab hostibus. Portus autem, præsertim tantæ magnitudinis, si intra Urbem fuisset; quomodo non cum Athenis captus esset? Sicut ergo Dionysius de Romæ amplitudine loquens, *immensam longitudinem Sub-
urbio-*

Lib. 11.

urbiorum, & quidquid extra esset, separauit: sic ab Athenis, & portum extra positum, & Suburbia semouit, vt iusta fieret comparatio. At quantæ fuerunt Athenæ sine Piræo, alteroque Portu, quem Munichiam dixerunt? Ostendit Thucidides prolatus à Cluero: *Phalericus*, inquit, *murus erat Stadiorum XXXV. ad ambitum usque Urbis. Ipsius ambitus pars, quæ custodiebatur XLIII. Nam pars eius media longum murum inter, & Phalericum sine custodia erat. Longi vero muri ad Piræa usque continebat XL. quorum exteriora custodiebantur. Piræi cum Munichia uniuersus ambitus erat LX. Stadiorum. Quæ simul collecta, stadia sunt CLXXVIII. At sublatis LX. quæ habent duo Portus extra Urbem: Athenis attribues stadia CXVIII. idest minus quàm XV. milliaria. Deinde Phalericus murus ad ambitum usque Urbis, nescio an aliquid spatij adijciat, siue intra, siue extra ponatur. Ex quo non male intertur, per vim compingi in Urbem Romam XXIII. millia passuum. Quod si Plutarchus Syracusas *Urbem Athenis non angustiorem* appellauit, quam CLXXX. *Stadiorum fuisse* docet Strabo: eo loco Athenas cum portu perspicuè accepit, sicuti Syracusas: quæ terra marique ab Atheniensibus obsessæ etiam in portu validas classes, & ante portum nauale prælium spectarunt.*

In Nicia.

Lib. 6.

Denique ex verbis Dionysij non bene corrigi Plinij locum, patet ex eo; quod Dionysius Romam describit auctam postremùm à Seruio Tulio Rege, anno eius conditæ c reiter CC. annos amplius DCXX. antequam Plinius scriberet. Ille autem Rex septem nec totos Colles vno muro complexus fuerat, non excedente Capitolij crepidinem, seiungente Prata Flaminia sub Capitolio & longius ab Vrbe Campum Martium. Quem ambitum nondum Sylla: Iulius Cæsar, vt placet Cluero: Augustus, Claudius, Nero, vt placet Lipsio, dilatauerant. Itaque Romam, arctiorem describit Dionysius quàm tot incrementis auctam Plinius videret: atque, vt sensit etiam Onuphrius, illa ætate, & post exactos Reges, multo, quam nunc est, angustiorem. Quomodo igitur ab eius temporis ambitu qui tot incrementa nescit, licet eundem post sexcentos amplius annos inducere: & Plinium cogere, vt sui æui Romam antiquæ parem faciat, cum longe maiorem, & pene aliam videbat?

Magnitudo Urbis ab Seruij ætate non potest inferri ad ætatem Plinij.

Neque inferas: iure ergo statuitur ætate Plinij Vrbs XXII. milliariorum, siquidem tam ampla erat ante sexcentos annos, qualem describit Dionysius. Aliud enim hic agitur: An videlicet hæc consequutio recte deducatur: Dionysius scribit, Urbem tantam Rege Seruio fuisse: igitur ætate Plinij eiusdem amplitudinis fuit; quæ intermedijs seculis magna incrementa perceperat. Immo nec ipse Dionysius id consequi vellet: qui instam offensionem Romanorum effugere non potuisset, si narrasset, sexcentis post annis eiusdem esse magnitudinis, qua erat ante illos. Crediderim potius, Dionysium vulgari quadam æstimatione fuisse loquutum, qua seclusis ijs, quæ extra adiungebantur, illa principes Vrbes inter se aliquo modo comparabiles videbantur esse, nec Geometricam trutinam in vtriusque pensanda magnitudine adhibuisse. Et verò hic Græcus historicus, vt in cæteris accuratus ac diligens, hoc tamen nomine

mihi

mihî non probandus videtur, quod præter Urbis initia, Romanorum mores, Magistratum, Religionum, Cæremoniarum, Ludorum institutiones ferè omnes deriuat à Græcis; cùm rudes homines hæc instituerint, qui an effet Græcia vix audierant: Quod ad præsentem collationem spectat; placet in rem Athenarum loqui Salustium: *Atheniensium res gesta, sicuti ego existimo, satis ampla magnificaque fuere. Verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia prouenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum Orbem Atheniensium facta pro maximis laudantur. Ita eorum qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere præclara ingenia.*

In Coniur. Cati-
linæ.

Eodem loco Pliniano altera mensura erat à milliario ad singulas portas. Et efficit, inquit, passuum per directum XXX. M. DCCLXV. Ego dico scribenda ∞ ∞ ∞: idest tria millia, docet Lipsius. A milliario ad portam tria milliaria, & passus septingentos sexaginta quinque. Ergo in plena diametro, septem millia quingentos triginta: hanc triplica, nonne XXII. & semis in ambitu redduntur? At Plinius neglexit; aut insuper habuit de dimidio, & rotunde XXII. aut XXIII. dixit. Sic illæ. Hæc interpretatio ex proportione diametri ad vniuersum ambitum quid conficit, nisi pro certo habeatur, Romam rotundam fuisse? Atqui Romæ circuitus potius ad quadratam formam accessit, vt vestigia demonstrant: & muris qua longiùs procurrebat, qua contrahebatur angustius. Neque id mirum. fuit enim reapsa necessitas natæ cozua Romæ. quod Strabo testatur: *Roma, inquit, super Tiberim iacet: de qua iam dictum est, eam non delectu, sed necessitate conditam esse. Qui etiam adificia quadam ex parte addiderunt, non sane potiora in sua potestate habuerunt: verum iactis antea fundamentis seruiuerunt.* Et paulo post. *Ancus Martius montem Cælium, & Auentinum, & iacentem inter hos campos assumens urgente necessitate prioribus oopulauit.* Hinc exitit ille modo flexuosus, modò cuneatus, modò directus, modò angulis incisus murorum circuitus; quippe qui situm montium sequeretur, quod etiam cõfirmatum leges à Marliano. Et pomerium post Seruium Regem vsque ad Syllam intactum, si deinde alicubi promouebatur, alibi veteres terminos ex augurum religione retinebat. Quare partes æqualiter distare à centro non poterant. Hinc etiam varia spatij mensura breuior, longiorque à milliario decurrit ad portas. Porro milliarium erat aurea Columna in capite Fori Romani posita, in quam viæ militares Italiæ desinebant. Et quia in loco Urbis celeberrimo erat, eius vmbilicus dicebatur. Ab eo loco ad Tiberim breuis est tractus, interiectu Fori quondam Romani, & Fori Boarij. Par fere ad Campum, vbi erat illa ætate porta Flaminia. Multo productior ad alias portas, præsertim Collinam, Viminalem, Næuiã, Capenam. Dicat ergo Plinius immutatis numeris: *Mensura à milliario ad singulas portas efficit passuum per directum XXX. M. DCCLXV.* significat autem, præter spatium ambitus murorum, dimensum quoque fuisse spatium à milliario ad singulas portas: recensitisque passibus à milliario ad portas singillatim interiectis illum numerum initum fuisse.

Lib. 5.
Roma nõ
rotunda,
sed angu-
losa.
Libro 1.
capit. 5.
editio 1.

M.S. codi-
ces habet
XX. M.
DCCL.
XV.

Postremo mensuram, quæ à milliario ad extrema tectorum Plinio colligit LXX. millia, Lipsius putat colligi *septem millia*, vt ex hac semidiametro inferat XXXXII. *milliaria* pro ambitu tectorum extra muros Vrbs.

Hoc etsi nobis, qui magnitudinum murorum Vrbs inuestigamus, non aduersatur; tamen, vt de mœnibus dicebam, nisi ea testâ in orbem probe figures, nihil ex septem millium diametro conficies. Sed quomodo ædificia quæ pro Ciuium, & aduenarum voluntate Vrbi adiungebantur, in circulum nec potius in longum, aut nullam in figuram surgebant? Demum quid negamus Vrbi non septem mœnibus LXX. milliaria, quæ illi sua magnitudo, & fœlicitas attribuit, si tamen mensura per vicos omnium viarum excurrat? Tunc enim sine dubio tantus numerus efficietur. Codices Vaticanæ omnes præter vnum habent XX. M. passuum, & facilius auctor explicatur; vt quemadmodum mœnium ambitus XIII. M. passuum & CC. ita circuitus tectorum, extra mœnia XX. M. passuum amplecteretur. Cluuerus hoc spatium aliter dimensus sic ait: *Ad extrema vero tectorum, idest ædificiorum ab eodem milliario per vicos omnes etiam, idest per singula Suburbia quæ vijs publicis, Hostiensis, Appiæ, &c. circumiecta erant, mensura colligebat paulò amplius septem millia passuum. Huius mensura ambitus efficiet ad passuum millia XLV.* Sed hoc fieri non potuit, vt mensura excurrans per singula Suburbia per directum colligeret paulò amplius septem millia, & in ambitu XLV. millia passuum; cum quindecim, aut viginti, aut triginta milliaria vel vno Suburbio continerentur: & omnium ambitu teste Dionysio Vrbs quodammodo nec initium, nec finem haberet.

Mouit etiam Lipsium Olympiodori auctoritas, qui ait: *Romana Vrbs muris mensuratus ab Ammone Geometra, quo tempore Gothi primam inuasionem fecere, habebat spatium vnus, & viginti milliariarum.* At hic si docet primo Gothico bello fuisse vnus & viginti milliariarum: cur dicenda est ætate Plinij tredecim fuisse; cum posterior accessio tantum illi ambitum non dederit? Deinde nec primo Gothico bello sub Alarico, nec secundo sub Theodorico, nec tertio sub Vitige diruta, vel angustata sunt Romana mœnia: & aliquod passa detrimentum, postea resecta, & instaurata priorem firmitatem receperunt. Tertio autem bello Procopius interfuit, nobisque Vrbs ambitum circumscripsit, qualem fere huic quem vetustas, ac vis temporum nondum perdomuit ac deiecit, respondentem oculis intuemur. Hunc ergo potius Geometram, quam Ammonem nescio quem præoptamus.

Martino Polono respondendum non est, qui nec pro antiqua, nec pro nostra Roma loquitur. *Roma*, inquit, *sunt milliaria viginti duo præter Transiberim, & Leoninam Ciuitatem, cum quibus dicitur habere quadraginta duo milliaria.* Leoniana Ciuitas recens ostendit eum loqui de recenti Roma. Hic autem Innocentij IV. Pœnitentiarius vixit anno salutis MCL. Itaque nemo ab illo tempore circuitum Vrbs decuratum dixerit. At Transiberina Regio, & Leoniana Ciuitas cognomento Burgus, quæ quatuor amplius patet milliaria, cur viginti efficere dicitur?

Reliqua pars Urbis cis Tiberim explebit viginti duo? Sed illi auctori multa fingere licuit in libro de quatuor maioribus Regnis, si tamen illi hic liber est adscribendus, vt quidam aiunt. Nam præter hoc quod scribit cap. 4. ait cap. 5. *Porta Salaria, quæ ducit versus S. Sabinam.* In Sabinos dicere volui: nam ab illa longissimè abducit. *Porta Collina, quæ est prope Templum Adriani circa portam S. Petri.* Atqui Collina eadem est cum Salaria in Colle ad ortum, non ad ripam Tiberis: vbi scilicet Adriani Sepulchrum, non Templum est. Et cap. 6. *Palatium Neronis Lateranense dictum à latere septentrionalis plage in qua situm est.* Palatium Nero ad Sacram viam sub colle Palatino, sed in Laterano nunquam struxit, nec habuit. Hoc autem non ad Septemtrionem, sed Australem plagam est situm. Et: *Palatium, vbi Romulus posuit statuam suam auream, dicens: Ne cadat, donec Virgo pariat.* Nugæ. quod enim Palatium ætate Romuli, cum opprobrio non fuit facta sine arte casa? Quæ illi statua videnti aurea, qui forte nec luteam, nec scorteam habuit? Quod fictum in ore Ethnici hominis vaticinium? Et: *Palatium Titi, & Vespasiani ad Catacumbas.* Et: *Tempore Tiberij venerunt Romam duo iuvenes Philosophi, Praxiteles, & Phidias.* Et alia, ne rudi quidem sæculo, & ingenio digna. Atque hic in testimonium historicæ eruditionis adducitur?

At Vopiscus sua quinquaginta millia passuum nobis obtrudit. Huic vero & Lipsius, & Onuphrius, & cæteri omnes respondeant necesse est. Onuphrius quid dicat fatetur se ignorare: existimare autem, vel historicum errasse: nec, quid diceret, intellexisse, vel in numeri nota erratum esse, Liberalius se expedit Marlianus. Ait, producta fuisse mœnia, transmissa Tiberi per viam Flaminiam vsque ad Tabernam, quam Primam Portam vulgo nominant distantem ab Vrbe millia passuum VIII. totidem milliaria è regione portæ Flaminie, via Latina muros occupasse. hinc existere diametrum XVI. M. passuum, cuius ambitus efficit L. M. passuum. Mirum sane commentum. At nemini placet vacare in fabulas. Addit idem successu temporis muros fuisse contractos, vt nostris maiori ex parte sedem præberent. Lipsius vero, qui duo, aut tria supra viginti passuum millia auris per amplæ Romæ inclusit, quanto laxiora Vopisci spatia nihilominus expunxit? Vbi erunt viginti, & octo passuum millia? quomodo post Constantinum tanti spatij mœnia desierunt? quis diruit ante Gothicum tertium bellum, quæ custodia Principum, & hostium reuerentia conseruauit?

Lib. 1. c. 5.
edit. 2.

Prima edit muros
in priscis
fundamētis
absolutè
posuit.

Aut ergo locus ille corruptus est: aut ita quispiam dicere posset: Quemadmodum Plinius scripsit, in mœnium ambitu XIII. milliaria, & mensura currente à milliario ad singulas portas amplius XXX. id est simul sumpta XLIII. amplius milliaria fuisse collecta: sic post auctam Urbem Campo Martio, mensura à milliario ad portas recurrente, & muros circumeunte, collecta milliaria quinquaginta. Sed libentius probabiliora audirem. Cassiodorus, & Eusebius non auctam ab Aureliano, sed munitam Urbem scribunt. *Aurelianus, inquit, Templum Soli edificat, & Urbem firmiter muris vallat.*

In Chronico.

Ex his quæ dicta sunt obijciat aliquis: Hac nostra ætate murorum circuitus, cum includat Campum Martium, Pliniano ambitu maior erit; nunc tamen vix, aut ne vix quidem æquat, teste Marliano tredecim millia passuum; Plinius verò tredecim millia statuit, & ducentos: Deinde cum aucta fuerit postea Vrbs Traiano Principe, vt aiunt; certissimè tamen Cæsare Aureliano quanto erit amplior nostro antiquus ambitus? Hæc antea mihi soluenda in hunc locum potissimum reieci, quæ Marliano, & Blondo, & Onuphrio, & omnibus, qui hunc ambitum antiquo paulò minorem agnoscunt, soluenda sunt. Aio igitur: Terminos Plinianos tanto temporum decursu alibi fuisse mutatos (neque enim ipsidem omnino vestigijs immutabiles muros fuisse volumus) alibi vero dimensos, sed eius mensuræ nullam nos habere rationem. Nam Plinius loquitur de circuitu murorum; scribit enim *Mœnia collegere ambitu*. Quare, & Transiberianam regionem cinctam muris, quamuis extra pomerium, inclusit: & alia loca, in quibus nunc mœnia desierunt. Nam primo Capitolium (hæc enim tum Arx Romana) *Magnis*, vt ait Tacitus, *exercitijs in effugnabilis*, vndique præaltis muris, ac Turribus cingebatur. Tunc etiam à porta Collatina (quæ vel erat in eodem vestigio, vbi nunc alio nomine Pinciana est, vel non longe aberat) murus conuersus ad Quirinalem, & in eius crepidinem ascendens, postea secundum illam tendebat Capitolium versus eiusque munitionibus iungebatur: vel certe planicie Romanæ, non longe ab eodem Capitolio, aliquam partem occupabat, vt ad Tiberim excurreret. Ad hæc, Castra murum Aggeris Tarquinij non abstulerant, quo, vt ex eodem Plinio sæpe dixi, Vrbs claudebatur ab Oriente. Castra autem quadrato spatio illis extrinsecus adiecta sunt. Nunc vero mœniũ Tarquinianorum in castrensi illo spatio reliquæ nullæ supersunt. Præterea ad portam Næuiam, vbi veteres Arcus Aquæ Claudie; & in vltimis Esquilij ad Templum S. Crucis, vbi rude Amphiteatrum aspiciamus, fortasse aliquanto latiora mœnia, & magis directum angulum spectauit Plinius, vt Arcus, & Amphiteatrum includerent. Tunc etiam mœnia prope Auentinum, secundum Tiberim, & planiciem Testacei montis probabiliter ferebatur; Quid, si & alibi prope flumen fuerunt? nam contra Ianiculum in ripa fuisse constat. Quando, & à quo sint extructa, non constat. Horum autem vestigia nulla extant. Itaque etsi deerat duo Pliniano Campus Martius; mœnia cum aliquot loca, in quibus esse desierunt, occuparent, tredecim amplius millia passuum explere, minore tamen quàm nostro, ambitu potuerunt. Nec etiam multum vrget inclusus ab Aureliano Campus Martius, etsi plus vno milliari adiecit. Tunc enim præter eas, quas memorauimus murorum partes stantes Plinij æuo, nunc autem penitus sublatas, secundum Tiberim muri Urbis, vt dixi, à ponte nunc Xysto versus portam Flaminiam excurrerant: & à flumine, seu temporum morsu consumpti sunt. Hos verò, & illos Campi Martij si Plinianis adnumeremus, nonne quindecim millia passuum efficiet, & tamen terræ spatium, in quo nostri visuntur, nisi forte ad angulum illum Esquiliarum augebis? Mœnia enim quæ aliquot in locis intra nostrum ambitum

Lib. 3.
Hist.

Mœnia
ætate Plinij
aliquot in
locis erant
in quibus
esse desierunt.

Quomodo
intra
minorem
ambitum
maiora
mœnia
esse potuerunt.

tum collapsa, nec refecta: vel diruta, & sponte sublata priscis mensuram augebant, nos necessario praterire cogimur.

Quamuis autem hæc vera sint; tamen scribente Plinio, & Principe Vespasiano dici absolute non potest, Urbem fuisse, quam nunc est, angustiore propter ædificia, & ciuiles domos, quæ mœnibus vndique adhærentes ea parum agnosci sinebant, & omnem in partem late fundebantur. Neque enim hæc pro Suburbij habenda sunt. Plinius autem, vt dixi, pro tredecim millibus passuum solum habitam rationem ambitus murorum tradit. Iam qui Urbem ad XXII. aut XXIII. millia passuum extendunt sine Campo Martio, quonam illam compingunt? Ad Anienem & Castra Annibalis? An ad Paticulos, vel Appia via ad sepulchra Metellorum? Quod nam structuræ vestigium extra Urbem possunt nobis demonstrare mœnia indicantis? Durant adhuc multis in locis arcuati Aquæductus: cur alicubi ea non extant?

Mœnia subinde à Pontificibus instaurata.

Cap. XIX.

HÆC de ambitu, & muris Urbis diligenter à nobis peruestigata, & explanata sunt. Cæterum cura eisdem instaurandi ab Augustis, ac Regibus transiit ad Pontifices. Et septimo quidem sæculo in id vehementer incubuerunt, quod iam veritate, & oppugnationibus quassata mœnia, multis fortasse in locis factiscerent, vel diruta iacerent. Refertur ab Anastasio Sisiniius dierum, viginti Pontifex, tam breui Pontificatu calcis tamen fornaces ad murorum instauracionem parari iussisse anno DCCVIII. Gregorius II. qui septem ab illo annis Pontificatu est euectus, statim eodem Anastasio referente, vt muros reficeret, calcarias fornaces expediri, conuehi cæmenta, & à porta S. Laurentij opus inchoari iussit; tum aliqua parte refecta, emergentibus intempestiuis tumultibus cessare coactus est. Gregorius III. eidem successit. De eo sic Anastasius. *Huius temporibus plurima pars murorum huius Ciuitatis Roma restaurata est. Alimoniam quoque artificum, & pretium ad emendam calcem de proprio tribuit. Tringenta post annis Adrianus I. Ecclesiæ præfuit. Is teste eodem Anastasio muros atque Turres Urbis, quæ dirutæ erant, & vsque ad fundamenta collapsæ, instaurauit, magnamque vim auri in alimenta mercedemque opificum, & structuram operis insumpsit. Posterioris sæculi anno XLVII. Leo IV. nactus est Urbem à Saracenis antea oppugnatam, direptis religiosissimis Sanctorum Petri, & Pauli Templis. Itaque referente eodem Anastasio totius Urbis muros renouari, & in priorem firmitatem restitui, portas ædificari, præualidisque valuis obstrui præcepit. Quæ vt propere ad exitum perduceret, equo insidens, aut pedes ipse cum famulis circumibat, & opus vrgebat. quare & mœnia vndique restituit, & quindecim Torres funditus dirutas excitauit. Duas ad portam Portuensem*

Et Platina
in eius vi-
ta, & Cia-
conus.

Platin. in
vita.

Ciacon.
in vita.

in vtraque ora Tiberis hodieque stantes ingenti lapidum mole erigi iussit, firmis catenis inuicem obligatas, ne quisquam deinceps per vim aduerso Tiberi posset irrumperere. Partem Vaticanam propinquam Templo S. Petri circumductis mœnibus muniuit, cui à Conditore accepto nomine, Leonina Ciuitas, hodie Burgus, nomen fuit: addita, vt aiunt ingenti Turre, quæ à tergo Basilicæ insidet Collem. Adeo stetit cum illo Põtifice Urbis securitas. Callistus deinde II. muros collabentes iterum refecit. Clemens III. annuam pensionem ad eosdem reficiendos decreuit. Gregorius XI. qui sedem Auenione Romam retulerat, quomodo in ea tutus degeret, mœnibus refectis prouidit. Idem Martinus, & Nicolaus VV. Pius, & Paulus II. Sixtus IV. Alexander VI. munificè curarunt. Paulus III. ingenti murorum structura inchoatam in Auentino munitiõnem non absoluit. Paulus IV. ingruente bello terreos passim Aggeres, & munimenta excitauit: Leoninam Urbem validis mœnium propugnaculis tutiorem reddidit, cuius antea muros Urbanus quoque, & Nicolaus VV. instaurauerant. Pius IV. additis Arci propugnaculis, & munimentis, muros quoque Urbis Leoninæ firmavit: ædificatæ Portæ ex priore suo Angeli nomine, nomen dedit. Imposita denique passim Pontificum stemmata, indicant muros vetustate collabentes, aut iam collapsos, postea eorum opera restitutos. Iuliorum II. & III. Clementis VII. Gregorij XIII. Sixti, & Pauli VV. Gregorij XV. Urbani VIII. quâquam Urbanus VIII. Arcem S. Angeli maiori operû mole tutissimâ, & munitissimâ fecit, vt suo loco dicam.



Urbis turres, ac muri non tam diruti, & collapsi vetustate, quàm veteri forma inutiles, atque inualidi, hostium inuasionibus facile patebant. Discrimen verò, metumq; augebat laniculus Urbis imminens; namque à leuium Equitum (vt vocant) Castris, ad laniculensem vsque portam, munitiõibus penitus deltitutus, vinetis tantum, eorumque septis claudebatur: reliquus ambitus vsque ad Tiberim, perantiquâ strue parum sultus, pari periculo, laborabat. Itaque Urbanus VIII. pacis, bellique laudibus insignis, prospiciens (quod olim Rex Ancus) ex Ianiculo, tamquam, ex Orionis plagâ, hostiles aggressorum eluiones in subiectâ Urbem effundi: vt ille montem ipsum pomœrio adiecit, ne quando ea arx hostium esset, ita ipse pontificatus initio Urbis suæ securitati, incolumitatiq; consulens, Armamentario instructo, Arceq; munitâ, sæpe cum Eminentiss. ac Reuerendiss. Vincentio Maculano à Florentiola, tit. S. Clementis, de renouandis Urbis, ac primò ipsius Collis mœnibus consilium inierat. Amplissimus Cardinalis, in sacro Prædicatorû Ordine, iam Fidei Quæsitõr, ac Sac. Ap. Palatij Magister. Melitâ abs se nouis propugnaculis fortiter instructâ Româ redierat, pari famâ summis virtutibus illustris. Imminente demum Parmensis Ducis bello, Urbanus ad reficienda mœnia, mentem, animumq; conuerterat; & sic vniuersa murorum cura eadem demandata est Maculano, qui operis molitionem celeriter æquè, ac mirificè aggressus, ab iisdem Castris, vbi Alexander VI. desierat, ad Portuensem vsque portam, noua condidit mœnia, Leoninamq; Urbem, atque vniuersam Transiberinam regionem validam, tutamq; reddidit. Interim

Viba-

Vrbano vita functo, Summus Pontifex Innocentius murorum flexū, tractumq; retinuit in ipsa fluminis ripa, Gentilitio stemmate imposto Portuensi portæ, quam ipse ad absolutionem perduxerat, & aperiendâ curauerat, inscripto nomine INNOCENTIVS X. PONT. OPT. MAX. Satis quidem fuit à Maculano, sapienterq; prouisum, cū præualidis propugnaculis decem, & amplius excitatis, mirum sit quam aptè eadem se se inuicè tuerentur, quàm certò bombardæ collineent, defendantq; interiectorum murorum loricas, quam acriter aggressorum impetum retundant; sublatisq; collis accliuatibus, quam venustè Aggeres emineant, ac tamquam è speculâ, subiacentem Vrbem respiciant, abscondant, protegant. Hinc exteri, nostriq; rei militaris periti Romanas Arces collaudant, Auctoremq; concelebrant. Vix CXLIII. millia nummum in tanta murorum strue, impensa sunt, Architectorum cœtū ad CCCC. & amplius vnanimiter reclamante, & molitionem plaris constituram affirmante. Meritò igitur super Ianiculensi porta immortalis memoriæ, ac nomini Pontificis Urbani, pomærij finibus Ianiculo autis, conditisq; Urbis æternæ muris, vt monumentum extaret, inscriptus est lapis:

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

ABSOLVTIS CIVITATIS LEONINAE MVNIMENTIS
ET MOENIBVS AC PROPVGNACVLIS AD TIBERIM
VSQVE EXCITATIS

IMMINENTEM VRBI IANICVLVM ET
TRANSTIBERINAM REGIONEM CIRCVMDCENS
PVBLICAE SECVRITATI PROSPEXIT
ANN. DOMINI MDCXLIV. PONTIF. XXI.

De Portis Florentis Urbis. Cap. XXI.

AD HVC Plinij locus supra explicatus explicationem reposcit. *Mensura, inquit, currente ad singulas portas, quæ sunt hodie numero triginta septem, ita vt duodecim portæ semel numerentur, prætereantur quæ ex veteribus septem, quæ esse desierunt.* Lib. 3. c. 9.

Onuphrius sic habet: Quæ sunt hodie numero XXXIV. alias XXIV. vt legit Marlianus. Lipsius hæc verba præterijt. Codices Vaticani omnes habent XXXVII. Plinij mentem fortasse assequimur, si dicamus: Portæ duodecim semel numerandæ, idest pro vna habendæ sunt: septemquæ prætereundæ, quæ iam desierunt. Sed tamen quid explanatio significet, non bene intelligo. Sic autem ex portis triginta septem relinquenter decem nouè. Consentit hoc cum verbis Procopij. *Habet autem, inquit, circumiectus Urbis murus portas quatuordecim, portulasq; alias quasdam.* Fuuius: *Portæ, inquit, apud veteres viginti, vt vulgatiõ fama habet. Quatuor addit Marlianus.* Ego, cū ætate Procopij paulo plures quam quatuordecim fuerint, non video, quam ob causam, si Plinij æuo triginta septem erant, esse desierint; cū maiora deinceps incrementa Vrbs ceperit; acceperit vero nunquam, vt ostensum est, grauia ædificiorum, muro-

In Vrbe
Rom. lib.
1. cap. 6.
editio 2.

Lib. 1. de
Bell. Got.

Lib. 1.

rumque vsque ad Belisarium detrimenta. Itaque portas illas triginta septem: vt mendosas, & in locum suspectum illapas, accuratius peruestigandas non cenfeo; sed quas vidit Procopius, & adhuc retinet idem, fere murorum ambitus. Harum situm, & ordinem, quem hodieque seruant, idem scriptor prope oculis subiicit; eundemque ex parte pertexit Liuius, vbi irruptionem Romanorum in prædadores Hetruscos commemorat. Quare verosimile est, semper vel easdem, vel vna, aut altera diminutas. Plures quidem reperire difficile est, sed plura earum nomina.

Lib. 3.

Porta Flaminia.
Quæ & Flumentana.

Dec. 4. l. 5.
Ad Attic. lib. 7.

Igitur vt de singulis agam, incipienti à Tiberi occurrit primo Flaminia, à via Flaminia, cui est imposta, sortita nomen, quam C. Flaminius occisus ab Annibale strauit, & Circum Flaminium extruxit. Hæc ab antiquis Flumentana dicta est, quod Tiberis partem ea fluxisse affirmant, vt ait Festus. Eratque, vt opinor, in valle inter Capitolium, & Quirinalem; quæ olim angustior, postea ad ædificationem Fori Traiani, egesta terra, laxior fuit. Liuius: *Tiberis loca plana Urbis inundauit. circa portam Flumentanam etiam collapsa quadam ruinis sunt.* Meminit & Cicero. *Cur, cum portam Flumentanam Cælius occuparit, ego Puteolos non faciam meos?* Vario deinde murorum ambitu, varios nacta locorum situs eadem via, quæ recta tendit ad Capitolium; æuo adhuc nostro inde recessit, vbi æuo Belisarij erat. De ea enim Procopius. *Nec portam Flaminiam Gotbi tentarunt, vt loco præcipiti sitam, atque adeo vt adiri non facile queat.* Quare credibile est, tunc in proximo colle, post Cænobium Augustinianorum locatam fuisse; quo & pons Miluius recta videtur spectare. Nunc in planiciem traducta, egregia lapidum structura, Doricis columnis, epistylisque, singulari Pij IV. Pontificis Maximi munificentia exornata est. Cur mutato nomine, Populi dicatur, causam quidam esse putant, quòd propinqua Mausoleo Augusti proceras *populos* aditas habuit, quibus illud sepulchrum ad Aedem nunc S. Rocchi conditum inubratur. Vel ergo ab ijs arboribus: vel quia eas operi circumiectas syluas in vsum *Populi* Augustus publicauit: aut veriùs, quia propinqua Aedes B. Virginis *Populi* dicitur, à Populo Romano, Paschale II. Pontifice primùm extructa cognomentum sumpsit.

Lib. 1. de Bell. Got.

Et nunc Populi.

Strabo lib. 1.

Sueton. in Aug. cap. 100.
Eadem forsan Ratumena.

Porro eadem fortasse Ratumena est, nisi hæc Carmentalis olim Flaminie propinqua. Nam actis apud Veios ludis, *Maximum*, vt ait Plinius, *augurium fuit, in Capitolium peruenisse ab Veijs, cum palma, & corona effuso Ratumena, qui ibi vicerat, unde postea nomen porta est.* Expeditissimus quidem hac porta ingressus illi fuit, qui ludico quadrigarum certamine vicerat in Hetruria, & ab equis in Urbem raptus intra muros excussus est. Plutarch. in Poplic. de eodem Ratumena: *Iuxta Capitolium, ad portam, quam nunc Ratumenam vocant, effuderunt eum.* De eodem Festus, & porta scripsit.

Quæres cur ego portam Flumentanam inter Quirinalem, & Capitolium antiquitus positam fuisse censuerim potius, quam prope flumen, vbi statuunt alij: & propinquam sibi Tiberis, illa fluens demonstrauerit. Respondeo, hac de re me diu suspensum dubitasse, id enim indicat allata ratio.

ratio. Sed spatium illud inter Quirinalem, & Capitolium vtrique olim modica accliuitate coniunctum (cuius partem Coruorum Macellum, hodie nuncupant) & mittens ad initium Fori Romani, necessario obstrui mœnibus debuit: igitur & media porta fieri peruium. Hæc autem quæ alia esse potuit, nisi Flumentana? Carmentalis enim erat ex alia parte, vt vidimus. Immo & Tiberis eidem illapsus id demonstrat. Non enim mirum fuit, illum fluxisse Carmentali tam propinqua, sed hanc longius seiunctam cum adiunctis ædibus inundasse. vt postea recedens merito Flumentanæ nomen illi reliquerit. Hæc dicimus, dum probabiliora expectamus.

Proxima porta in Colle sita, Pinciana est; quæ sit nè à Pinciorum Nobilium Romanorum vicinis quondam ædibus dicta, alibi dicam. Antiqui Collatinam dicebant, quod Collatiam Oppidum Sabinorum non longe ab Vrbe mitteret, Cui videlicet *collata aliarum Ciuitatum opes dederunt nomen*, vt ait Festus. Procopius sic ait: *Inter hanc portam, Flaminiam, & alteram ad dexteram huic proximam portulam, porta alia est quæ Pinciana vocatur. Huic proximi muri pars quedam laxata iam pridem compage* &c. vbi murum, quem Inclinatam vocant, describit. Portula vero illa iam desijt. Pinciana, quæ media inter hanc, & Flaminiam muro inclinanti proxima dicitur, forte Flaminix ante propinquior in eius portulæ locum successit.

Porta Pinciana antiquitus Collatina. Lib. 1. de Bell. Got.

Sequitur Collina, siue Salaria. Collina vel à Collibus Quirinali, & Viminali, æquata ibi planicie coniunctis: vel ab Urbis Tribu: cuius nominis & Regio antiquitus fuit. sed tribus potius à loco nomen sumpsit. Varro. *Partes Urbis Tribus dictæ: & ab locis Suburana, Esquilina, Collina, Palatina.* Salaria, quoniam illa sal in Sabinos portari consueuerat, vt ait Plinius. siue vt Festus; *Quia per eam Sabini sal à mari deferebant.* Quamuis vterque de via, non de porta loquatur. sed par vtriusque ratio est. Celebris hæc porta Historicorum, rerumque ibi gestarum memoria. Hanc *obequitauit Annibal vsque ad Templum Honoris*, quod erat extra, vt ait Liuius, & *intra muros bastam emisit*, vt ait Plinius. Hac ingressi Senones Galli Urbem euerterunt. Ante hanc Sylla cum Samnitibus Romam inuadentibus pugnavit. Ab hac ad Esquilinam Agger Tarquinij protensus est.

Porta Collina, quæ & Salaria. 4. de ling. Latin. Lib. 31. cap. 7.

Eadem porta Quirinalis, vel à Quirini, idest Romuli sacello, vel à Monte Quirinali, in quem mittebat. Eadem Agonia, & Agonenfis. Circensem enim planiciem inundante Tiberi, ad hanc portam dabantur ludii Agonales dicti, quod Hostia in illis mactata diceretur Agonia: vel quod Montes Agones dicerentur. Eadem Salutaris ab Aede Salutis illi proxima, vt ait Sextus Pompeius.

Eadē Quirinalis, & Agonenfis, & Salutaris.

Collinæ Viminalis porta succedit in extremo Viminali sita, vnde etiã nomen traxit, quamquam non eo loci olim posita.

Porta Viminalis quæ & Numentana.

Extra portam Viminalem Dæ Nenix sacellum fuit, vt ait Festus, quã cantu querulo aduocabant, vt adesset funeribus. Extra eamdem lucus Rubiginis, in quo canis, & ouis immolabantur inclinante Aprili; canis canis

ni cœlesti, Rubigini ouis : illi, ne segetes exureret : huic, ne exederet.
Testis Ouidius.

Hæc mihi Nomento Romam cum luce redirem ;

Obstitit in media candida turba via.

Flamen in antiqua lucum Rubiginis ibat,

Extâ canis flammis, extâ daturus ouis.

Pro Cane sydereo canis hic imponitur ara :

Et, quare fiat, nil nisi nomen habet.

Eadem. Hinc portæ Catulariæ nomen. Festus; *Catularia porta Romæ dicta est, quia non longe ab ea ad placandum Canicula sydus frugibus inimicum ruse canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur.* Eadem hodie S. Agnetis nuncupant, ab Aede illi sacra extra pomœrium, & Piam, quod Pius IV. Pontifex refecit.

Nunc Pia
& S. Agne
tis.

Porta Es
quilina
nunc San
cti Laure
tij.

Magna agitur quæstio inter Antiquarios, an porta S. Laurentij, quæ proxima est, olim Esquilina fuerit. Quidam affirmant: Alij Tiburtinam hanc nominant, alij Neuiæ sequenti, vulgo Maiori, Esquilinæ nomen attribuunt. Me Liuij auctoritas cogit, Dionysij, Strabonis, vt Esquilinam appellem: nec quemquam priscorum inuenio, ait Marlianus, Tiburtinam nominasse.

Lib. 2.

Liuius, cum referret Romanos Hetruscis prædatoribus insidias parauisse, ait: eos emisso pectore porta Esquilina, vt hostem elicerent, in eû postea partim Collina egressos, partim Næuia, partim Cœlimontana, & Gabina etiam via occultos confedisse. Quo loco cum ageretur de obsidione Porfenæ Regis, qui Ianiculo occupato, *In plano, ripisque Tiberis castra posuerat, dicitur porta Esquilina ab hoste auersissima.* Quod ad amuffim quadrat in portam S. Laurentij, Ianiculo rectè oppositam. Dionysius autem, & Strabo Aggerem à porta Collina ad Esquilinam processisse tradunt, qui sane hanc portam non excessit. Mœnia enim, quæ, vt supra dixi, à porta S. Laurentij, Viminalem versus ad lineam excurrunt, Aggerem illum indicant, quamquam postea intermissa, siue extrorsus protensa Castris Prætorij. Addit Strabo, *In medio Aggere perducto à Collina ad Esquilinam, aliam portam cognomento Viminalem.* Igitur Viminalis proxima Esquilinæ, vt hodieque visitur. Sic Annibale ad Anienem habente Castra, Romani inter Esquilinam, & Collinam Castra posuerunt. Erat enim locus hosti oppositus, & Aggere, fossaque munitus.

Lib. 5.

Quæ contra obijciuntur, non eius momenti sunt, vt pluribus diluere necesse sit. Porro hæc porta etiam Taurina ab insculpto Tauri Capite, & Libitinenfis, puto, dicta est, quod per eam cadauera mortuorum in Campum Esquilinum commune plebis sepulchrum efferrentur.

De ea re
Liu. dec. 3.
lib. 6.

Eadem.
Taurina,
& Libiti
nenfis.

Porta Næ
uia nunc
Maior.

Proxima Esquilinæ Næuia à plerisque dicitur, *Quod in Nemoribus Næuijs*, vt ait Varro. *Næuius enim loca, ubi ea sic dicta coluit.* Næuia sylua dicta iuxta Urbem, quod Næuij cuiusdam fuerit, ait Festus. Eadem Mæciam esse Plauto putat Onuphrius. Hæc porta celebris nunc in Vrbe, & Maior cognomento, sita est in formis Aquæ Claudiæ. Dicebatur hæc olim Labicana, inquit Fuluius, & Prænestina: siue in eodem ambi-

*ambitu altera diuersa ab hac porta; qua multum à Procopio celebratur in bello Gotbico. Quod ergo mittat Præneste, & in Labicos, id vehementer vrget Onuphrius, vt ex Næuia faciat Esquilinam. Strabo enim ortum Prænestinæ, & Labicanæ viæ deducit à porta Esquilina. Verum cum reuolutis tot sæculis antiquarum viarum strata silicea perierint; non eodem terræ solo, ac limite teruntur viæ, quo terebantur antiquitus. Quare mutatis finibus eundem processum, & frequenter initium non habent, vt in pluribus demonstrari posset. Immo Onuphrius censet portam hanc ex alio loco translata in arcum, vbi cernitur, siue ductum Aquæ Claudiæ cômigrasse. Fuit ergo alia porta Esquilina de qua loquutus est Strabo, vnde via Prænestina, & Labicana deriuantur. Varro postquam dixit de porta Næuia; subdit: *Deinde porta Raudusculana, quòd Aerata fuit, & es Raudus dictum. Hinc porta Lauernalis ab Ara Lauerna, quòd ibi Ara eius Deæ. Cum ergo post Næuiam sequeretur Rauduscula, fortasse porta Esquilina, nunc S. Laurentij, etiam Rauduscula dicebatur: & proxima Viminalis, Lauernalis. Lauerna autem furum Dea habebatur. Illi si extra hanc portam Ara fuit: extra Collinam propinquam lucum habuit, referente Actone in Horatium, lib. 1. Epistolarum. Sed quoniam ignoramus, sinistra, an dextera Næuiæ fuerit Rauduscula; si in aliam partem te conuertas, Esquilina non erit Rauduscula, sed Cœlimontana; quæ hanc sequitur Lauernalis.**

Lib. 5.

Ep. 16.

Porta Sancti Ioannis Cœlimontana ab antiquis est dicta, quod in Cœlij Montis cliuo sita est. Meminit eius Cicero in Pisonem: antiquissime dicta est Querquetulana.

Sequitur porta in murorum angulo, sed clausa. *Hanc plerique Gabiusam fuisse arbitrantur, ait Marthianus. Mittebat enim in Gabios, vulgò Gallicanum, Gabina via. Vtriusque meminit Liuius: illam de Cælo tadam, hac stetit Romanos commemorans. Hanc quoque Metrodij portam fuisse appellatam docent, quam S. Gregorius Metroni appellat; Per Metroni ait portam exeuntes, vt eos in Latinam, vel Appiam viam sequerentur. Huius ergo via proxima erat Latinæ, vt re vera esset, si esset in vsu. In hac parte Urbis erat Regio XII. Piscinæ publicæ: cuius fines regionibus portæ Capenæ, Cœlij Montis, Auentini, Circi Maximi terminabantur. In regione autem Piscinæ publicæ Petrus Victor enumerat Vicum porta Næuia, & vicum porta Raudusculana. Quas portas fuisse propinquas memorauimus. Hinc subnasci potest suspicio de porta Næuia: an in hoc potius tractu post Cœlimontanam, an ante illam; vt posuimus, ponenda sit. Quod alij videant.*

Porta Gabiula.

Foluius, & Marthianus. Lib. 9. Epi. Epist. 38.

Porta Latina est proxima, inde nomen sortita, quod mittit in Latium. Eadem Ferentina est; Ferentinum enim Latina in via erat, vt docet Strabo.

Porta Latina.

Multo nobilior est ea, quæ nunc S. Sebastiani, olim Capena; cuius nominis varia fertur deriuatio. Aut enim à Capenatibus populis Latinis: aut à Capenate Fluiuio: aut à Capena Vrbe prope Albam ab Italo Rege condita: aut à Camœnis, quarum extra portam, & lucus, & ædes fuit.

fuit, mutata littera Capena dicta est. Hinc tendebatur Appia via. Longarum, vt ait Staius, Regina viarum.

Quoniam autem Asinaria portæ meminit Procopius scribens, Totila Rege illa Gothos in Urbem fuisse ingressos; quænam hæc fuerit ambigitur. Festus ita scribit: *Significat aquam eo nomine, quæ est supra viam Ardeatinam inter lapidem secundum, & tertium: qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam, & Asinariam, vsque ad Latinam.* Ex quibus verbis quid eliciam, nescio. Fuisse hoc ordine stratas vias, vt primo Latina, deinde Asinaria, postea Ardeatina esset? Id vero negant Antiquarij, qui inter Ardeatinam, & Asinariam, medias Appiam, & Laurentinam constituunt. Portam Asinariam fuisse prope Latinam, cum via prope esset? Atqui prope Latinam portam fuit Capena. Nam de Gabiussa quæ supra Latinam erat, hic sermo esse non potest. Quid ergo statuentum? Nihil equidem certi. sed tamen in his locis fuisse Asinariam viam, & portam. Via quidem diuersa ab Appia, & Latina fuit: sed in alterutram illarum incidens, tendensque ad portam siue Capenam, siue Latinam suum etiam nomen alterutri tribuebat. Fuluius Coelimonatanam, Asinariam putat; in causa afferenda ridiculus magis, quam eruditus. Honestiori, quam ille, deriuatione deducerem ab hortis Asinianis, qui erant in regione Piscinæ publicæ, vt refert Petrus Victor: aut aliquo Romano Asinio auctore, vel instauratore. Suetonius de Augusto. *Desumpta sibi, inquit, Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubriali pecunia sternendas distribuit.* Quid? si tunc vel Asinius Pollio, vel Asinius Gallus, qui sub Augusto fuere Consules, ab hortis Asinianis inchoantes viam sternendam curarunt?

Onuphr.
de Vrbe
Rom.
Marlian.
l.1.cap.8.
editio 2.

In vita
cap.30.

Porta Trigemina
nunc Sancti Pauli.

Proxima Tiberi Trigemina est, nunc S. Pauli. Trigeminæ nomen Termini Horatij fratres inde ad pugnandum cum tribus Curiatij egressi fecere; fuisse portam cis Auentinum in minore Urbis pomærio supra retuli, cum Aediles extra Trigeminam in Auentinum porticū strauerunt. Eadem Hostiensis.

Porta Portuensis.

Iam in ambitu Transiberino portæ tres. Prima Portuensis, quod Portum Hostiensem deduceret, vbi muri refecti ab Honorio, & Arcadio. eadem Navalis dicitur.

Porta Ianiculensis
nunc Sancti Pancratij.

Altera in edito Collis, nunc Sancti Pancratij, Aurelia fortasse videtur, nisi Procopius eam statuisset prope Molem Adriani, ac Templum S. Petri, vt diximus. Hanc autem veteri nomine Ianiculensem appellant.

Porta Septimiana.

Vltima ad Tiberim Septimiana porta est, à Septimio Seuero Imperatore sic dicta. Hic enim teste Spartiano Thermas Septimianas in Transiberina regione ad portam sui nominis ædificauit, vbi Ianus Septimianus, & ara Septimiana. Mansit Seueri nomen vsque ad Alexandrum VI. Pontificem Maximum qui portam instaurauit, Titulum abstulit.

An eadē
Fontinalis.

Porta Septimiana, an Fontinalis etiam dicenda sit, ambigitur. Fontinalis autem, quod ad illam Fontium sacra fierent coronatis pueris, & Fontibus. Fontinalis quidem nonnullis Capena est quod ad eam magna fontium copia, ideoque madida à Iuvenale, & Martiale grandi plueret gutta

gutta dicitur. Huc etiã accommodant Liuij locum: *Aediles alteram Porticum ad portam Fontinalem ad Martis Aram, qua in Campos iter esset, perduxerunt.* Cum enim esset extra Capenam Templum Martis, & Horatorum sepulchra, putant illic geminum fuisse Campum, eoque Porticum perduxisse. Onuphrius Campos Vaticanos intelligit, quò Porticus è porta Septimiana, eademque Fontinali perducta sit. Plinius enim scribit Fornacem ædificatam in Campis, vt conderetur patina Vitellio Cæsuri, quos fuisse Vaticanos argumento est, quod iisdem in Campis sint hodieque fornaces. Neque hæc interpretatio, ac sententia, quam sequuntur Blondus, & Marlianus satisfacit. Nam loco citato Liuij etiã, Campum, legitur; qua sola voce significatur Campus Martius. Deinde tamen, Campos legatur: duo cis Tiberim in Romana planicie Campi fuere, de quibus supra. Sed loco citato Liuij sermonem esse de Campo Martio, & Campum, legendum, aliter eius locus perspicue demonstrat: *Comitij, inquit, confectis, vt traditum antiquitus est, Censores in Campo ad Aram Martis sellis curulibus confederunt.* Erat igitur Ara Martis in Campo Martio, quia illi dicatus fuerat, & ibi habitata fuerant Censorum Comitia. Præterea maior necessitas in eo ædificandæ Porticus, cum quotidie ad inambulationes, exercitationesque bellicas Campus Martius adiretur. Quod si verum est, aliqua alia porta pro Fontinali statuenda esset: Nec tamen magnopere pugnandum, si aliquis voluerit aut Septimianam, aut Capenam Fontinalem dicere, aut alibi Fontinalem quærere.

Dec. 4.
lib. 10.

Istæ sunt portæ, quas suo æuo in Vrbe fuisse notat Procopius, præter alias quasdam minoris notæ. Primo quidem portulæ cuiusdam prope Collatinam, seu Pincianam ipse meminit, cuius nullum apparet vestigium.

At inter Viminalem, & Esquilinam prope murum Castrorum clausam iam pridem porta visitur, quam nonnulli antiquarij Inter Aggeres appellant, & porta quidem Viminalis Inter Aggeres à Strabone esse dicitur. *In Aggere autem medio tertia est porta eiusdem nominis cum Colle Viminiali.* Aut ergo hic erat porta Viminalis, nunc alio translata, & vulgo Pia, aut hæc non est Inter Aggeres. Onuphrius Querquetulariam portam non cupat, in de diãam, quòd vt est apud Sextum Pompeium, querquetum muros Urbis iuxta se habuerit. Ita verò opinatur, quia præter Petri Victoris, Sexti Rufi, & M. Varronis, verba locum Plinij adducit: *Fagutali, inquit, Ioui, etiam nunc vbi lucus fageus fuit, porta Querquetulana, Colle, in quem Vimina petebantur.* Vnde infert, portam Querquetulanam in Colle Viminiali: & hanc de qua loquimur fuisse. Refragatur his Tacitus: *Haud fuerit, inquit, absurdum tradere, Montem eum, Cælium, antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse, quod talis sylua frequens fecundusque erat: mox Cælium appellatum à Cælio Vibenna, qui Dux gentis Hebruræ.* Si ergo Querquetulanus Mons Cælius est, in Cælio porta Quequetulana erat. *Non me latet, ait Onuphrius, Tacitum hæc scribere, vtcumque autem sit, Varroni, Plinio, Petri Victori, & Sexto Rufe*

Porta
clausa inter
Aggeres, olim
Viminalis
Lib. 5.

Ex lib. 1.
cap. 16.

Li. 4 Ann.
Mōs Cæ-
lius Quer-
quetula-
nus.

magis

magis credendum. Sic ego etiam infero: his credendum, sed non magis, quam Tacito. Non enim diuersa sentiunt. Pliniani quidem illius loci, longe alia interpretatio est, atque illi tribuit Onuphrius. Scribit enim de lucis in Vrbe consitis, aitque: *Sylvarum certe, Roma, distinguebatur insignibus: Fagutali Ioui etiam nunc, vbi lucus Fageus fuit*. Vbi sane *Fagutali Ioui*, sexto casu, aut *Ioue*, legendum est, & sensus patet. Hoc est enim vnum è sylvarum insignibus, Fagutalis Iuppiter, vbi lucus fageus fuit. Tum pergit: *Porta Querquetulana*: hoc est aliud insigne, vbi lucus fuit querceus. Pergit: *Colle, in quem Vimina petebantur*. Tertium sylvarum insigne, Collis Viminalis nomine à luco Viminum, quæ ex eo petebantur. Roma igitur syuarum distinguebatur insignibus, Fagutali Ioue: porta Querquetulana: Colle, in quem Vimina petebantur. Hæc est germana eius loci interpretatio. vbi porta Querquetulana, interpunctione distinguetur à sequentibus verbis. Sic autem Plinius consentit cum Tacito. Nam hæc porta relinquetur in Colle Querquetulano, idest Cœlio. Petrus Victor, & Sextus Rufus lucum Fagutalem in quinta regione Esquilina collocant. Hoc nihil ad nos. Varro propè Esquilias (non enim in Colle Viminali, quod ait Onuphrius, vt legenti patet) constituit Querquetulanum sacellum. Hoc fauet nobis. Nam Cœlius est finitimus Esquilijs, in quo sylua è quercubus, Querquetulana porta, & sacellum fuit.

Quod ergo nomen sortita est porta, de qua loquimur, si non est Querquetulana? cum hæc Cœlimontana sit. Equidem putauerim hanc portam propinquam olim Castris fuisse antiquitus Viminalem, & inter Aggeres, cum in extremo Viminali, & in medio Aggere sit; sed clausam ædificatione Castrorum propter propinquitatem: eoque translata, vbi nunc porta Viminalis, seu via est.

Porta Pia-
cularis, &
Minucia.

Dux præterea fuit portæ, Piacularis, & Minucia, illa propter aliquam piacula, quæ ibidem fiebant: hæc quia *proxima erat sacello, vel Ara Minucij, quem Deum putabant*. Auctor Sextus Pompeius. Hæc dux quam, vel vbi fuerint, cum alijs ignoro. Inter priores tamen potius numerandas, quam separandas censerem.

Porta Sangualis.

Demum Sangualis porta apud Festum, proxima Ædibus Anci dicitur in summa Sacra via, ait Fuluius. Alij Saginalem ab Aede Sangi nominant, cuius sacellum in septima regione Viæ latæ propinquam portæ Collatinæ numeratur à Petro Victore. Vel Sangualis à Sanco, vel Sango dicta est; quem eundem faciunt cum Deo Fidio, & Sancto. Nam cum hic Aedem haberet in Quirinali, vbi porta Collina; verisimile est, hanc etiam fuisse Sangualem, vt etiam scribunt.

De Porta Triumphali. Cap. XXII.

HANC mihi seorsim seposui fusiori tractatione indigentem. Et fuisse in Vrbe Triumphalem portam nemo dubitat, cuius grauiſſimi scriptores meminerunt. Cicero in Pisonem: *Aut ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modo ne Triumphali.* Tacitus. *Tum consultatum est de honoribus, ex quibus maxime insignes visi, ut porta Triumphali duceretur funus.* Suetonius in Augusto. *Inter alia complura censuerunt quidam funus Triumphali porta ducendum precedente Victoria, qua est in Curia.* Iosephus: *αὐτὸς δὲ τὸ πῦλλον αὐτὸς ἀνεχόμενος, τὴν δὲ πρὸ τῆς πέμπτης διὰ αὐτὴν αἰὲν ἔστω Δειάμβρος, τῆς ποροσηγορίας αὐτῶν τετυχίας.* Ipse vero Vespasianus ad portam resedit, qua, quod ab illa semper ducuntur triumphi, nomen ipsorum sortita est. Hæc ostendunt portam fuisse. Iam ubi fuerit ostendendum. Onuphrius: *Brat*, inquit, *in ea murorum parte, qua ab Adriani sepulchro ad Sancti Spiritus portam olim producti erant.* Idem sensit Marlianus, & Fulvius (quam hic alibi Capenâ pro Triumphali habere videtur) & Flavius Blondus, in cuius verba reliqui videntur iurasse. Interpres vero Suetonij loco laudato. *Porta, inquit, Triumphalis media fuisse videtur inter portam Flumentanam, & Catulariam.* Ex quo videtur Iulius Bulengerius accepisse, dum ait, *Inter portam Flumentanam, & Catulariam, qua iter est ad Septimianam:* Quæ sanè verba mihi perobscura sunt. Nam, ut supra dixi, Flumentana est Flaminia: Viminalis autem Catularia, cis Tiberim. Quomodo ergo Triumphalis tanto trans Tiberim interuallo seiuncta, inter vtramque collocatur? illac verò iter ad Septimianam esse non potest, sitam sub Ianiculo. rectius alij loquuntur, qui Flumentanæ, aut Catulariæ, non meminerunt.

Omnes autem Iosephum quasi aliquem Dædalū adhibent ad extruendam suam portam Triumphalem; quo tamen maxime demoliuntur. Ille enim loco ante citato scribit, Vespasianum & Titum triumphaturos, Palatio profectos apud Isis Tempium pernoctasse, indeque profectos ad Octavias ambulationes primū: tum ad portam Triumphalem venisse. Quibus verbis, ait Onuphrius, constat eos extra Urbem tunc in Campo Martio fuisse, eosque traiecit Tiberi per eam portam introisse: Sed ut accuratius locus ille exponatur afferam eius verba, *Instructus, inquit, erat exercitus αὐτῶν δὲ τῶν ἀνω βασιλείων, ἀλλὰ ἔπλησιον τῆς Ἰσιδος ἑστῆς. Ἐκεῖ δὲ ἀνεπάουτο τῆς νυκτὸς ἐκείνης οἱ αυτοκράτορες. circa fores non superiorum Regiarum, idest Palatij Augusti, sed prope Isis Templum, ibi enim quiescebant nocte illa Imperatores: Et paulo post: Ἐπαίαντες εἰς τὸν ὀκταβίας ἀεπάτες. ἐνταῦθα δὲ ἤτε βελὴ ἔτα τέλη τῶν ἀρχόντων, οἳ τὴν δὲ πρὸ τῆς πμυτάτων ἰππείας ἢ ἀφίξιν αὐτῶν ἀέλεδρον. πεποίητο δὲ βῆμα πρὸ τῆς σοῶν. Ἐ transseunt ad Octavias ambulationes. Ibi autem*

Sena-

Porta Triumphalis fuit antiquitus in Vrbe.

Lib. 1. Annal. Cap. 100.

Lib. 7. Bel. Iud. c. 24.

Antiquarij locant portam Triumphalem ad Nofoconiu S. Spiritus. Lib. 1. cap. vltim. Lib. 3. Lib. 1. Inst. Romæ. Cap. 23. de Triumpho.

Senatus, Ducum proceres, & honorati Equites eorum prestolabantur aduentum. Factus autem suggestus erat ante porticus. Hic primò quærenda nobis est Isis Aedes: Tum Octavia Porticus. Plura quidem fuerunt in Vrbe Tempia Isis; Hic tamen de illo, quod erat in Campo Martio sermo est. Nam Vespasianus, & Titus more veterum, qui triumphaturi debebant extra Urbem, Vrbe egressi, venerunt in Campum Martium situm extra portas. Erat autem Templum prope Septa, in quibus Comitia ad creando Magistratus habebantur; quæ quod populum inclusum cogèrent, veluti Caulæ gregem, olim Onile dicta sunt: Iuuenalis:

Sat. 6.

. *Vt spargat in Aede**Isidis, antiquo qua proxima surgit Ouili.*

Lib. 2. Epigr. 14.

Martialis. *Si nihil Europe fecit tum Septa petuntur;**Si quid Phyllirides prestet, & Aesonides.**Hinc quoque deceptus Memphisica Tempia frequentat,**Affidet & cathedris mæstra Iuuenca tuis.*

Nam Isis etiam specie Iuencæ colebatur, cuius Aedem Septis egressus adibat ille cœnarum venator Silius, in quem scribit Martialis. Septa vero, de quibus alibi, inter Forum nunc Columnæ, fontem Aquæ Virginis, seu Treuentis, Montemque Trinitatis, quondam Hortulorum fuere. A fonte Triuij, sinistrorsum euntibus in Collem Pincium, Templum occurrit Sancto Andreæ dicatum, quod antiqua Septa fortasse indicat. idem enim est Italis, *Fratte*, vnde cognomentum traxit, quod Latinis *Septa*.

Lib. 5. c. 1. edit. 2. Antiquit. lib. 4.

Itaque Templum Isis Marlianus in via Lata, ad Sancti Marcelli, nunc Aedem collocat: Fu iuius prope viam Latam, & Templum S. Mariæ in Aquiro. Referens enim, fuisse quasdam columnas in proximo Templi horto, subdit: *Nec desunt qui velint ibi fuisse Templum Isis, quod in hoc ambitu fuisse constat.*

Lib. 3. Simulacrum Osiridis Romæ inuentum.

Eius forma. In l. de Iside, & Osiri.

Sed iam vbi fuerit Templum Isis, ambigi non potest, refoffo Osiridis simulacro. simul enim tamquam vir, & vxor colebantur ab antiquis. Nam Dominicanis Patribus peramplè eleganterque ædificantibus: ad noui fabricam Cœnobij, & fundamenta iacienda cum terra egeretur, hæud longe ab eo loco, quem notat Fuluius, ac vetus Mineræ Delubrum, propè viam, quæ descendentes è Quirinali deducit ad Pantheon, ore prono, ac pedibus (qui postea seorsim reperti sunt) mancum simulacrum, est inuentum. Id erat ex atro lapide: oblatumque est à Patribus Patrono Eminentissimo Antonio Cardinali Barberino, qui eodem in loco, ponendo iuniorum tyrociniò ædificat. Ne verò quisquam dubitet, an illa sit Osiridis effigies, argumento primum est color. Nigrum enim fuisse Osirim putabant Aegyptij, teste Plutarcho: Thebitque in Aegypto immanem statuem ex Basalte ferrei coloris atque duritiæ fuisse narrant Serapidis, quem alio nomine eundem cum Osiri habitum testatur idem Plutarchus: *Ambo, inquit, vnius Dei, seu facultatis vocabula censeo: Et: Præstat autem cum Osiride eundem facere Serapim.* Idem auctor est, Osirim, quod Solem significaret, Accipitris forma representatum. Ea quippè auis, & visus acumine, & volatus celeritate pollet. Cum vero cele-



SI MVLACRVM OSIRIDIS

F

In
 cap.
 1. 1.
 1. 2.
 1. 3.
 1. 4.
 1. 5.
 1. 6.
 1. 7.
 1. 8.
 1. 9.
 1. 10.
 1. 11.
 1. 12.
 1. 13.
 1. 14.
 1. 15.
 1. 16.
 1. 17.
 1. 18.
 1. 19.
 1. 20.
 1. 21.
 1. 22.
 1. 23.
 1. 24.
 1. 25.
 1. 26.
 1. 27.
 1. 28.
 1. 29.
 1. 30.
 1. 31.
 1. 32.
 1. 33.
 1. 34.
 1. 35.
 1. 36.
 1. 37.
 1. 38.
 1. 39.
 1. 40.
 1. 41.
 1. 42.
 1. 43.
 1. 44.
 1. 45.
 1. 46.
 1. 47.
 1. 48.
 1. 49.
 1. 50.

celeritatem in Sole admiremur, eidem videndi facultatem plerique antiquorum tribuebant. Ideoque statua capitis formam accipiri similem præfert. Quod autem notatam T. littera tabellam manu gestat, id quoque Osirim demonstrat. Hanc enim Aegyptij habuerunt vnam ex arcanis, & sacris notis: cuius eam fuisse significationem interpretatione sapientum Socrates, & Sozomenus docent, *Vita ventura*. Iisdemque cum Suida referunt: In delubro Serapidis diruto repertas esse litteras lapidibus incisas, quæ Crucis præferrent formam. Hoc autem T. litteræ præcipuum est. Quare S. Hieronymus: *Antiquis, inquit, Hebræorum litteris, quibus usque hodie vtuntur Samaritani, extrema T. littera Crucis habet similitudinem*. Ideoque Tau pro signo Salutis, & vitæ legitur in sacris paginis, Ezechie is cap.9. Quod sane arcanum mysterium Hebræi cum vaticinationibus Prophetarum, & Sacerdotum responsis didicissent: ab his deinde ad Aegyptios, ab Aegyptijs ad alias gentes dimanauit. Quare tam Græcis, quam Latinis T. littera symbolum vitæ, Θ. mortis erat. Nam & superstitum bello militum nomina, docente Isidoro, littera T. mortuorum vero Θ. notabantur. Iudices referente Asconio T. absoluebant, Θ. damnabant. Ideo Θ. nigrum Persio, nempe infaustum est.

Lib. 5.
cap. 17.
Ib. 7.
cap. 15.
In cap. 9
Ezech.

Li. 1. Ethy
molog.

Sat. 4.

Lib. 7. Epi-
gram. 36.
Lege Hiero-
n. Præd.
in c. 9. Eze-
ch. & lac.
Gretser.
lib. 1. de
Cruce
cap. 51.
Lib. 10.
Antiquæ
lect. c. 1.
Lib. 5.
Strom.
Lib. 1.
Satur.

Sic & ima-
gines in
Tab. Hiero-
glyph.
manu ge-
stant.
Ann. l. 20.
In eius vi-
ta cap. 7.

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.

Et Martialis: *Nosti mortiferum questoris, Castrice signum;
Est opere pretium discere Theta nouum.*

Gentiles igitur Aegyptij sacrorum mytheriorum deprauatores Osiridē, siue Serapidem symbolum salutis, & vitæ modò pectore, vt refert Cælius: modò manu gestare voluerunt, cui mortis signum merito dare debuerant. Neque animaduersione vacat, quod super T. est insculptum O, quæ ansulam esse, siue anulum nonnulli existimant. Sed quia, vt dixi Osirim Solem esse putabant, illum etiam notabant hoc signo. Clemens Alexandrinus. *Qui Solem volunt scribere, faciunt circulum*. Alij tamen circello T. litteræ superposito, quod alibi videmus, oculum intelligūt quo & Osirim prisca designabant. Macrobius: *Osirim Aegyptij vt Solem esse asserant, insculptum sceptrum, inque eo speciem oculi exprimunt: & hoc signo Osirim monstrant significantes hunc Deum Solem esse, quia Solem Iouis oculum appellauit antiquitas*. Aliter Plutarchus: *Osirim oculo, & sceptro pietatis exprimunt, oculo prouidentiam, sceptro potentiam demonstrante*. Iisdemque signari docet *Osirim Regem & Dominum*. Qui demum scripsit, *Vbique ostendi eius simulacrum humana specie*. Hæc probent, statuum esse Osiridis. Id ergo simulacrum inuentum fuisse ibi Aedem Isidis, seu potius vtriusque communem demonstrat: apud quam postridie triumphaturus Vespasianus, extra Urbem pernoctare voluit. Et vero in vtriusque cultum eum propensum fuisse probabile est, propter ea, quæ Alexandria mira illi accidisse narrant Tacitus, & Suetonius, monitu Serapidis, siue in eius Templo, dæmone scilicet illudente.

Iam Octauias ambulationes, quò ab Iside Vespasianus perrexit, Blondus esse arbitratur, quas circa suum Mausoleum confitis altissime populis fecerat Octauius Augustus. At hic auctor, & idem docens Marlianus ani-

animaduertere poterant apud Iosephum verba sequentia βήμα τῶν τῶν
 σοῶν. *suggestus ante porticus*. Itaque priora verba ὀκταβίας περιπάτου,
 non sunt referenda ad nemorosas, & siluestres deambulationes, sed spa-
 tia ædificatæ porticus. Onuphrius *Porticum credo, inquit, Octauie in*
Campo Martio sitam intelligit Iosephus. Verum quæ est ista Porticus O-
 ctaviæ in Campo Martio, cuius nec P. Rufus, & Petrus Victor, nec
 alij, quos legerim, meminerunt? *Porticus enim Octauie, vt ait Festus,*
duæ appellantur: quarum alteram Theatro Marcelli propiorem Octauia
soror Augusti fecit: alteram Theatro Pompeij proximam Cn. Octavius, Cn.
Filius, qui fuit Aedilis Curulis, Prætor Consul, Decemuir sacris facien-
dis, triumphauit de Rege Perse Nauali Triumpho. Quam combustam re-
ficiendam curauit Cæsar Augustus. Prior illa adiunctas alias Porticus
 habuit à Metello Macedonico extructas. Velleius. *Hic est Metellus*
Macedonicus, qui Porticus, quæ fuisse circumdata duabus gædibus sine in-
scriptione positis, quæ nunc Octauia porticibus ambiuntur fecerat. De al-
 tera Velleius idem: *Porticum in Circo Cn. Octavius multo amænissimam*
molitus est. Plinius. *Inuenio, & à Cn. Octauio, qui de Perseo Rege Naua-*
iem Triumphum egit, factam Porticum duplicem ad Circum Flaminium,
quæ Corinthia sit appellata à Capitulis greis Columnarum. Eandem Phi-
 lander à structura, & symmetriæ Corinthiæ modulis Corinthiam nuncu-
 pat. Neutra ex his Porticibus fuit in Campo Martio. Prior enim Octa-
 uiæ sororis Augusti erat intra Urbem, vbi nunc Templum Virginis, co-
 gnomento in Porticu, à veteribus Octauie Porticibus, vt monent anti-
 quarij, nuncupatum. At Corinthia Cn. Octauij, quamuis fuerit extra
 Urbem, in Campo tamen Martio non fuit, sed in altero illi finitimo, Vr-
 bique propinquiore Campo, in quo plurimæ aliæ Porticus, & publica
 ædificia visabantur, vt supra memorauimus.

Porticus
 Metelli.
 Lib. 1.

Lib. 2.

Lib. 34.

cap. 3.

Porticus

Corinthia

eadem quæ

Octauia,

& vbi ef-

set.

Lib. 5. Vi-

truuus c.

9.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Lib. 3. An-

nal.

Hæc ergo Cn. Octauij porticus intelligitur à Iosepho, & Octauias am-
 bulationes dixit; quia duplex erat porticus: siue duplici ordine colum-
 narum in eodem solo: siue duplici concameratione, vt altera superio-
 rem, & columnæ columnas sustinerent. Vtrouis modo prima Romæ cõ-
 structa est, vt ait Petrus Victor. Causa vero, cur hæc potius quàm alte-
 ra Octauie porticus sit intelligenda est; quia Vespasianus, & Titus triũ-
 phaturi more maiorum Vrbe egressi sunt, vt postridie triumpharent: ideo-
 que apud Isidem pernoctarunt: vt ex antiqua lege viderentur agere. Si-
 mile quid Tacitus de Druso: *Drusus Vrbe egressus repetendis auspicijs,*
mox ouans ingressus est. Inde vero ad porticum propinquiorem portæ,
 vbi venturos Cæiares præstolabatur Senatus, tum ad portam Triumphale-
 m, triumphum initari perrexerunt.

Cum igitur Porticus esset ad Circum Flaminium, & Theatrum Pom-
 peij testibus Plinio, & Festo: & nos inum Circum ad ædes Ducû Cæsa-
 rinorum statuerimus: inter has, & vicum Thoracopæorum, vt vocant,
 fuisse verisimile est: Ibi enim post ædes Ducum Vrfinorum ad Campum
 Floræ Theatri Pompeiani vestigia apparent. Marlianus putat cognomé-
 tum S. Nicolai in Chalcaria ab ea porticu deriuari, χαλκός enim æs di-

citur. Sed non placet. Nam Romani non à Græco nomine, sed Corinthiam ab æreis, & Corinthijs Capitulis dixerunt. Templo autem Calcariz propinquæ cognomentum dare potuerunt.

Hinc autem manifesta eorum deceptio apparet, qui portam Triumphalem in vltiore ripa Tiberis ad S. Spiritum in Saxia locauerunt. Cum enim porticus, vbi erant Imperatores esset ad Circum Flaminium, quomodo inde ad Circum Neronis, Camposque Vaticanos retrocessere, vno circiter milliario distantes? peractoque itinere venerunt ad portam Urbis, qui ante, tanto interuallo propinquiores, nihilominus erant extra Urbem? Non ergo fictitiam ad illam portam retro vedi, sed ad aliã vere Triumphalem prouecti sunt Cæsares. Quod euincit non hic solum Vespasiani Triumphus, sed multo efficacius veterũ Triumphum Consulum, ac Prætorum. Nam porta Triumphalis fuit in Vrbe ante Ciceronem; cùm, vt demonstraui, Romana mœnia à rupe Capitolina per Forum nunc Montanarium rectã tendebant ad Tiberim. Erat propè Circus Flaminius, in quo multi antequam triumphantes inirent Urbem, leguntur fuisse, qui ergo in tam propinquo erant extra Urbem, quomodo plusquam mille passus retro cedebant, vt ad eius portam venirent? Facies ipsa, situsque locorum per sese hoc demonstrat: & fictam hanc fabulosamquẽ in Vaticano triumphorum portam obruet aliquando. Quam locorum descriptionem supra Cap. 11. lineauimus.

In lib. de
Script. Ec-
clesiast.

Templum
S. Petri in
via Trium-
phali, sed
non prope
portam.

Neque hic metuum quod obijcitur ex S. Hieronymo: *Petrus Apostolus sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam Triumphalem, totius Orbis veneratione celebratur.* Quod item ex S. Damaso: qui scribit ab Anacleto erectam fuisse Basilicam B. Petro iuxta viam Triumphalem, & Circum Caij, & Neronis. Nempe hac via Triumphali quidam auctores triumphant; sed ita, vt, quemadmodum olim Cæsar triumphans excussus est è curru, sic isti loco, & opinione moueri debeant. Aliud enim porta, aliud via est. In Vaticano via fuit Triumphalis. Porta non fuit. Via enim Triumphalis à porta Triumphali deducto nomine, per vtrumque Campum Flaminium, & Martium tendebat in Vaticanum, supra pontem strata, qui dictus Vaticanus, & his Triumphalis, prope Nosophomium S. Spiritus sui vestigia in alueo Tiberino reliquit. Hinc, sub ipsum Templum D. Petri Hetruriam versus via producebatur. Sepultus est ergo Apostolus iuxta viam Triumphalem: at Porta longe distita aberat à sepulchro. Sic prorsus Campaniam, & Apuliam Appia via intercurrentes attigit extremos Italiæ fines. At porta, vnde via producit extra mœnia non fuit. Quod & in alijs perspicuum est. Vbi ergo portam Triumphalem ædificabimus?

Equidem potius vbi non fuerit, quàm vbi ponenda sit, possum ostendere. Videor tamen quibusdam quasi vestigijs germanum eius locum persequi posse. Redeuntes è bello victores Duces Castra metabantur in Campo Martio, datoque illis extra Urbem Senatu, petebant Triumphum. Dion. *καπερατορες δούκων ἔξω τῆς πόλεως κτλ τὸ ἀρειον πεδίον ἔξω τὸν θραμβον αἰτησάντων. Castra metantes extra Urbem in Campo*

Mar:

Martio, qui petunt Triumphum. Eodem in loco eius, qui triumphabat exercitus per Legatos, Tribunofque instruebatur; vt in manipulos, Cœturias, Cohortes dispositus laureatum Ducem sequeretur. quod factum in Triumpho Vespasiani narrat Iosephus. Ibidem instructa, & digesta pompa Triumphalis est propter laxitatem, & amenitatem loci. Denique triumphaturos in proximis Campo ædificijs fuisse legimus, in Circo Flaminio, in Aede Apollinis, in Aede Bellonæ, in Porticibus, quæ Campum spectabant. Ex quo licet conicere portam Triumphalem in eamœnium parte, quæ ad Arcos, & Campum Martium vergeret, fuisse. Idque indicant auctores, qui Imperatores triumphaturos in via Flaminia constituunt. Martialis de reditu Traiani.

*Quando erit illa dies, quo Campus, & arbor, & omnis
Lucebit Latia culta fenestra nurus?
Quando moræ dulces, longusque à Cesare puluis,
Totaque Flaminia Roma videnda via?*

Claudianus de reditu Stiliconis.

Quæ tunc Flaminiam stipabunt millia vulgi?

Idem de reditu Honorij Augusti in sextum eius Consulatu.

*Palatino quæ pons à Colle recedit
Miluius, & quantum licuit consurgere tectis
Vna replet turba facies. undare videres
Ima viris, altas effulgere matribus ades.*

Tunc quidem Traianus, Stilico, & Honorius non triumpharunt; sed tamen Honorij ingressum instar Triumphalis fuisse. illa declarant.

*Tunc tibi magnorum mercem fortuna laborum
Perfoluit Stilico, curru cum cœtus eodem
Urbe triumphantem generum florentis iuuenta
Conspiceres*

Eadem progressus Vitellius à ponte Miluio insigni equo paludatus, accinctusque Senatum, & populum ante se agens, quominus vt captam Urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumpta prætexta, & composito agmine incescit, vt ait Tacitus.

Idem indicant Arcus, quorum vnus adhuc extat è marmore triumphanti, vt aiunt, Domitiano erectus. Sed ille triumphanti quidem, ac Domitiano dicatus non est, vt alibi. Alios in eadem via, nunc celebri *Cursus* nomine insignita, fuisse à cœtus testatur Fuluius, quos deinde vel hominum, vel temporum mitria demolita est.

Alij verò duo qui supersunt Triumphales Arcus Constantini, ac Septimij Seueri, etiam trans Capitolium siti, remotique à via Flaminia nobis videntur obitare; magis tamen cæteros turbant, quibus porta placet in Vaticano. Verum & hi nobis fauent, si Triumphalis pompæ periodus cogitatione lustretur, & iter, quod per Urbem peregerit triumphantes proponatur ab oculos. Pompa enim Triumphalis per medios Circos, vehebatur, vt populus non modo è via, sed multa commodius è gradibus, sedilibusque Circensium cauearum cuncta sedens aspiceret.

Lib. 11.
Pompa
Triumph
institue
batur in
Campo
Martio.

Porta
Triumph
lis verge
bat ad Cæ
pum Mar
tium.
Lib. 10.
cap. 6.

Paneg. 1.

Lib. 2.
Hist.

Processus
Triumph
tium per
Urbem.

Id memorat Plutarchus in vita Aemilij Pauli, eiusque Triumpho descriptione: ὁ μὲν δὴ μὲν ἐν τῷ ἵππικῷ θεάτρῳ, ἀ κίρδης καλῶσι, ὡς τὴν ἀγορὰν ἰκεῖα πηξάιδροι, ἔ τ' ἀλλὰ τῆς πόλεως μέρη κατὰ λαβόντες, ὡς ἕκαστα παρέχειν τῆς πέμπης ἐπ' ὄψιν, ἐθεῶντο. *Populus quidem in Equestribus Theatris, siue Hippodromis, quos Circos vocant, & circa Forum tabulata figentes, & occupantes alias Urbis partes, ut pompa singula subijcerent visus spectarunt.* Pauli quidem ætate so. im Circus Flaminius, & Circus Maximus vsui esse poterant ad spectandum. Ideo credide im in Circo Flaminiio fuisse interdum à Ducibus donatos coronis, & muneribus milite, quia Circum sedebat contemplator, laudatorque populus: Iosephus etiam locorum ad spectandum meminit in Triumpho Vespasiani, & Tit: ἐπιμπον τ' θεῖαμβρον δε' τῶν θεάτρων διεξελαινοντες, ὅπως εἰν τοῖς πλήθεσιν ἢ θεαράων, quod vertit interpretes, *inter spectacula transseuntēs Triumphum ducebant, ut multitudini facilius præberetur aspectus.*

Per Circos vehentur Triumphantes.

Quid autem est transire inter spectacula, nisi per loca spectaculorum, & Circos, quorum gradus infederat populus, ut spectaret facilius, atque commodius? Vespasianus autem discedens ab Octavia Porticu per Circum primò Flaminium, deinde Circum Maximum transiturus erat. sed omnis Triumpho pompa è Campo Martio, vbi instuebatur, incipiens, etiam per Circum Agonale, hodie Navonum, ab Alexandro extructum, vltimis saltem ætatibus, cum rari triumpho, traduci poterat. Ambigi posset an etiam per Theatra primum Pompeij, tum Balbi, deinde Marcelli, & Amphitheatrum Statilij in Campo, & Flauium prope Sacram viam, postquam extructa sunt, pompa Triumphalis transiret. Sed fortasse horum aditus non ceperunt machinas, pegmata, carros, & immania illa fercula, quibus manubiaz, imagines, atque hostium spolia, vehentur. Dixerim præterea, Theatra, propter adiunctum scenæ pulpitem, & clausum fabricæ semicirculum, pompæ transitum non præbuisse. De Amphitheatris dubitauerim.

Triumphantes veñti Sacra via, Lib. 2. Elegia 2. de Triumpho Augusti. Libro 4. Odz 2. Et lib. 2. Epodon Odz 7.

Ad hæc constat triumphantes Sacra via perrexisse, quæ prope Palatium descendebat in Forum; & idè triumphales Arcus prope Sacram viam extructi sunt.

Propertius. *Aut Regum auratis circumdata colla catenis, Aditque in Sacra currere rostra via.*

Horatius: *Cæsarem, quandoque trahet ferocis Per sacrum cliuū merita decorus fronde Sicambros.*

Et: *Intactus aut Britannus ut descenderet Sacra catenatus via.*

Erat enim sub Arcum Titij dehius via in Forum, ut nunc etiã apparet. Demum inuestigandæ viæ triumphorum conferunt triumphales, qui extant, Arcus; illos enim Cæsares triumphantes subire, cum veherentur in Capitolium.

Via Triumphalis.

His probe animaduersis, via primum in Vrbe triumphalis, tum porta ipsa,

ipsa, minori quamquam probabilitate, peruestigatur. Nam pompa instructa in Campo Martio cùm moueri cœpisset, Imperatoribus duntaxat ad portam præstolantibus, vt de Vespasiano, & Tito dictum est; primum offendebat frequentissimas Porticus, & Tempia in Campo Flaminio, tum iuxta Porticum Octauiam petebat Circum Flaminium: quo egressa intrabat portam Triumphalem. Hinc iuxta Theatrum Marcelli ad alias Porticus Octauiz nomine ab Augusto extructas ferebatur. Inde per medium Velabrum, & Forum Boarium veniebat ad Circum Maximum. Hinc laeuorsum conuerſa tendebat ad Curias veteres, vbi Arcus Constantini. Vnde alio flexu per Sacram viam descendebat in Forum, quod circumire necesse erat, vt frequentissimus, qui aderat populus, commodè spectaret. Tum iuxta Templum Saturni, vbi Septimij Arcus ascendebat, iterum flexo curru, in Capitolium. Hæc via, & circuitus Triumphalis est, quem præter Plutarchi, & Iosephi allata verba confirmat Suetonius in Cæsare: *Gallici, inquit, Triumphi die Velabrum præteruehens pœne curru excussus est, axe defraeto. Apud Fanum Fortuna, vt Dion adiungit. Considero rem gestam in Velabro, vbi hodie Aedes S. Georgij. Nam nisi à Velabro Cæsar venisset in Circum Maximum, sed flexo in Forum curru, Capitolium ascendisset, Sacram non vidisset viam præter morem maiorum. Venit ergo a porta proxima Circo Flaminio, quæ per Velabrum mitteret in Circum Maximum, vt inde conuersus veniret in Sacram viam, tum Foro in Capitolium.*

Cap. 37.

Lib. 43.

Iam vt tandem portæ situs statuatur; hæc, quæ memoravi, Carmentali propinquam, inter Capitolium, & Tiberim faciunt. Putarim etiam portam Triumphalem solum ad vsus Triumphorum patuisse, alijs temporibus clausam, & obseratam. Innuit Marcus Tullius: *Qua, inquit, porta introierit, modò ne Triumphali, quæ porta Macedonicis semper Consulibus ante te patuit.* Innuit & Religio interendi cadauer Augusti per hanc portam. Si enim, illa semper patente, quilibet alius vel ciuis, vel iumentum ingredi poterat; quæ tandem Religio vetabat inferre mortuum Augustum, quæ aliarum portarum aditum non prohibebat? Leues equidem coniecturæ. Sed porta solis Triumphis patentium eorum dignitatem augebat. Ideoque vix numeratur ab antiquis, quod ratio esset in vita, & postea senescente cum Imperio omnino desijt. Nam qui pro numero Triumphorum portas Triumphales multiplicat, & nouissime consistunt in Flaminia, audiendi non sunt. Sicut qui Capenam faciunt, vt Pomponius Lætus, in vita Diocletiani. *Inferebantur, inquit, serè omnes Triumphis via Appia, porta Capena.* Quod & Fuluius scripsit. Placet poro in rem conclusio Martialis:

Porta
Triumphalis
vbi esset.
Orat. in
Pilon.

Nec porta
Flaminia;
nec
Capena
est Triumphalis.

*Hæc est digna tuis Germanice porta Triumphis;
Hos aditus Urbem Martis habere decet.*

Via Vrbis. Cap. XXIII.

VIAE vt ait Varro, *Qua vebebantur dicta: qua angustè semita, vt semiter dictum.* Quod si neque vehiculum, neque iumentum ea inire possit, *iter magis quam via videbitur, vt habetur ff. Tit. 1. de Seruit. L. si tam angulli.* Eodem enim teste Varrone, *Iter est, quod eundo teritur.* At *vici, vt idem habet, A via; quod ex utraque parte via, sunt edificia.* Tam Vrbs condita, & aucta sub Regibus vicos, viasque meliori forma direxisse credenda est, quam post Gallicum incendium. Quia etsi tunc opes angustæ erant, non tamen prohibebant, quominus ex mandatis Regijs per accliuia collium, & imavallium iusta dimensione producerentur viæ. Qui vero post Romulum colles Vrbis addiderunt, id fecere receptis in Ciuitatem finitimis, quos bello vicerant, populis, eorumque opibus traductis: cum Vrbs muro lapideo, Aggere, fossa in planioribus locis munita: exiccata, & purgata est Cloacis minoribus primum, tum Cloaca maxima. Quæ cura publicorum operum ostendit non omissa viarum, vicorumque ornamenta.

Vicus quid sit.

Via Vrbis flexa, & angustæ. Lib. 5. 15. Ann.

Lib. 1. Epist. 87.

Sat. 3.

Cæterum post Gallicam cladem, anno Vrbis trecentesimo sexagesimo quinto, *Festinatiorum curam exemit vicos dirigendi, vt ait Liuius, Dum omisso sui, alienisque discrimine in vacuo & iisiant. & domus, vt ait Tacitus, Nulla distinctione, & passim erectæ. Vrbs artibus itineribus, bucque, & illuc flexis, atque enormibus vicis.* Vt Cicero in Rullum, *Non optimis vijs, angustissimis semitis.* Vt ibidem Liuius: *Forma Vrbis sit occupata, quam diuisa similis.* Inquit angustias, & Martialis: *Vicinus meus est, manuque tangi De nostris Nouius potest fenestris.*

Iuuenalis: *... rbedarum transitus arcto Vicorum inflexu, & stantis conuicia mandra.*

Hæc deformitas, & angustia viarum mansere vsque ad Neronis principatum, cum eius flammæ reddidere, quod gallicæ abstulerant. Nam teste Tacito, *Dimensis vicorum ordinibus, & latis viarum spatijs, ac patefactis areis edificatio peracta est.* Nec tamen omnium vicorum angustias fuisse sublatas credibile est. Silicæ stratae sunt veteres illæ viæ anno Vrbis conditæ quingentesimo octuagesimo. Liuius: *Censores vias sternendas silice in Vrbe, glareæ extra Urbem substruendas, marginandasque primi omnium locauerunt.* Erat autem silix non malleis, dolabrilque particulatim diffractus, & concisus, vti hodie mos est; sed crassus, & in fronte latis binos, ternos, quaternosue pedes multiplici ferme angulo perpolitus, vt alijs inæqualis crassitudinis facile committeretur, nec se commissura laxaret. Quod cum antiquarum extra Urbem viarum reliquæ demonstrant: tum intra Urbem ad locanda fundamenta, egesto in altitudinem solo obseruauimus: refoffis vna grandibus, eoque ordine coagmentatis subteriacentium viarum silicibus.

Loc. cit. Via post Neronem lata, & recte. Dec. 5. lib. 1.

Via Vrbis latis silicibus stratae

De his Iuuenalis: fenestris
Vasa cadunt, quanto percussum pondere signent,
Et ladant silicem.

Sat. 3.

Ammianus. *Per ampla spatia Urbis, subuersasque silices sine periculi metu equos agitant.* Sed quamuis eo lapide litatae silent viæ, quas M. Antonius diligentissime curasse testatur Capitolinus in vita; nihilominus propter angustias, planitiem, multitudinem hominum, iumentorum, vehiculorum, cœnosas, & lutulentas fuisse necesse est. Iuuenalis:

Lib. 14.

Vix Urbis
Cœnosæ.
Ibidem.

Martialis: *Pingua crura luto,*
Et Prætor medio cogitur ire luto.

Lib. 6. Epi-
gr. 60.

Et alibi: *Et nunquam sicco sordida saxa gradu.*

Lib. 5. cap.
23.

Nec refragatur illo verfu Horatius: *Pura* (sic enim legendum)

Ep. 2. lib.
2.

Sunt plateæ, nihil ut meditantibus obset.

Quo significatur Puras, adeo ac deterias esse Romanas vias, ut etiam Poëtis de carmine cogitantibus præbeant expeditum iter. Nam ille improprie loquutus de viis (Plateæ enim illis latiores aræ sunt) negant id licere in sequentibus. Ut quamuis alicubi id forte liceret; id tamen de reliquis, aut de omnibus dicere absurdum sit. Quod ex eo loco, & Iuuenalis citato quisque potest conijcere. Nobiliores quædam viæ intra Urbem, quarum scriptores meminerunt, suis quæque locis recensendæ sunt.

Qualia fuerint Urbis ædificia, & primo Antiquissima. Cap. XXIV.

AD intuenda Urbis ædificia necesse est in certos quosdam ætatis gradus crescentem Romæ domorum amplitudinem distinguere: ut quemadmodum L. Florus ijs processum Imperij ditinxit, ita ædificandi incrementa seiungantur. Prima ætas est à condita ad instauratam post Gallicum incendium Urbem per annos trecentos sexaginta quinque. Altera ab Urbe restituta, vsque ad primum Augusti Consulatum annos continet trecentos quadraginta sex. Tertia vsque ad decimum Imperantis Neronis annum, quo Urbem cremavit, annos habet centum quinque. Quarta vsque ad Gothicam obsidionem, captamque Romam duce Alarico trecentos quadraginta septem annos complectitur. Quinta ad Iustiniani principatus annum XXI. producta, annos comprehendit centum triginta septem, qui est annus Urbis MCCC. eoque à Totila Gothorum Rege magna ex parte Urbs euerfa, & incensa Ciues aut expulsos, aut ad exterarum regiones traductos amisit. Sexta ætas ad nostra vsque tempora decurrit.

Ann. Urb.
711.Ann. Urb.
816.Ann. Urb.
1163.Alij 1162.
Alij 1164.

Prima ætate exiguas rudescque domos habuit Roma, cum sub Regibus, & post exactos Reges regnabat nihilominus Ciuium paupertas; atque, ut est apud Catonem, amplissime laudari existimabatur, qui dicebatur *bonus agricola, bonusque Colonus*: & poterat agro colendo familiam, & diu-

Prima Romanorum
paupertas
exiguas

domos ha diuturnorum impendia bellorum, quæ sine publico stipendio gerebantur,
buit. sustinere. Itaq; illi qua siti ab aratro Consoles, & Dictatores quis domos
De re ru- adificariint quærendum non est, Quos, ut ait Valerius, *pericula Reipublica*
fic. *Imperatores accersabant, angustia rei familiaris bubuleos fieri cogebant:*
Lib. 4. c. 4. Et Romulus quam domum incoluerit, Mars apud Ouidiû sic adinonet.

3. Fast.

*Qua fuerit nosiri, si quæris Regia nati,
Affice de canna, straminibusque domum.
In stipula placidi capiebat munera somni;
Et tamen ex illo venit in astra thoro.*

Lib. 6. Idem Poeta de Domo Numæ successoris.

Fast.

*Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestæ,
Tunc erat intonsi Regis magna Numæ.*

Loc. cit.

Aedes an-

tiquorum

humiles.

4 de ling.

Latin.

Lib. 2. c. 8.

Valerius: *Per Romuli Casam, perque veteris Capitolij humilia tecla, &
aternos Vestæ focos fistilibus etiamnum vasis contentos. Idem tunc Fro-*
pertij testificatione.

Non fuit opprobrio facta sine arte Casa.

Quare quod sine contignatione, ac solario extruerentur domus, ædes
appellatæ sunt. *Aedes, inquit Varro, ab aditu dicta, quod illas plano pede*
adibant. Plani autem pedis ædificia leguntur apud Vitruuium ad conti-
gnationum differentiam. eodemque referente, *Cum Area plana postea*
non posset populi recipere multitudinem ad habitandum, ad altitudinem
adificiorum res ipsa cœgit deuenire. Et vero, cum, ut ait Ouidius:

1. Fast.

*Iuppiter angusta vix totus stabat in aede:
Fascebatque suas ipse Senator oues.
Nec pudor, in stipula placidam cepisse quietem,
Et scœnum capiti supposuisse fuit.
Iura dabat populis posito modo Prætor aratro;
Et leuis argenti lamina crimen erat.*

Angustia,

& pauper-

tas veter-

rum Ro-

manorum

Lib. 8. c. 3.

cum, ut est apud Valerium, *Septem iugera arida terra, & voluptatis cau-*
sa sterile, atque æstuosissimum solum versabant: deliciarumque ignari va-
stissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant: cum erant, ut scribit
Plinius, *doma amplissima Imperatorum, & fortium Ciuium quantum quis*
uno die plurimum circumarauisset, & quartarij farris, aut bœmina conse-
rente populo; quomodo per amplas cœnationes ædificatæ, aut domos
peristyliis, triclinijs, conclauibus magnificè distinguerè poterant? Casu-
læ profecto, & humillimæ tecla habderunt vix Soli defendendo, arcen-
ditque imbribus idonea. Nimirum, ut ait Plinius, sic habitauerunt illi, qui
hoc imperium fecerè, tantas ad vincendas gentes, triumphosque referen-
dos ab aratro, aut foco redeuntes; quorum agri quoque minorem obtinent
modum, quàm cellaria istorum. Subit vtro cogitatio, quata portio harum
fuerint area illa, quas inuictis Imperatoribus decernebant publicè ad exa-
dicar. das domos; summusq; illarum bonos erat adijci decreto, ut domus
eorum fores extra aperirentur, & ianua in publicum reijceretur. Hoc
erat clarissimum insigne inter Triumphales quoque domos. Hæc ille. Huius
ætatis opera publica paulo ampliora fuere: Porticus circa Forum rudes

vide-

videlicet à Tarquinio Prisco factæ: Templum Iouis Capitolini à Tar- Lib. 5.
 quinio Superbo, de quo infra. Linius: *Vrbem quoque (Veios) Vrbi
 Roma vel situ, vel magnificentia publicorum, priuatorumque tectorum,
 ac locorum fraponebant.*

Ædificia Urbis ab incendio Gallico vsque ad
 Augustum. Cap. XXV.

P R I M I S hinc temporibus paupertati, duritiæque rusticæ dedi-
 catis foeda clades, & Urbis euerfio superuenit, vnde altera ætas
 initium sumit. Capta enim à Gallis, incensaque Vrbs, trucidat-
 is omnibus, præter eos, qui extra profugerant, aut confugerant
 in Capitolium, omnia euerfa, ac solo penitus exæquata sunt. Linius de
 Iuuenture, quæ se in Arcem receperat: *Quocunquè, inquit, sonitus flamma,*
& fragor ruentium tectorum auertisset, pauentes ad omnia animos,
oraque & oculos flectebant, velut ad spectaculum à fortuna positi occiden-
tis Patriæ. At pulsis, necatisque tandem hostibus, quæ nam ex illo in-
cen- Lib. 5.
 dendio renasci Roma potuerit, hæc aperte demonstrant. Cuncta erant
 præter Capitolium, ferro, & igne consumpta. Omnes, præter milites,
 & paucos, qui ex fuga se in Urbem receperant, cæsi: res familiaris acci-
 fa: exulsi vastat quæ circum agri, vix vnde vitam ægrè tolerarent, con-
 uertere poterant. *Sunt qui dicant, scribit Festus, post Urbem à Gallis li-*
beratam, ob inopiam cibatus ceptos sexaginta annorum homines iaci in-
Tiberim. Ex quo numero vnus filij pietate occultatus sepe profuerit pa-
tria sub persona filij. Id vt sit cognitum, ei iuueni esse ignotum, & sexa-
genarijs vita concessa, deponantis autem senibus indita appellatio. Hoc vt
in ambiguo sit, illud certo constat ex Plutarcho in Camillo, & Liuius, Po-
pulum rerum omnium egenum, ac desperatione coactum, Patribus diù
oblectatum, qui censebant restituendam Urbem; vt, ne inflammatam
inflaurare patriam cogeretur, altera pœne flamma seditionis, ac ciuilibus
tumultus exafferit. Itaque malebant exilium, quam ædificationem: &
Veios, in proximam Hetruriam Urbem paulo ante captam, adnitentibus
Tribunis, legemque de habitu iam ferentibus, discedebant. Sed tandem,
Camilli Dædatoris eloquentia, vocibus benè omittantibus, sacrorumque
vi in religionibus subtitere: Et, vt ait Linius, Antiquata lege Vrbs pro-
miscuè ædificari cepta. Tegula publicè præbita est: saxi, materiaque ca-
denda, vnde quisque vellet, ius factum, prædibus acceptis, eo anno ædificia
perfecturos. Pestinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omissis sui, alie-
noque discrimine, in vacuo ædificant. Ea est causa, vt veteres Cloacæ pri-
mo per publicum ductæ, nunc priuata passim scruant recta, formaque Vr-
bis sit occupata magis, quam diuisa similis. Idem, Et Roma, inquit, cum
Lib. 6.
 frequentia crescere, tum tota simul exurgere ædificijs, & Republica im-
 pnsas adiuuante, & adhibus velut publicum exigentibus opus, & ipsis
 priua-

- Ann. 15. *priuatis, admonebat enim desiderium vsus, festinantibus ad effectum operis, intraque annum noua Vrbs stetit. Et: nulla distinctione, & passim erecta domus, vt ait Tacitus. Ex quo intelligere quisque potest, Romam ab egentibus, & publica, priuataque calamitate oppressis, festinanter sine lege ductaque artificum plerisque, ædificantibus, domos non ad splendorem, & luxum, sed ad necessitatem, vitamque imbricibus, ac tectis ab iniuria temporum defendendam habuisse. Quare ingeniose magis quam vere de Gallico incendio L. Florus: *Pastorum casas ignis ille, & flamma paupertatem Romuli abscondit.* Casæ enim, vt ante, minore etiam directura redierunt, arcta itinera, hucque & illuc flexi, & enormes vici, vt ait Tacitus: *Deformitas ædificiorum, angustia flexuræque, vicorum,* vt Suetonius: *Suspensa Vrbs, non optimis vijs, angustissimis semitis,* vt Cicero: *nixæ Cloacis subeuntibus domus.* Et, *forma Vrbs occupata magis, quam diuisa similis,* vt L. iuius, In hac ætate per annos amplius ducentos quadranta nihil priuatim magnificè constructum reperi: pauca etiam publicè, præter subtractionem Capitolij, Nam secundo post cladem acceptam anno, *Capitolium saxo quadrato substructum est, opus vel in hac Vrbs magnificentia conspiciendum,* vt ait L. iuius. Quæ tanè substructio non exornando Iouis Templo, sed monti, & aræ cultuendæ, vt tutior esset aduersus hostem facta est. Quod ad priuata ædificia pertinet, crescere illa non sinebat paupertas, quæ à maioribus recepta adhuc erat in pretio apud posteros. Exiguus enim ex auro census, & rarus vsus argenti. Ideo Cornelius Rufinus duobus Consulatus, & Dictatura speciosissime functus, quod decem pondo vasa argentea comparasset, à Fabricio Censore Senatu motus est, teste Valerio. Marij Curij post Triumphos, ait Plinius, *Immensumque terrarum adiectum Imperio, nota conicio est: perniciosum intelligi Ciuem, cui septem iugera non essent satis. Hac autem mensura plebi post exactos Reges assignata est. Iugerum autem, vt ibidem, vocabatur, quod vno iugo bouum in die exarari posset.* Iuuenalis:*
- Lib. 2. cap. 4. Lib. 18. cap. 3.
- Sat. 14.
- Mox etiam fractis ætate: ac Punica passis
 Prælia, vel Pyrrhum immanem, gladiosque Moloſſos,
 Tandem pro multis vix iugera bina dabantur
 Vulneribus; merces hæc sanguinis, atque laboris,
 Nullis visa vnquam meritis minor, aut ingrata
 Curta fides Patriæ saturabat glebula talis
 Patrem ipsum, turbamque casæ: qua facta iacebat
 Vxor & infantes ludebant quatuor, vnus
 Vernula, tres domini: sed magnis fratribus horum
 A scrobe, vel sulco redeuntibus, altera Cæna
 Amplior, & grandes fumabant pultibus olla;
 Nunc modus hic agri nostro non sufficit orto.*
- Idem in d. cat. quod pro tegula tabellis ligneis domus contegebantur, quæ dicuntur scandula. Plinius: *Scandula contectam fuisse Romam ad Pyrrhi vsque bellum annis CCCCLXX. Cornelius Nepos auetor est. Denique, teste Velleio, Q. Cæcilius Metellus primus omnium Roma eadem*
- Lib. 16. cap. 10. Lib. 1.

ex marmore in ijs ipsius monumentis molitus vel magnificentia, vel luxuria princeps fuit. Quod adsum est post eius Triumphum de Pseudophippo anno Urbis sexcentesimo septimo: post incendium Gallicum ducentesimo quadragesimo secundo. Hic est Metellus Macedonicus, ait idem, qui Porticus, quæ fuerit circumdata duabus adibus sine inscriptione positus, quæ nunc Octaviae Porticibus ambiuntur, fecerat quique banc turmam Statuarum Equestrium, quæ frontem adium spectant, hodieque maximum ornamentum eius loci, ex Macedonia detulit. Et cum Scipio Nafica item Porticus in Capitolio, Cn. Octavius in Circo moliti essent; publicam magnificentiam, ut idem Velleius est auctor, Secuta priuata luxuria est. Adhuc tamen Principes Ciuitatis modicas aedes, tum ex tradita consuetudine, tum ex Romana viuendi frugalitate habitabant. Ut de reliquis coniectura fiat, quibus tenuis census, aut plebeia generis humilitas erat. Catoni Consulari, Censorique penates angusti fuere. Pompeio ante tertium Triumphum parua domus in Carinis: amplioemque factam ingressus Pompeij sector Antonius quaesuit, vbinam cœnarit Pompeius Magnus. M. Crassus ille ditissimus Romanorum angustis in adibus, duobus cum fratribus est educatus. Auctor Plutarchus in eorum vita. Idem in Paulo Aemilio, & Valerius de Aelijs patricijs: Sexdecimum eodem, inquit; tempore Aelij fuerant, quibus vna domuncula fuerat eodem loci, quo nunc sunt Mariana monumenta, & vnus in agro Veiente fundus. Eadem gens nullum ante scrupulum argenti habuit quam Paulus Perse Rege deuictio. Quæ Aelio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex præda donaret. Cæsar, teste Suetonio, modicis adibus habitauit in Suburra; & Augustus in Palatio modicis adibus Hortensiansis, & neque laxitate, neque cultu conficuis; ut in quibus Porticus breues essent Albanarum columnarum (Hunc lapidem forte hodie Piperinum vulgo nuncupant.) & sine marmore illo, aut insigni pavimento conclauia; ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hyeme, & æstate mansit dominus Terrarum M. Lepidi Consulis triginta quinque annis ante Augusti Consulem dicitur à Plinio Romæ domus pulcherrima fuisse. Quod si huius domus quæris ornamenta: hæc inuenies apud eumdem eodem libro. Columnas, crustasque Numidici marmoris eiusdemque solidas glebas, & massam in liminum vsu. Sed anno Urbis DCLXII. ante primum Augusti Consulatum quadragesimo nono, ut idem refert Plinius, & Valerius, L. Crasso Oratori magna domus fuit in Palatio. Nam præter sex rotos arbores ibi consitas, Columnas quatuor Hymettij marmoris, ædilitatis gratia ad scenam ornandam aduectas in eius atrio statuerat, cum in publico nondum essent vlla marmoreæ: idèdque à Cn. Domitio vna Censuram gerente grauitè reprehensus; eademque de causa Crassus Venus Palatina à Bruto dictus est. Tam recens, pergit Plinius, est opulentia; qui post centum sexaginta sex annos hæc scribebat, Principe Vespasiano anno Urbis DCCC. XXVIII.

Vbi nunc
Aedes S.
Mariæ co-
gnomēto
in Porti-
cu.

Lib. 2.

Lib. 4. c. 4.

Lib. 36.
cap. 15.
cap. 6.

Lib. 17.

cap. 1.

Lib. 9. c. 1.

Iam si hac tempestate modica priuata ædificia fuere, quid publica?
nempe Tempia, Porticus, Basilicæ ad æternitatē factæ ex manubijs provin-
cia-

Loc. cit.

Dec. 4.
lib. 10.

Lib. 4.

ninciarum, ex dono, pecuniæque ditissimorum populorum. Sed neque superiori, vel hac sermè tota ætate ædes publicæ ea forma, & amplitudine sunt extructæ, quam fortè animo amplectimur, & multi haud perinde docti erudique inaniter prædicant. Nam anno Urbis DCLXII. cum Censor Crassus eas Columnas Hymetij marmoris habebat in atrio. *In publico, ut ait Plinius, nondum erant vllæ marmorea.* Non ergo inusitata erat ædificiorum species, quæ tunc sola compage murorum, pilæumque lateritia firmitate constabant, aut Columnis nitentibus ex Albano lapide, vel Tiburtino. Liviùs: *Alij, inquit, speciem ipsius Urbis nondum exornatæ, neque publicis, neque priuatis locis: alij singulos Principum eluderent.* Quod actum est anno Urbis DLXXII. Plutarchus in comparatione Periclis, & Fabij: *Ædificia, inquit, quibus Pericles Athenas exornauit cum omnibus, quæcumque ante Cæsares Roma habuit, non sunt conferenda; sed longe lateque sine vlla comparatione, magnificentia, & nobilitate præ his obtinent illa primas.* Tempia vero sermè modica fuerunt, & angusta: cuiusmodi aliqua adhuc extant prope ripam Tiberis in Foro Boario veteri. Templum Feretrij Iouis quindecim pedes longum, teste Dionysio fuit, idest palmos recentes Romanos viginti. In Foro Romano aliquot Basilicæ, multa erant Tempia; vtique non magna, vt locus caperet. Illud ipsum Capitolium omnium delubrorum, religionum, sacrorum caput, Deorum, vt aiebant, domicilium, & alterum Iouis fulminantis Cælum, pilis latere costili dealbatis tres in partes diuisum sustinebatur, vt Dionysius, & pari propemodum longitudine, ac latitudine, quindecim dumtaxat latitudini detractis, patebat ducentos pedes: idest ducentos sexaginta sex palmos, & bessem, vel vncias octo.

Sed quanto maiora Tempia Romæ, vel magni Constantini potentia, vel deinceps maximorum Pontificum religio, vel purpuratorum Principum munificentia, vel priuatorum Ciuium liberalitas molita est? Capitolinus verò Romanorum Deorum Augustus fuit in Templo

Fictilis, & nullo violatus Iuppiter auro.

Vt cæteros Deos, vilem scilicet, sordidamque plebeculam, non puderet à figulo regi. Ideoque postea dixere Romani.

Fictilibus creuere Deis hæc aurea Tempia.

Lib. 5.

Igitur quamuis superstitiosum populum Aedium sacrarum cultus, splendorque vehementer vrgeret; tamen quia bellicarum expeditionum, repurgandi Urbem, solemnnes edendi ludos, Imperium propagandi cura detinebatur, alio maiores sumptus machinasque conuerterat. Cum in condendis ædificijs, ait Strabo, *Græci acuti maxime, ac solertes fuisse videantur, cum pulchritudinem, & munimentum ingeniosè prospicerent, portusque, & agri feracitatem: Romani ea maxime animaduertent, quæ illi neglexere, strata videlicet Viarum, Aquæ ductus, Cloacas, quibus Ciuitatis sordes in Tiberim eluerentur. Cernere licet stratas in agro vias, excisis ad hæc collibus, exageratis vallibus, vnde nauigiorum onera plaustris exciperentur. Cloaca duro cameratæ lapide peruias carris stramentorum semitas reliquerunt. demum adiungit: ως δὲ εἰπεῖν οἱ παλαῖοι μὲν τὰ κτίλ-*

λας τῆς πόλεως ὀλιγώρον πρὸς ἄλλοις μείζουσι, & ἀναγκασιότατοι ὄντες. οἱ δὲ ὕστερον, & μάλιστα οἱ τῶν καθ' ἡμᾶς, οὐ δὲ τότε καθύστερον, ἀλλ' ἀναθημάτων πολλῶν, & χαλῶν ἐπιλίωσαν τὴν πόλιν. *ut in summa dicam, Antiqui pulchritudinem Romæ parvisecerunt, cum in maioribus, & magis necessarijs versarentur. Posteri autem, & maximè nostra etate* (scripta autè a re Augulli) *neque huic defuerunt, sed monumentis, donarijs, què multis ac præclaris impleuerunt Urbem*, Itaque Plinius Senes, inquit, & de æuo Cæsaris loquitur, *Aggeris vastum spatium, & substructiones insanas Capitolij mirabantur; præterea Cloacas, operum omnium dictu maximum, suffossis montibus, Urbe pensili subterque navigata. Quid? hæc tria ad-*

Lib. 36.
cap. 15.

miranda, Aggerem, Substructiones Capitolij, Cloacas Urbs tantum cõtinebat, quæ deinceps fuit vniuersa miraculum? Ita sanè. Sed neque hæc laudauit Cyneas Pyrrhi Epirotarum Regis legatus, qui Romanam, omnia curiosus contempletus, populi multitudinem Lernæ instar Hydræ renascentem, & Senatam Regum in Urbe surpexit, præterea nihil. Accedebat aliud non leue deformitatis argumentum. Nam affluente multitudine cum propter religionem nec produci pomærium, nec Urbis mœnia dilatari possent, necesse habebant domos in magnam altitudinem attollere. Cum vero Urbs septem Colles, vallesque intermedias completeretur; alia iacebant in subiectis vallibus, alia editissima his imminebant è montibus ædificia, semitis, vijsque duntaxat perangustis interpositis. Quo inobscuratæ Ciuium ædes, vicique publici tenebricoli, & offusi caligine Solis apertam lucem accipere prohibebantur. Hoc Aristides indicat, cum in septicolli ambiu plures, & alias alijs impositas Vrbes enumerat. Quamquam hoc laudi vertat, laxatis præsertim illo æuo viarum spatij, domibusque magnificè exstructis. Idem significat Tacitus: *Impetu peruagatum incendium plana primum, deinde in edita assurgens, obnoxia Urbe, artèis itineribus, bucque & illuc flexis, atque enormibus viculis, qualis vetus Roma fuit,*

In Encomio Vr-
bis.

15. Ann.

Iuuenalis: *Quod spatium teclis sublimibus i vnde cerebrum
Testa ferit, quoties rimosa, & curta fenestris
Vasa cadunt,*

Sat. 3.

Idem: *. vbedarum transitas arcto
Vicorum inflexu, &c.*

Ibidem.

Inter hæc incommodæ deformitatis indiciæ, vnum erat Urbis exornandæ non leue momentum, nempe statuarum copia, quas primus M. Marcellus Captis Syraculis intulerat, ac post illum è Græciæ, Asiæque Urbibus Imperatores pari contentione congefferant. *Mummius*, inquit Plinius, *deuicta Achaia, repleuit Urbem*. Multa & Luculli inuexere. Quintus Metellus Macedonicus statuas Equitum Alexandri Magni, & ipsius Regis à Lysippo factas maximum Urbis ornamentum; vt scribit Velleius, ex Macedonia detulit, & primus omnium Romæ, vt dicebam, domum ex marmore molitus, eas ita collocauit, vt frontem ædium aspicerent. Atqui non multo post, nempe anno Urbis DCXXIX. *Censores L. Cassius Longinus, & Cn. Seruilius Cæpio*, vt scribit Velleius, *Lepidum Aelium*

Lib. 1.

Lib. 2.

Augu-

Augurem, quod sex millibus Aedes conduxisset adesse iusserunt. At nunc si quis, inquit, tanti habitet, vix ut Senator agnoscat. Adè maturè à rectis in vitia, à vitij, in prava, à pravis in precipitia peruenitur. Scribebat autem Velleius Paterculus Tiberio Principe.

At anno Urbis DCLXII, cum domus Crassi Oratoris, ut aiebam, laudabatur in Palatio: *Aliquanto prestantior, ait Plinius lib. 17. cap. 1. in eodem Palatio Q. Catuli, qui Cimbro, cum Caio Mario fudit. Multo vero pulcherrima consensu omnium etate ea in Colle Viminali C. Aquilij Equitis Romani, clarioris illa etiam, quam iuris civilis scientia, cum tamen obiecta Crasso sua est.*

Plin. lib. 36. c. 6. habet 666. vbi erratum est 10. annis. Lib. 36. cap. 15.

In fine huius ætatis domus ædificari cœptæ magnificæ, ac nobiles; Nam domus illa M. Lepidi, quæ pulchrior Romæ nulla fuit anno Urbis DCLXXVI. intra annos triginta quinque centesimum locum teste Plinio non obtinuit; nempe ad annum Urbis DCCXI. & primum Augusti Consulatum, à quo nos tertiam Ætatem ædificandi auspicamur. Quo etiam tempore Capitolium, quod bello Ciuili arserat, columnis è Templo Iouis Olympici aduectis, à Sylla restitutum, æreis tegulis inauratis. Q. Catulus obtexit, perfectumque magnificentissimè dedicauit.

Ædificia Urbis ab Augusto ad Neronianum incendium. Cap. XXVI.

TERTIA igitur hac Ætate, Augusto Principe, quàm stabilita Imperio, tam pulcherrimorum ædificiorum accessione decorata Roma est. Superiori ætate iam inclinante laudabantur Porticus Scipionis Nasticæ in Capitolio, Metelli, Octauij, & Minucij, de quibus dixi. Pompeius autem Urbem nouissimè ornauerat extructo Theatro, Porticu, Domo, Basilica: tum Paulus Æmilij Basilica Phrygijs Columnis admirabili: tum Cæsar pulcherrimo Foro, *Qui de ornanda, instruendaq; Vrbe plura, ac maiora in dies destinabat, nisi talia meditantem mors, ut ait Suetonius, preuenisset. Quæ omnia perfecit Augustus. Tacitus; Vrbe ipsam magnifico ornatu: pauca admodum vitæ etata ab Augusto. Strabo. Pompeius, inquit, & D. Cæsar, & Augustus, eiusque filij, & familiares, & vxor, & soror cunctorum studium simul, & impensas ad comparanda decora superarunt. Suetonius in Augusto, Vrbe pro maiestate Imperij ornata, & inundationibus, incendijsque obnoxiam excoluit: publica opera plurima extruxit; sed & ceteros viros hortatus est, ut pro facultate quisque monumentis vel nouis, vel resectis, & excultis Vrbe adornarent; multaque à multis extructa sunt, presertim ab Agrippa. Dion, Agrippa vltro Aedilis factus est; omniaque edificia publica, omnes vias priuatis impendijs resecit: Cloacas expurgauit: ac per eas in Tiberim subuectus est. Linius, Augustum Cæsarem Templorum omnium conditorem, aut restitutorem. Ouidius:*

Cap. 44. Lib. 1. Annal.

Lib. 5.

Cap. 38.

Lib. 49.

Sub

*Sub quo delubris sentitur nulla senectus.
Nec satis est homines; obligat ille Deos.
Templorum positor, templorum sancte repertor,
Sit superis opto mutua cura tui.
Dent tibi cœlestes, quos tu cœlestibus annos.
Pròque tua, maneat in statione, domo.*

Dec. 1. l. 4.
2. Fast. de
eodem.

Idem, referente Suetonio, *Spatium Urbis in Regiones quatuordecim vicofque supra mille diuifit, inffituitque, vt illas annui Magistratus sortitò tuerentur: aduersus incendia Excubias nocturnas, Vigilesque commētus est. Ad coercendas inundationes alueum Tiberis laxauit, ac repurgauit, completum olim ruderibus, & adificiorum prolapsionibus coarctatum.* Idem, ne tanta domorum difsimilitudo eſſet, quod aliæ deprimerentur in valles: aliæ attollerentur in colles, editò cauit, vt ait Strabo: *Nequis supra pedes feptuaginta, hoc eſt noſtrates palmos nonaginta tres, & trientem, ſiue uncias quatuor adificaret.* Idemque poſtea ſanxiſſe Neronem affirmat Tacitus; quamquam certam altitudinem ſuppreſſit. At Traianus, vt ait Aurelius Viſtor, & idem affirmans Eutropius, *Maiorem ſexaginta pedibus, nempe octuaginta palmis, altitudinem imbibuit.* Etſi ad Romanofuè ſolos id pertineat, an prouinciales, an vtroſque dignoſci non planè queat. *Tiberis, inquit Aurelius Viſtor in Traiano, inundauit magna clade adium: & terremotus grauis per Prouincias multas atroxque peſtilentia, famesque, & incendia facta ſunt. Quibus omnibus Traianus per exquisita remedia plurimum opitulatus eſt, ſtatuens, ne domorum altitudo ſexaginta ſuperaret pedes ob ruinas faciles, & ſumptus, ſiquando talia contingerent, exitioſos.* Tacitus ſic domorum altitudinem expreſſit: *Nec ſiſti, inquit, poterant ſcandentes per coniuncta adificia, quæ, vt in multa pace, in altum edita, ſolum Capitoliſ aquabant.* Significat autem ab ima valle, in qua erat Forum Romanum, erecta ædificia, præaltis tectis æquaffe ſolum collis Capitolini; & loquitur de parte montis, in qua fuit Iouis Templum, editiſſima, & Tarpeio ſaxo proxima. Cæterum vigeſebat ſub Auguſto ſtudium ædificandi non modò in Principibus, quos ille ſuo exemplo, ac perſuaſione excitauerat, ſed etiam in cæteris. Strabo: *διὲν ὅτι τοσούτον ἀνῆλθεῖσα ἡ πόλις ἀντέχει τὸ το μὲν ξοφῆ, τὸ δὲ ξύλοις, & λίθοις πρὸς τὰς οἰκοδομίας, ὡς ἀδελφίπτος ποιούσιν αἱ συμπτώσες, & ἐμπρόσες, & μετὰ πρὸς ἀδελφίπτοι, & αὐταὶ οὐσαι. & γὰρ αἱ μετὰ πρὸς ἐκούσιοί πνεις συμπτώσες εἰσὶ, κατὰ βαλούντων & ἀνοικοδομούντων πρὸς τὰς ὀπιδυμίας ἕτερα ἢ ἐτέρων.* *Quam ob cauſam tantum auſta Ciuitas ſufficit, tum ad cibatum, tum lignis, & lapidibus ad adificia, quæ continenter faciunt ruina, & incendia, & indeſinenter venditarum domorū extruſiones: hæ enim & voluntaria quædam ruina ſunt, Ciuibus alias ex alijs ades diruentibus, & pro libito adificantibus.* Eorundem incendiorum, prolapsionum, & ſtructurarum, quæ ſequentes ætates etiam tenuere, cùm alij, tum Iuuenalis meminit.

Cap. 30.

Lib. 19.

Lib. 3.
Hiſt.

Lib. 1.

Sat. 3.

*Nam quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non
Deterius credas horrere incendia, lapsus
Tectorum assiduos, ac mille pericula sua
Vrbis? &c.*

Deinde: *Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat
Axis; & euersum fudit super agmina montem,
Quid superest de corporibus? &c.*

Plinius in Panegyrico. *Itaque non ut ante immanium transuersione fa-
xorum Vrbis tecta quatiuntur. Stant secura domus, nec iam Tempa nu-
tantia. Quæ pertinent ad posteriora Domitiani tempora. Neque minor
successoribus Augusti cura ædificandi fuit; nam & Palatium Tibetiana do-
mo Tiberius auxit, Aedes Deum vetustate aut igni abolitas, ceptasque ab
Augusto Libero, Libera, & Cereri, & Flora iuxta Circum Maximum, &
Iano apud Forum Olitorium dedicauit: Spei autem ædem Germanicus, ut
scribit Tacitus, tum Caius Cæsar sua domo Vrbem cinxit, ut ait Plinius.
Et Ciues immensæ laxitatis domos peregrino marmore vestiebant; cum
primus Mamurra Eques Romanus Catulli vel conuicio nobilitatus, To-
tius domus sua in Cælio monte parietes crusta marmoris operuerit; ac to-
tis ædibus nullam nisi è Carystio, aut Lunensi marmore Columnam habue-
rit, ut ait Plinius. Hac eadem ætate, vel deficiente iam altera, publicis
ædificijs ornata est admirabiliter Ciuitas: duobus Foris, Cæsaris, & Au-
gust: tribus Theatris, Pompei, Marcelli, Balbi: Amphitheatro Statilij
Tauri: Porticibus, Basilicis, Balneis, innumerabilibus Fontibus tum sta-
gnantibus, tum salientibus. Plinius; Agrippa in Aedilitate sua, adiecta Vir-
gine Aqua, ceteris corriuatis, atque emendatis, lacus DCC. fecit: præterea
salientes CV. Castella CXXX. complura etiam cultu magnifica: operibus
ijs signa CCC. area aut marmorea imposuit, Columnas ex marmore CCCC.
eaque omnia annuo spatio. Deinde Claudius quartus ab Augusto perdu-
ctos Cæruleum, & Curtium Fontes, & Anienis riuum diuisit in plurimos,
& ornatisimos lacus. Denique moriens Augustus iure gloriatus est, Vr-
bem se marmoream relinquere, quam latericiam accepisset. Ut esset præ-
tiosior seruitus Ciuitatis: atque ex Ciuibus Reges facere videretur, qui-
bus Regias insignes è marmore ipse fecisset.*

Ædificia Vrbis à Neronis incendio ad Honorium
Cæsarem, sub quo à Gothis capta est.

Cap. XXVII.

Cap. 38. **V**ERVM in tanto decorum apparatu adhuc angustia illæ fle-
xuræque vicorum manebant. domus præterque non directæ
ad lineam, non conuersæ ad normam, sortuito potius natæ,
quàm prudentia cõditoris. Itaque Nero teste Suetonio, *Quasi
offensus deformitate veterum ædificiorum, & angustijs flexurisque vico-
rum*

rum incendit Urbem, Quo præsertim incendio accidit, Quod, referen-
 te Seneca, aiebat Timagenes felicitati Urbis inimicus: Roma sibi incen-
 dia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura, quam
 arsissent. Nam cum in quatuordecim Regiones Roma divideretur, qua-
 tuor integræ mansere: tres solo tenus deiectæ: septem reliquis pauca tectō-
 rum vestigia supererant, & semivivæ, vt ait Tacitus. Confestim tamen
 Urbs multo pulchrior Quarta iam ædificationis Ætate, decimo Neronis
 anno, suis resurrexit è flammis. Nam, vt idem Tacitus, Domus non
 vt post Gallica incendia nulla distinctione, vel passim erecta; sed di-
 mensis vicorum ordinibus, & latis viarum spatijs, cohibita ædificiorum
 altitudine, affabrè factis arcibus, additisque Porticibus, qua frontem In-
 sularum protegerent. Eas Porticus Nero sua pecunia extructurum,
 purgasque areas dominis traditurum pollicitus est. Addidit premi-
 pro cuiusque ordine, & rei familiaris copijs, finiuitque tempus, intra
 quod effectis domibus, aut insulis adipiscerentur. Ruderi accipiendo Ho-
 stiensis paludes destinabat, vtque naues, qua frumentum Tiberi subue-
 ctassent, onusta rudere decurrerent. Aedificiaque ipsa certa sui parte
 sine trabibus, saxo Gabino, Albanoque solidarentur, quod is lapis igni
 imperuius est. Iam aqua priuatorum licentia intercepta, quo largior,
 & pluribus in locis in publicum flueret, custodes: & subsidia reprimen-
 dis ignibus in propatulo quisque haberet: nec communione parietum,
 sed proprijs quoque muris ambirentur. Ea ex utilitate accepta decorem
 quoque nouæ Urbis attulere. Erant tamen qui crederent veterem illam
 formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustia itinerum, & al-
 titudo tectorum non perinde Solis vapore pererrumperentur. At nunc pa-
 tulam latitudinem, & nulla umbra defensam grauiora estu ardescere.
 Tunc Nero non in alia re damnosior quam in ædificando, vt ait Sueto-
 nius, Domum à Palatio Esquilias vsque, antea factam, & incendio ab-
 sumptam refecit: parique nomine Auream nominauit. cuius tanta fuit
 laxitas, vt Roma pæne fieret domus Principis, qua nihilominus huma-
 ni generis capax relinquebatur. Hæc verò est ætas, qua pulchritudi-
 nem Urbis vix cogitando assequi licet, nedum narrando exprimere.
 tantus inerat ædificijs splendor, & luxus. Tacitus. Nero extruxit do-
 mum, in qua baud perinde gemma, & aurum miraculo essent, solita
 primum, & luxu vulgata. Quare etsi teste Suetonio cuncta ibi distin-
 cta gemmis vnionumque conchis erant; admirationi non fuisse, vsu,
 luxuque vulgata. Plinius stratas argento mulierum balineas reprehendit.
 Seneca de Balneis loquens; Pauper, inquit, sibi videtur, ac sordi-
 bus, nisi parietes magnis, & pretiosis orbibus resulserunt: nisi Alexan-
 drina marmora Numidicis crustis distincta: nisi illis vndique operosa, &
 in pictura modum variata circumlitio prætexitur: nisi vitro absconditur
 camera: nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum Tem-
 plo, piscinas nostras circumdedit, in quas multa sudatione corpora exi-
 nanita demittimus. nisi aquam argentea Epistomia fuderunt: & adhuc
 plebeias fistulas loquor. Quid cum ad Balnea libertinorum peruenero?

Epist. 41.

Lib. 15.
Annal.

Loc. cit.

In vita Ne-
ronis cap.

32.

Lib. 33.

cap. 12.

Epist. 86.

Luxus edificiorū Romano-
rum . quantum statuarum, quantum columnarum est, nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum impensa causa: quantum aquarum per gradus cum fragore labentium: eo deliciarum peruenimus, ut nisi gemmas calcare velimus. Quid loquar, inquit idem, marmora, quibus Tempa, quibus domus fulgent: quid lapideas moles in rotundum, ac laue formatas, quibus porticus, & capacia populorum tecta suscipimus: Et rursus, Delectant nos ingentium macula columnarum, siue ex Aegyptijs arenis, siue ex Africa solitudinibus aduecta porticum aliquam, vel capacem populi cœnationem ferunt. Miramur parietes tenui marmore inductos, & cum auro tecta perfundimus, quid aliud, quàm mendacio gaudemus: Idem: Epist. 104. Deinde in ipsas domus impenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes aduectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pauimentorum respondeat nitor. Idem: Versatilia cœnationum laquearia ita coagmentant, ut subinde alia facies, atque alia succedat: & toties tecta quoties fercula mutantur. Ibidem de prisca loquens, Non habebant, inquit, domos instar Urbium. Et: quorum tecta nondum auro fulgebant: quorum Tempa nondum gemmis re-
nidebant. Idem de Ira: Hi nempe oculi, qui non ferunt, nisi varium, ac recenti cura nitens marmor: qui mensam nisi crebris distinctam nauis: qui nolunt domi nisi auro pretiosa calcare. Ammianus de Constantio Romam inuisente loquens, Perque omne latus, inquit, quo se oculi contulissent, miraculorum densitate perstrictus. Plinius: Ad Urbis nostra miracula transire conueniat: & sic quoque Terrarum Orbem victū ostendere. Quod accidisse toties pœne, quot referentur miracula apparebit. Vniuersitate vero aceruata, & in vnum quemdam cumulum coniecta, non alia magnitudo exurget, quàm si Mundus alius quidam vno in loco vni-
retur. Et deinde: Computet in hac æstimatione qui volet marmorum molem, opera pictorum impendia regalia, & cum pulcherrima, laudatissimæ certantes centum domos, posteaque eas ab innumerabilibus alijs in
banc diem victas. Iuuenalis:

Sat. 4.

Quid refert igitur, quantis iumenta fatiget
Porticibus: quanta nemorum veletur in umbra
Iugera quot vicina foro, quas emerit ades:

Sat. 3.

Et: Quod spatium tectis sublimibus: &c.

Sylu. lib. 1.

Stadius de Ciuili domo:

. pandit nitidos domus alta Penates,
Clarâq; gaudentes plauserunt limina Cycni.
Digna Dea sedes nitidis nec sordet ab astris.
Hic Libycus, Pbrgyiusque filix, hic dura Laconum
Saxa virent: hic flexus Conyx, & concolor alto
Vena mari, rupeque nitent, quis purpura sepe
Oebalis, & Tyrij moderator liuet abeni.
Pendent innumeris fastigia nixa columnis:
Robora Dalmatico lucent satiata metallo:
Excludunt radios syluis decussa vetustis

Fri-

*Frigora: perſpicui viuunt in marmore fontes;
Nec ſeruat Natura vices, hic Sirius alget
Bruma tepet; verſumque domus ſibi temperat annum.*

Eodem libro admiranda priuati Balnei admirabili carmine ſic refert.

*Sola nitet flauis Nomadum decifſa metallis
Purpura: ſola cauo Phrygię quã Synados antro
Ipſe cruentauit maculis lucentibus Atyſ:
Quaſque Tyrus niueas ſecat, & Sydonia rupes.
Vix locus Eurotę viridis, cum regula longo.
Synnada diſtinctu variat; non lumina ceſſant:
Eſfulgent Camerę, vario faſtigia vitro,
In ſpecies, animoſque nitent. Stupet ipſe beatas
Circumplexus opes, & parcius imperat ignis.
Nil ibi plebeium: nuſquam Temefca notabis
Aera; ſed Argento fœlix propellitur vnda,
Argentoque cadit, labriſque nitentibus, inſtat
Delicias mirata ſuas, & abire recuſat.*

Camera
è vitro.

Hic inter cætera ornamenta vitreæ Camerae laudantur.

De his Plinius: *Pulſa deinde ex humo pavimenta in cameras tranſiere
à vitro: nouitium & hoc iumentum, tum de Agrippa: non dubie vitreas
in Thermiſ facturus Cameras, ſi prius inuentum id fuiſſet: aut à parietibus
ſceng, vt diximus, Scauri perueniſſet in Cameras.*

Lib. 36.
cap. 15.

Martialis de Thermiſ Tuccæ:

*Idem beatas lautus extruit Thermas,
De marmore omni, quod Caryſtos inuenit,
Quod Phrygia, ſiue Afra quod Nomas mittit,
Et quod virenti fonte lauit Eurotas.*

Ep. 77. l. 9.

Additum parietibus aliud ornamentum, pictura. Plinius: *Sed nulla gloria
artificum eſt, niſi eorum, qui tabulas pinxere; eoque venerabilior apparet
antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tantum, nec domos
vno in loco manſuras, quę ex incendijs rapi non poſſent. nondum libebat
parietes totos pingere.*

Lib. 35.
cap. 10.

Præterea Columnarum in ijs præcipuus decor. Iuuenalis.

*Parte alia longis Numidarum ſulta columnis
Surgut, & argenteam rapiat cœnatio Solem.*

Sat. 7.

Iulius Capitolinus de domo priuati Ciuiſ, in vita Antonini Pij, *Cum do-
mum, inquit, Omuli viſens, mirasque Columnas porphyreticas, requiſiſſet,
vnde eas haberet. Flavius Vopifcus in vita Taciti Imperatoris. Domum
ſuam, inquit, deſtrui præcepit, atque in eo loco Thermas publicas fieri pri-
uato ſumptu iuſſit. Columnas centum Numidicas pedum vicenum ter-
num Hoſtiensibus dari. Hæc illi priuato ſuit. Iulius Capitolinus de do-
mo ſuburbana Gordianorum: Villa eorum via Pranefſina ducentas colū-
nas vno periftylo habens, quarum quinquaginta Chriſteæ, Claudiana
quinquaginta, Numidicæ pari menſura ſunt. In qua Baſilica centena-
rie tres. Cætera huic operi conuenientia, & Therma quales præter Vr-
bem,*

In Gord.
Iun.

hem, ut tunc nusquam in Orbe Terrarum. Ex quibus publica opera postea sumptu Caesarum perfecta æstimare quisque poterit.

Alia habet I. Lipsius lib. 3 de Magnitud. Rom. c. 4. & 8. Buleng. de Imper. Rom. c. 1.

Cæterum ut huius ætatis successus in ædificando constat, sublato Nerone, & Galba, ignibus bellorum Civilium, quibus Otho, & Vitellius arserant, conflagrauit & Roma. Quam mox deformem incendijs, ac ruinis Vespasianus, teste in eius vita Suetonius: *Instauravit, vacuas areas occupare, & ædificare si possessores cessarent, cuicumque permisit.* Iple Capitolium, Amphitheatrum, Templum Pacis, alia extruxit. Rursus grauiora sub Tito incensa extiterunt. Sed ille Amor, ac Delicia generis humani, nihil nisi sibi publicè perijisse testatus, cuncta prætoriorum suorum ornamenta operibus ac Templis destinavit: dumque enixè restituit, intempestiua morte præuentus Domitiano rapaci, ac sauo reliquit Imperium. Cui, cætera fratris dissimili, non defuit tamen cura instaurandæ exornandæque Urbis: iustioreque titulo, cum Sarmaticus, Germanicus, Dacicus dicebatur, dici poterat Aedificator. Hic præter Capitolium iam tertio refectum, Tempia pulcherrima passim erexit: plurima, & amplissima incendio consumpta restituit: noua, & ornatissima excitauit; & quod maximum decorem Vrbi attulit, vias laxauit insitorum, mercatorumque tabernis, & officinis artificum occupatas. Illa enim tempestate cum ex omnibus terrarum plagis in hanc communem Gentium sedem, patriamque conuolarent; exundante tum hominum multitudine, tum copia rerum, Cauponum, Laniorum, Tonforum, Librariorum, cæterorumque opificum pilæ, tentoria, tabernæ domorum parietibus in publico affixæ magnam viarum partem perpetuis veluti nundinis insederant; ut exigua, angusta, & cœnosa semita celeberrimis relinqueretur in locis, quæ ægrè ciues incedere: sellas, lecticasque ferre vectores: currus, & pilenta agere aurigæ, ingentium marmorum, lapidumque pondera vectibus, carris, trochleis moliri cogerentur, nec possent. Quod scilicet ludorum causa constat antea euenisse. Suetonius in Cæs. *Ad quæ omnia Spectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique aduena, aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positos manerent, ac sæpe præ turba elisi, exanimatique sint plurimi, & in his duo Senatores.* Quæ omnia tam publicæ commoditatis, quam decoris impedimenta sustulit Domitianus, Ideoque Martialis:

Cap. 39.

Lib. 7.
Epig. 60.

Abstulerat totam temerarius insitor Urbem,

Inque suo nullum limine limen erat.

Iussisti tenues, Germanice, crescere vicos;

Et modò quæ fuerat semita, facta via est.

Nulla catenatis pila est præcinctæ lagænis,

Nec Prætor medio cogitur ire luto.

Stringitur in densa nec cæca nouacula turba,

Occupat aut totas nigra popina vias.

Tonsor, caupo, coquus, lanus sua limina seruant,

Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit.

Itaque partim exuta sordibus, partim ab incendio nouis molitionibus

ornata, instar Phœnicis ab eodem resurrexisse dicitur:

Qualiter Assyrios renouant incendia nidos,

Vna decem quoties secula vixit auis:

Taliter exuta est veterem noua Roma senectam,

Et sumpsit vultus præsidis ipsa sui.

Denique sic Urbem varijs, pulcherrimisque ædificijs Domitianus auxit, ornauitque, vt Plutarchus in vita Valerij Public. ad eum accommodans Epicharmi sententiam in prodigum hominem dixerit, ἔχει νόσον, χαίρει καὶ τοικοδομῆσι, ὡς αὐτὸς ὁ μίδης ἐκείνῳ ἀπαντάσει χρυσῶν, ἔ λίδινα βελόμω & γίνεσθαι. habes morbum, gaudes ædificans, vt Midas ille, omnia tibi aurea, & gemmea locari volens. Eoque iam mortuo, & Traiano Principe Martialis dicere potuit.

Terrarum Dea, gentiumque Roma;

Cui par est nihil, & nihil secundum.

Sed Traianus quemadmodum alter Romulus perpetuis victorijs fundauit, & propagatum stabiliuit Imperium: sic Urbem egregijs operibus decorauit. *Quam magnificus*, inquit in Panegyri. Plinius *in publicum es*. Hinc porticus, inde delubra occulta celeritate properantur, vt non consummata videantur. Hinc immensum latus Circi Templorum pulchritudinem prouocat digna populo victore gentium sedes, nec minus ipsa videnda, quam qua ex illa spectabuntur. Et paulo ante. *Datur intueri pulcherrimas gædes deterso situ auctas, ac vigentes. Magnum hoc tuum non erga homines modo, sed erga tecta ipsa meritum, sistere ruinas: solitudinem pellere: ingentia opera eodem quo extructa sunt animo, ab interitu vindicare. Muta quidem illa, & anima carentia; sentire tamen, & letari videntur, quod niteant, quod frequententur: quod aliquando ceperunt esse Domini, non seruentis.* Hæc ille, quibus crebra instauratio similitum adiuu declaratur. Fuit hæc sane Cæsarium egregia contentio, vt Urbem, quam vt *Deam* colebant, quam *Aeternam* dixerant, pro se quisque, augustis molibus auerent. Verum eadem, deficiente iam aureo Imperij seculo, post Traianum, Antoninum, Marcum eraso veteri nomine à Commodò Principe Commodiana dicta, pœne fuscitatis admotisq; Neronianis facibus conflagrauit, quas Coloniz suæ deberi finesta illa furia proclamabat. Ideoque statuam mille librarum auream habuit cum Tauro, & Vacca quasi Urbis Conditor. Quæ Lampridius in vita, Dion, eiusque compendium enarrarunt, & in eius numismatis extant imagines.

Seuerus autem elogio Tertulliani *constantissimus Cæsarium* multo constantior fuit, cum Urbem stabili ædificiorum structura solidauit, quam cum gloriam ciuili sanguine imbutam exercituum strage, atque Urbium excidio obruebat. *Romæ*, inquit Spartianus in eius vita, *omnes Aedes publicas, quæ vitio temporum labebantur instaurauit, nusquam prope suo nomine adscripto, seruatis tamen ubique titulis conditorum.* Et Alexander. vt Lampridius, *opera veterum Principum instaurauit: ipse noua multa constituit.* Quo tempore quemadmodum ornarentur extrinsecus

Lib. 4. epi-
gram. 7.

Lib. 7.
& Alexan-
der exor-
nant Vr-
bem.

- Lib. 7. Romana ædificia luculenter expressit Herodianus. Nam de Prætorianis Cohortibus scribens cum plebe Romana certantibus, ait: οἰκῶν ἔργων ἔργασίμων ἔθύμους, ἔειπεν ἡσαν ξύλων ἐξοχαί, πολλαὶ δὲ αὐτὰ κῦ τὸν πόλιν, πῦρ προσετίθεισαν. ῥᾶ σα δὲ ἐξὶ πυκνότητι τῆσσω οἰκῶν, ξύλεια τε πλῆθος ἐπάλληλον μέγιστον μέρον τῆσ πόλεως τὸ πῦρ ἐνεμήθη. *Domorum, & Tabernarum foribus, & si quæ erant ex ligno proiecturas, huiusmodi autem multa in Vrbe sunt, ignem milites admouerunt. facillime autem propter domorum densitatem, & lignæ materia copiam continuatam magnam partem Vrhis ignis deuastauit.* Quem morem decorandi domorum, Temploꝝque frontes ligneis ornamentis, antiquis etiam Reipublicæ temporibus fuisse, vsurpatum didicimus à Tacito. Nam loquens de Templo Iouis Capitolini restituto à Sylla, perfecto, dedicatoque à Q. Catulo: *Inde, inquit, lapsus ignis in porticus appositas Aedibus. Mox sustinentes fastigium Aquila vetere ligno traxere flammam, alueruntquæ.* Itaque epistilia, & coronas, aliaque ornamenta, quæ prominent, ex ædificijs, non marmore solum, vel Tiburtino lapide, sed etiam ligno, præsertim fenestrarum antas, mœniana, tectorumque proiecturas non infrequenter conformabant, vt bracteato auro relucencia tegerentur. Itaque non minus in hac, quam in interiores concamerationes, & laquearia tantum auri profunde batur, vt Aurelianus teste Vopisco prohibere voluerit: & Seneca scripsit; *Lacunararia auro grauiâ penderent.* Idem: *Et cum auro tecta persundimus quid aliud, quam mendacio gaudemus? scimus enim sub illo auro fœda ligna latitare. Nec tantum parietibus, aut lacunaribus ornamentum tenue pretenditur: omnium istorum, quos incedere altos vides, bracteata fœlicitas est.* Plinius: *Laquearia, quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur, post Cartaginem euersam primo inaurata sunt in Capitolio Censura L. Mummij. Inde transire in cameras, in parietes quoque, qui iam, & ipsi tanquam vasa inaurantur; cum sua ætas varia de Catulo existimauerit, quod tegulas grecas Capitolij inaurasset primus.* Nazarius in Panegyꝝ. ad Const. *Celeberrima quæque Vrhis nouis operibus enitescunt; nec obsoleta modo per vetustatem rediuuo cultu insigniuntur, sed illa ipsa, quæ ante hac magnificentissima putabantur, nunc auri luce fulgentia indecoram maiorum parsimoniam prodiderunt. Idcirco ipse maxime sublimes porticus, & rutilantes auro Columna tantum inusitati ornatus dederunt, vt illo non minus cupide conueniatur loci gratia, quàm spectaculi voluptate.*
3. Scil. Claudianus: *Quæ luce metalli, &c.*
- Lib. 4. *Aemula vicinis fastigia conferit astris.*
- Propertius: *Fistilibus creuere Deis hæc aurea Templo.*
1. Fast. Ouidius: *Flamma nitore suo Temploꝝ verberat aurum.*
- De Cól. 6. Claudianus: *Aurea Fortuna reduci si Temploꝝ priores.*
- Hon. Et Templo igitur, & domus aureæ; nempe parietibus, lacunaribus, tectis, sed his rariùs inauratis fuisse. Aderant & alia decora, & pigmenta: marmoreæ crustæ, camera vitro coagmentatæ, tessellata & vermiculata
- Parietes marmore

culata pauimenta, curuata æqualiter ac versatilia laquearia, conclau-
uia, & cœnationes auro, ebore, gemmisque elaboratæ, porticus inau-
rata duplices, crassis, ac pretiosis fultæ Columnis, cuncta statuis refer-
ta. Quam ædium elegantiam non modo patricij, sed plebeij, ac liber-
tini homines sibi vendicabant. Quare Constantius Constantini filius
Romam veniens, *Miraculorum*, vt ait Ammianus, *densitate perstrictus*,
quidquid erat primum, id eminere inter alia cuncta sperabat. Et Poeta
apud Photium:

εἰς δὲ μὲν ἄστυ πῆλαι, πόλις ἄστια μῦστα καὶ θῆαι.

Vrbs est quæque domus, Vrbs continet oppida multa. Eminebant tamen
Cæsarum moles. Mamertin. in Panegy. ad Iulian. *Huc vsque solus hic
fructus Imperij putabatur, vt Imperator à cateris ciuibus non fortibus fa-
ctis, nec splendore gloriæ, sed magnitudine sumptuum separaretur. Inde
nihil necessaria substructionum in adibus moles, ingentes aulicorum cater-
uagionum sumptum facile vincebant.*

Ædificia Urbis ab Honorio ad Iustinianum.

Cap. XXVIII.

TANTVS Aedificiorum splendor Gothici belli de tonante
procella, longè, lateque nihilominus illuxit, Quinta videlicet
ædificandi Aetate, quæ profecto senium quoddam Urbis ve-
nerabile complectitur: & ab illa capta ad Iustiniani Principa-
tum perducitur. Nam Alaricus, qui Honorio Cæsare Romam inualit,
expugnauitque, paucis ædificijs incensis, parua onustus præda, sexto
die quàm Urbem cœperat, egressus est. Sic in compendio ex antiquo-
rum auctoritate, Pomponius Latus. Et Orosius: *Tertia die Barbari,*
quàm ingressi Urbem fuerant, spontè discedunt, factò quidem aliquan-
tarum adium incendio. Sed mitiora Zosimus vir Ethnicus, neque in-
contemptum nostrorum atrocia prætermisurus, si habuisset. Ait igitur
constata è veteribus inanium Deorum simulacris, numerataque
pecunia, & datis à Romano Populo obsidibus, Alaricum victorem
non modo à direptionibus, atque incendijs temperasse, sed vltro cum
Romanis inisse societatem, vt deinceps pro Maiestate Imperij adiutor
ipse, ac propugnator dimicaret. Nec Gensericus ab Eudoxia Augusta
ad vlciscendam viri Valentianiani cædem ex Africa vocatus in tecta
defauit: cum captiuis, & opima præda discessit. Odoacer Urbem
in qua erat regnaturus, non attigit. Eoque pulsu, Theodoricus Ita-
liæ, Gothorumque Rex noua exstruxit, vetera instaurauit, quibus vel
hostium iniuria, vel temporum, aliquid de pristina firmitate, ac splen-
dore detraxerat. Quidquid demum Gothi, Vandalique fecerint, intacta
ne ab Vrbe præcipientes eruperint, an aliqua inflammarint, omnia vel sum-
ptu Ciuium, vel sequentium Principum munificentia instaurata sunt, ac
restit-

viro ve-
stitæ Ca-
meræ.

Lib. 16.

Lib. 7.
cap. 29.

Lib. 5.
Alaricus
Romanas
Fabricas
non demo-
litur.
Nec Gen-
sericus.

Theodo-
ricus in-
staurat.

Lib. 1. var.
Epist. 25.

- restituta. Testis locupletissimus, eiusdemq; ætatis est Cassiodorus Theodoricus nomine regis scribens Epistolas. *Is ea, inquit, custodiri volumus maxime, quæ Urbis faciem videntur ornare. Quis enim dubitet, fabricarum miracula hac prouisione seruata? & pendentis saxo formatas cameras regularum tegmine custoditas? Ut antiqui Principes nobis merito debeant suas laudes, quorum fabricis dedimus longissimam iuuentutem; ut pristina nouitate reuocent, quæ iam fuerant vetustosa senectute fuscata. Et:*
- Li. 7. ep. 5. *Antiqua in nitorem pristinum contineas, & noua simili antiquitate producas; ut ab opere veterum sola distet nouitas fabricarum. Eodem libro. Quamuis Romuleæ fabrica collata sibi vix possunt præcipue reperiri, quia totum admiratione noscitur exquisitum, quod ibi cernitur esse fundatum; tamen interesse arbitramur, quod utilitas necessaria gratificat, & quod pulchritudinis tantum causa commendat. Traiani Forum vel sub assiduitate videre miraculum est. Capitolia celsa conscendere, hoc est humanæ ingenia superata uidisse. Tum Ioumarum fabricam admirabilem, tum Thermarum pulchritudinem commendat, iubetque, siquid conficiente senio fuerit demolitum, perurgili celeritate reparetur. Et: quidam populus copiosissimus statuarum, greges etiam abundantissimi Equorū tali sunt cautela seruandi, quali & cura videntur affixi. Vbi si esset humanis rebus vlla consideratio, Romanam pulchritudinem non vigilia, sed sola deberet reuerentia custodire. Quid dicemus marmore, metallis, & arte pretiosa, quæ si vacet eripere, rara manus est, quæ possit à talibus abstinere? Vbi sit exposita quæ facere potuerunt diuitiæ generales, & labor Mundi. Et: Hoc enim studio largitas nostra non cedit, ut & facta veterum exclusis defectibus inuouemus, & noua vetustatis gloria vestiamus. Vbi post magnam laudem statuarum, Quid dicamus, inquit, Columnarum iuceam proceritatem, & moles illas sublimissimas fabricarum, quasi quibusdam erectis basilibus contineri? Demum enūmeratis septem Orbis admirandis, sed quis, ait, illa ulterius præcipua putabit, cum in vna Vrbe tot stupenda conspexerit? habuerunt honorem, quia præcesserunt tempore, & in rudi sæculo quidquid emerisset nouum per ora hominum iure ferebatur exitium. Nunc autem potest esse veridicum, si vniuersa Roma dicatur esse miraculum.*
- Epist. 13.
- Epist. 15.
- Lib. 3.

Summum Urbis conferuandæ, instaurandæq; studium Regi Theodorico fuit, qui vices optimi Principis exhibens, magnificus in publicum, id maxime prouidit, ut sisteret ruinas, solitudinem pelleret, atque ingentia opera, eodem quo extructa erant, animo, ab interitu vindicaret. Quare non erga homines modo (ut ait in Traiani Panegyrico Plinius) sed erga tecta ipsa summo operè promeruit. Extat præcitata à Donato Epistola ad Sabinianum Urbis Senatorem, quæ Theodoricus constituit, ut viginti quinque millia regularum, annuâ itatione, in ædificiorum reparatione præstarentur. Harum regularum scilicet nonnullæ Theodoricus nomine inscriptæ, nostro æuo repertæ sunt, vniuersæ fragmentum nuper adseruabatur, in præclarissimo Francisci Angeloni Musæo, hisce signatū notis R. G. D. N. T. H. D. B. R. R. F. hoc est Regnante Domino Nostro Theo-

Theoderico Bono Romæ Roma fælix. Huic adſtipulantur alie duæ tegulæ: bipalmaris magnitudinis, ſublata è recto veteris Templi, olim Martis, nunc S. Marcinæ V. M. ad Arcum Septimij, quas integras adſeruat Petrus Berrettinus inſignis Pictor, noui Templi Archiſtectus, ac ſubterranei ſarcophragi pius ædificator; vtramque libet exprimere, alteram quidem REG. DN. THEODERICO BONO ROMÆ; alteram vero REG. DN. THEODERICO FELIX ROMA. Hic recensendum eſt numiſma ipſius met Theoderici, exhibens ex vno latere, caput Romæ galeatum, cū inſcriptione ROMA INVICTA, ex altero ſimulacrū Virtutis, litteris verò DN. THEODERICVS REX. Notandum porrò tantam fuiſſe Romæ maiestatem, ac numen, vt ipſi met hoſtes, ac barbari, quamquam Vrbe n vicerint, ac ceperint, eam tamen inuictam, ac fœlicem dixerint, Vidi perſimiles nummos Athalarici Theod. natique Regum.

His addantur quæ ſcripſit Procopius tempore belli Gothici. Belifarius in litteris ad Totilam miſſis: *Romam, inquit, omnium Urbium, quæ ſub Sole ſunt maximam, & nobiliſſimam eſſe in conſſo eſt. Neque enim vnius viri poteſtate, atque opere extruſta eſt, neque breui tempore ἐς τόσον μεγαλούς τε & κάλους ἀφικται.* ad tantum magnitudinis, & pulchritudinis prouecta, ſed multi Reges, longinqua ætas, fortiſſimorum virorum numerus frequens, diuitiarum, ac poteſtatis exceſſus cum alia omnia ex toto Orbe, tum vero artiſces eò congregare potuerunt, & ita paulatim tantam Urbem, quantam vidis, architectati monumenta omniſarigè potentie piſteris reliquerunt. *μνημῆα τῆς πάντων ἀπέτης.* Et lib. 4. *Omnium certe hominum, quos ſcimus, Romani maxime Urbem ſuam amant, ſtudentque, omnia, quæ à patribus acceperunt, conſeruare, & procurare ſedulò. ὅπως δὴ μὴ δει ἀφανίζται πῶ μὴ τὴ παλαιῶ κοσμοῦ.* vt nihil perdat Roma antiqui decoris. Qui longo iam tempore cum à Barbaris regantur, ædificia Urbis conſeruauerunt, & ornamenta plurima, quantum feri potuit. Et tanto tempore cum Roma neglecta ſit ab Imperatoribus, qd̄ ſtructure præſtantiam diuturnitati reſiſtit, & monumenta maioram quęcunque relicta ſunt, conſeruantur. Quæ omnia ſatis probant ſteſſe moles quā, quam ſenſcentes Urbis in eandem formam, vetuſtamque amplitudinē ſubinde reſiſtitas. Permaſit ergo, neglectus licet, atque incultus, aut etiam diminutus ille Gentilium ædificiorum nitos, inualeſcente præſertim Chriſtiana Religione, quæ populum Romanum ab illis, reuocabat. Quare S. Hieronymus: *Auratum ſqualeſ Capitalium: fuligine, & aranearum telis omnia Romę Tempia cooperta ſunt: mouetur Urbis ſedibus ſuis, & inundans populus ante delubra ſemiruta, currit ad Martyrum tumulos.* Demum Totilas Gothorum Rex Urbem, quam longa obſidione, fameque afflixerat, captamque pulſis, aut abductis ciuibus exhauſerat, regias eius moles magna ex parte demolitus, vāquam ac deformatam reliquit. Deinde tamen, referente Procopio, cum in ea quali regiam appellationem optaſſet, potiùs inſtaurare, & conſeruare ſtuduie, quàm nouis ruinis obruere. Deinceps autem Romana ædificia cum reſiſceret nemo,

Roma Vr
biu n quæ
ſub Sole
ſunt, ma-
xima.

Epist. 7. ad
Latam.

Hom. 18.
in Ezech.

nemo, vetustas vero, visque temporum concuteret, deficere necesse habebant. S. Gregorius, qui quinquaginta circiter, post annis scribebat: *Qualis, inquit, remanserit Roma conspiciamus. Immenfis doloribus multipliciter attrita, desolatione Ciuium, impressione hostium, frequentia ruinarum. Et: Quid autem ista de hominibus dicimus, cum ruinis crebrescentibus ipsa quoque destrui ædificia videmus?*

Et vero, quæ Sexta Aetas est, priorem in cultum pudit illam resurgere, cum in Italia omnia seu ciuiliū artium, seu litterarum studia intermortua iacere. illis sero reflorescentibus, quomodo resloruerit postea exponemus.

An Recens Roma cum Antiqua conferri queat. Cap. XXIX.

Roma recens cum veteri aliquot seculis conferenda, & anteferenda est.

Quæ in Vrbe operandæ sūt

Lib. 5.

Situs recentis Urbis.

Recens quos ven-

SERMO est non de potestate, vel imperio, sed de Aedificijs. An videlicet recentium forma, ac species cum veterum splendore, conferri aliquo modo queat. Quod breui expediam. Nam quod ad duas primas ætates pertinet; nempe vsque ad captam Urbem à Gallis: tum vsque ad bella Ciuilia Syllæ, Marijque quadraginta annos ante Augustum Consulem, non dubito, quin præfens forma Ciuitatis non modo cum veteri conferenda, sed illi etiam anteferenda sit. Decus, & pulchritudinem Urbis tria præsertim efficiunt: laxitas, & directio viarum: sublimitas, ornatus, & amplitudo ædificiorum: situs, siue in planiciem, æqualiter extensus, siue curuatus in Collem, aut in summo editus, & apertus: ad Austrum ne, an Boream: Ortum Solis, an Occasum vergens. Situ vincimus non modo ad ædificandum aptiore, sed salubriore ad viuendum. Quod etiam adnotauit Marsilius Cagnatus Medica facultate clarus, eum scriberet de Salubritate Cæli Romani. Situs enim veteris Urbis testificatione Strabonis, urgente necessitate, ne hostis ex arduo mœnibus incumberet, paulatim septem in montes excurrit. Quibus cōprehensis magna tectorum, ac Cæli inæqualitas coorta est; quod præcelsa in montibus ædificia Solem, ventorumque flatus liberè acciperent, domus verò ab his opacatæ in subiectis, angustisque vallibus grauem, ac nebulosum aërem, nec Solis calore extenuatum includerent, vnde spiritus impurus, & noxius duceretur. Iam vero in peramplam, & apertam planiciem Ciuitas descendit; vt quæ de Campi Martij amœnitate, ac magnitudine Strabo, Dionysius, alijque auctores prædicarunt, in suam dignitatem, commodumque conuerterit. Eadem Tiberi interfluente, ab Occasu, Vaticanisque montibus: à meridie, Capitolio, Palatio, Auentino: ab Ortū, Quirinali, & Hortorum colle latissimè inclusa, atque his veluti munitionibus aduersus Austri, Euri, Africi, aliorumque ventorum nocentes imperus circumsepta, Aquilonaribus tamen flatibus plana exponitur, vt humidam hyemis grauitatem tempestiue resoluat: aut hibernos

nos

nos tepores, quibus abundat, modica Cœli tenuitate, quam arcticus, ros Roma excipit.
 ac purus efficit spiritus, salubriores reddat, nec raro æstatis immodicos depellat ardores. Quamuis enim non modo Aquilonem, & Boream, sed etiam Austrum, Africumque Roma excipiat; hos tamen quasi per canales, & anfractus recipit obiectu Collium: illos accipit aperta, & obuia; cum antiquitus in septem Collibus, Austrinis, & Africis flatibus vltro obuersa maxime quateretur. Quo fit, vt pestilentes annos, qui veterem Romam frequenter exhauriebant, numerare non possumus.

Ad vias venio, quarum plurimæ latæ, ac rectæ antiquas multum excedunt. Prisci enim suam Rectam habuere in Campo Martio, herbis duntaxat obsito, non ædificijs: vna Lata dedit nomen integræ Regioni. Vix Urbis plures rectæ ac latæ.
 Cæteræ flexuosæ, & angustæ, ipsis damnantibus Romanis vendentium, adhuc pilis, & cadurcis impeditæ. Quod vitium Neronianus ignis postea decoxit.

Iam verò Aedificiorum vsque ad annum Urbis DCLXII. rarus decor, & cultus; cum, vt supra dicebam ex Plinio, nullæ in publico erant columnæ marmoreæ: & pro Crassi magnifica domo, in qua videlicet sex loci, patulæ arbores, quatuor columnæ Hymettij marmoris (hæc enim præsertim commendantur ornamenta) Domitius Censor quamuis ad sugillandum inimicum, sextertium millies promitteret, idest aureorum vicies quinquies centena millia, siue duos milliones, & dimidium. Quamuis autem in fine secundæ Aetatis multum decoris, splendorisq; domibus adiectum sit; tamen non dubito, quin recentes Pontificis Maximi, Purpuratorum Patrum, nobilissimorumque Principum ædes, & laxitate, & structura, columnis marmoreis, pilis Tiburtinis, marmoreis incrustationibus, inauratis laquearibus, pictis cameris, aulæis opere Belgico, Phrygio Damascenoque peristromatis, ac reliquo argenti, aurique lautissimo instrumento illius ætatis ædibus pares sint, atque ex his aliquot etiam illis superiores. Nam de Templis quid dicam? quæ illis non magna, & ferè altitudine columnarum, quibus epistilia ad imponendas trabeationes nitebantur, definita: Columnæ Albanæ, vel Tiburtinæ, vel pilæ lateritiæ in speciem columnarum testorio expolitæ: nullæ marmorum crustæ: nulla ad exquisitiorem cultum segmentato, læuigatoq; lapide calata facella: raræ inibi picturæ, nisi quas exercituum Imperatores translatis è Græcia tabulis sero inuehere cæperunt. Cætera ex auro, argento, gemmisq; ornamenta, si Capitolium excipias, ante Augustum omnino rara. Anno Urbis DLXXXI. Q. Fuluius Flaccus Censor vt ait Liuius, *Aedem Fortunæ Equestris faciebat enixo studio, ne vllum Roma amplius, aut magnificentius Templum esset. Magnum ornamentum se Templo ratus adiecturum, si tegula marmorea essent, profectus in Brutios Aedem Iunonis Lacinia ad partem detegit, id satis fore ratus ad tegendum quod adificaretur. Quæ tamen tegulæ iussu Senatus ad Templum Iunonis relata, ac restituta sunt. Sed quod tandem illud ornamentum erat, vt Aedes Fortunæ esset Roma omnium amplissima, & magnificentissima? At nostrorum Templorum, omitto*

Templa
Romę am
pla, & or-
nata.

Basilica
S. Petri.

Carolus
V. Romę
ē summo
Pantheo
spectauit.

omitto primum laxitatem, & amplitudinem, frontes Tiburtini candidiq; lapidis compage admirabili machinatorum artificio solidantur: tholi, & Hiemisphæria non solum eductis parietibus effulta, sed ex altissimis arcubus, ac velut in aëre pendentibus in Cœlū sublata. Quot deinde ad aras, aut lucentes ē marmore, aut ex ære aureis solidisque lamellis vestitæ, ac fulgentes Columnæ? quot in adiundis facellis commissorum marmorum versicolores maculæ? Quæ miracula picturarum? quis decor marmorati operis? quis inauratorum lacunarium, & concamerationum, sigillatarum splendor? quæ musui emblematis dignitas? quis ornatus pavementorum, quæ seu tessellis vermiculata, seu latioribus crustata segmentis pretiosissimos lapides Ophites, Alabastrites, Lacedemonios, viles tanquam glebas, pedibus proculcandos subijciunt? Quantum in aris argentum? quanta vis auri, ac gemmarum? Quam pretiosa vestium suppellex? quanta denique pulcherrimi operis, atque ornatus species, ac maiestas? vt, quemadmodum veri Numinis Religione vincimus: sic eorum quæ Deo consecrantur, elegantia, cultuque vincamus. Vna illa Petri Apostolorum Principis Vaticana Basilica, illud Pontificiæ magnificentiæ, atque incomparabilis structuræ miraculum, nonne huius ante Augustum, & sequentium ætatum quælibet Templa, Theatra, Amphitheatra, Circos, Balnea, Mausolea magisterio artificum, molitorum sumptibus, ædificationis perennitate, immensitate molis, admirabilium varietate rerum, lucentium vndique claritate marmorum, coniectis vnum in locum veterum æquē ac recentium præclaris operibus æquare videtur aut vincere? Multa præterea in Vrbe sunt, quæ oculos, animosque deuinciunt exterorum. Horti amenissimi, Obelisci, Columnæ, Fontes, Pontesque, alia deniquè, quæ prioribus sæculis Roma vel non vidit, vel minus laudanda spectauit. Carolus V. Cæsar Tuneto in Africa expugnato, fugatisque cum Hariadeno Archipirata Turcarum copijs triumphans Neapolim primum: deinde Romam Paulo III. Pontifice cum venisset, dissimulata persona Urbem inuisens, vt semel vniuersam in conspectum daret, plumbeos per gradus in ædis testudinatæ fastigiū, summumque Pantheon euasit. Inde Urbem contemplatus eius amplitudinem maiestatemque magnopere commendauit. Sed ille Romam vidit, quam paulo ante hostilis furor igne, ac ferro vastauerat. Nondum Vrbi pulcherrimorum Templorum, ædiumque nobilissimarum, quæ postea Ciuium, ac Principum nobilis contentio extruxit, splendor accesserat. Nondum eiusdem Pauli Pontificatu in Flaminia, & Campo Martis, successorumque Pontificum in Vaticanis Campis, ad Forum vetus, in Suburra, in Esquilij, in Viminali, & Quirinali Colle, ad Collem Hortorum, & Pilam olim Tiburtinam latas longissimasque vias direxerat, erexeratque multarum Urbium domos studium ædificandi, munificentia Ciuium, & confluentium populorum multitudo. Vt hoc tempore si Urbem Carolus spectaret, nescio an priorem despiceret, qui Romam se ipsa pulchriorem videret.

Hactenus vtramque Romam conferendam iudicauit. Augusto iam Prin-

Principe tribusque ætatibus vsque ad Gothicum excidium, cedendum omnino est; cum aceruata vniuersitate victus est Terrarum Orbis, vt ait Plinius. Quamquam & nunc vijs compluribus rectis, longis, latisque Roma nostra sit pulchrior veteri ante Neronem: & præclara quedam Principum Palatia, ac Diuum Tempia non inferiora priscais domibus, ac delubris etiam laudatis fateatur esse: Vaticanam vero Basilicam cuiusque huius, & consequentium temporum molibus iure opponat. Deinceps postrema ætate nunquam pulchrior quam æuo nostro reseruit, vt referemus Lib. iij.

His tamen ætatibus adhuc spectandum se offert, quo recens Roma præcellat, ex ipsa veteri, suscepto argumento. Hæc enim Otho Cæsar, referente Tacito, retulit ad milites Prætorianos: *Quid? vos pulcherrimam hanc Urbem, domibus, & templis, & congestu lapidum stare creditis? Muta ista, & inania intercidere, & reparari promiscue possunt. Aeternitas rerum, & pax gentium, & mea cum vestra salus incolumitate Senatus firmatur. Hunc auspiciato à parente, & conditore Urbis nostra institutum, & à Regibus vsque ad Principes continuum, & immortalem, sicut à maioribus accepimus, sic posteris tradamus. Nam vt ex vobis Senatores, ita ex Senatoribus Principes nascuntur. Quæ si ad Collegium Eminentissimorum Patrum transferantur, & Pontifices maximos, qui Vicariam CHRISTI DOMINI potestatem gerentes ex amplissimo ordine deligi solent: quis fateri non audeat, Urbem tanto Senatu, Patribus, ac Religionum Principe memorabilem priori iustius anteferendam? Quæ alij accuratius considerant, & fusiùs persequuntur.*

Lib. i.
Hist.

FINIS LIBRI PRIMI.





DE VRBE ROMA

LIBER SECVNDVS.



Nomina Capitolij . Cap. I.

Lib. 1.
Lib. 4.
Situs Ca-
pitolij.



Capitolij
ouali figu-
ra, & bi-
uertex.


Triplex si-
gnificatio
Capitolij.

In Romu-
lo.

VNVS è septem Montibus, & Caput cæterorum Capitolium est; à capite humano dictum, inibi inuento, cum Templi Iouis fundamenta locarentur, auctore Liviò, & Dionysio. Qua parte Urbis ædificia, & campos spectat, ad Septentriones vergit: ab Occidente Tiberim proximum habet: ab Oriente Montem Quirinalem: à Meridie, Forum vetus, & Montem Palatinum. Quamquam Meridies obliquè potius inter Palatinum, & Auentinum à Capitolio respicitur, vt etiam Oriens, & aliæ Mundi partes. Stadorum septem, vt monent Antiquarij, idest passuum octingentorum septuaginta quinque est Capitolij ambitus. longitudo multo amplior, quam latitudo, vt oualem fermè figuram efficiat, gemini instar homicycli, lateribusque contractioribus. Est autem Collis biuertex, & biceps; extrema enim edita sunt, duplicique iugo sublimia: area in medio depressior, vbi Equus M. Aurelij Antonini.

Quamquam autem totus Mons Capitolinus *Arx*, & *Capitolium* dicitur; strictius tamen in tres diuiditur partes *Saxum*, *Arcem*, *Capitolium*. *Saxum* est prærupta, & aspera rupes montisque pars, quæ ad Occasum, & Tiberim vergit, sita nunc prope Cœnobium Turris Speculorum, Forumque Montanarium, & *Tarpeia* olim dicta. Plutarchus: *A Tarpeia Virgine illic sepulta Collis ille vocatus est Tarpeius, donec eum locum Ioui Tarquinius consecrauit; quo tempore ossa eius aliò fuerunt translata;*

nomen-



SITVS ET AMBITVS VRBIS ROMAE A CAESARIBVS AMPLIATVS.

PROPERTIVS.

*Omnia Romane cedant MIRACVLA terra,
Natura hic posuit, quidquid VBIQVE fuit.*

3



nomenque exoleuit Tarpeia, excepto Saxo, quod vocant etiam nunc Tarpeium, ex quo precipitare sceleratos solebant. Arx significat editiorem eiusdem Montis partem. Reliquum Collis Capitolium est. Ista sæpe distinguunt auctores. Livijs. Ne quis Patricius in Arce, aut Capitolio habitaret. Dionysius, Locum enim Capitolium inter, & Arcem situm. Quamvis autem ita distinguantur, frequenter tamen Arx totum montem: Item Capitolium eundem significat. Tacitus; Diversos Capitolij aditus inuadunt, quam paulo ante Arcem Capitolinam appellauerat. Livijs. Romæ, inquit, satis iam omnibus, ut in tali re ad tuendam Arcem compositis; nempe totum Capitolium, nam paulo post ait; Circumferentes oculos ad Templum Deum, Arcemque solam belli speciem tenentem, inde modico relicto presidio, ne quis in dissipatos ex Arce, aut Capitolio impetus feret. Quo loco Arcem primum pro Colle, deinde pro parte accepit. Ideoque hæc duo promiscuè ponuntur, quia, ut scribit Seruius, Capitolium, Arcem esse Urbis, manifestum est. Præterea Capitolium Aedem Iouis in summo Colle sitam significat. Cicero; Annus post Capitolij incensionem vigesimus. Tacitus: Capitolium conflagrauit. Salustius: Ab incenso Capitolio, illum esse vigesimum annum. His enim alijsque locis non totus Collis, sed Templum Iouis incensum, Capitolium est. Denique eadem Iouis Aedes, Arx interdum dicitur. Livijs: Sedem Diæ Victoriæ dedit Templum Iouis Optimi Maximi. In ea Arce Urbis Romæ sacrata. Ex quibus pro uerbijs apud Romanos fluxit salua Urbe, atque Arce; expressitque Horatius.

Incolumi Ioue, & Urbe Roma.

Alia de his Iustus Riquus, qui alia notione pro Dijs inibi cultis apud Christianos scriptores sumi aliquando Capitolium animaduertit. Cæterum hic Mons olim Saturnius, & Urbs in eo à Saturno condita Saturnia est dicta. Virgilius de Ianiculo, & Capitolio.

Hanc Ianus Pater, hanc Saturnus condidit Urbem:

Ianiculumque illi, huic fuerat Saturnia nomen:

Hunc antea Montem, ait Varro, Saturnium appellatum prodiderunt; Et ab eo latè Saturniam Terram, ut etiam Ennius appellat, Antiquum oppidum in hoc fuisse Saturniam scribitur. Eius vestigia etiam nunc manent tria. quòd Saturni Fanum in faucibus: quòd Saturnia porta, quam Iunius scribit, quam nunc vocant Pandanam: quòd post Aedem Saturni in adificiorum legibus parietes postici muri sunt scripti. Hæc ille.

Forma, & circuitus Capitolij. Cap. II.

FORMA veteris Capitolij in modum Arcis fuit. Ea à summo ad imum saxo quadrato substructa, cincta muris, munira turribus. Additæ fores in summis cliuis, per quos ascendebatur in Arcem. De substructione Livijs: *Capitolium quoque saxo quadrato substructum est; opus vel in hac magnificentia Urbis conspiciendum.*

H

Lib. 6.

Lib. 2.

Lib. 3.

Hist.

Lib. 5.

Lib. 8.

Aeneid.

3. Catil.

Loc. cit.

In Coniur.

Catil.

Lib. 22.

Lib. 3.

Carm.

De Rom.

Capitolio

cap. 5.

Mons Ca

ptolinus

olim Sa

turnius.

8. Aeneid.

In vita
Camilli.

dum. De muro Plutarchus. Loquens enim de Pontio Cominio, qui per rupem Tarpeiam euasit in Capitolium, ait: καὶ προσέμιξε τοῖς φίλοις Πουσι τὸ διατείχισμα. & accessit ad eos qui murum custodiebant. Et paulo post de Gallis: ὡς εἰ διασυνδασιδύβης ὄσον οὐκ ἦδη τὸ δεσπτεῖσμά τ' ἀπτεδῆ. ut dispositi iam murum tangerent. Et ibidem de Manlio ὡσεν ὀπίσω καὶ τῆς πέρας. ὅπως δὲ τὰς τείχει μὲν ἵπ' σιν δ' ἐμύοντων. retro praecipitauit de saxo, inde superstans muro cum ijs, qui concurrerant. De Turribus Cicero: Memoria, inquit, tenetis, Cotta, & Torquato Coss. complures in Capitolio Turres de Caelo esse percussas. De Foribus Tacitus. Erigunt aciem per aduersum Collem usque ad primas Capitolina Arcis fores. Et paulo post: diuersos Capitolij aditus inuadunt, iuxta lucum Asyl: & quā Tarpeia rupes centum gradibus aditur. Primæ fores vndique cinctæ parietibus in capite Cliui fuere, qui ob dignitatem, locique frequentiam, & celebritatem Capitolinus est dictus; quo hodieque rectā ascenditur ab Arcu Septimij. Secundæ fores fortasse cuiusdam videbuntur, quæ in altero summo Cliuo erant, qui vicinior Templo Iouis ad eandem Collis partem, vbi nunc caeres, pertinebat.

3. in Catil.
Lib. 3.
Hist.

At quæ
primæ fo-
res? quæ
secundæ?
atque vbi
sitæ?

Nisi quis
putet, in
ipso aditu
etiam se-
cundas
fuisse.
Li. 3. Hist.
Capitolij
Arx muni-
tissima.

Et pulcher
rima.
Lib. 22.

Sed vt demus, ibi fuisse fores, & aditus, vt ait Tacitus: tamen quia Arx pressiori significatione erat dexter Capitolij apex editus, & abruptus hic potius crediderim fuisse alterum circuitum murorum, & secundas fores, quibus in editum ascenderetur. Primæ itaque fores erat in capite Cliui, mittebantque in Aeream, vbi nunc Equus M. Antonini: Secundæ vero, vbi hodie, alijs gradibus muro, & porta munitis, post Ædes Conseruatorum euaditur in altiore verticem, vulgò montem Caprinum. Aliæ demum fores ad rupem Tarpeiam centum gradibus imminentes fuere. Quæ sane formam exprimunt perfectæ Arcis sitæ in edito & abrupto, opere naturaque munitæ. Itaque iure Tacitus: *Munitissimam Capitolij Arcem, & ne magnis quidem exercitibus expugnabilem* nuncupauit, Cæterum præter aliquot domos Ciuium, Aræ, Sacella, Tempa simul omnia in Capitolio sexaginta, teste Fulvio, colebantur. vt Cicero, *Deorum domicilium* appellarit. & P. Victor scripserit, *In eo Deorum omnium simulacra celebrari*. Tanta vero loci pulchritudo extitit, vt Ammianus dixerit: *Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum tollit. Iouis Tarpeij delubra quantum terrenis diuina præcellunt*. Denique Cassiodorus: *Capitolia celsa conscendere, hoc est humana ingenia superata videre*.



Vbi Templum Iouis Capitolini cum Arce
locandum sit. Cap. III.

QUAMVIS in editiore iugo Arcem strictè acceptā statuerim; tamen quia Collis duplici exurgit capite mediufque subfidit, locum quæftioni reliquit. Is quidem vbi ab vtroque vertice demittitur in aream, olim per commodam conuentibus, & concionibus populi præbebat sedem, quas ibi non raro Consules, Tribuni, alijque habere solebant. Velleius de Tiberio Graccho concionante, & Scipione Nasica cum Senatu in eum irruente: *Nasica ex superiore parte Capitolij summis gradibus insiftens hortatus est: quis saluam vellent Republicam se sequerentur. Tum Optimates, Senatus, atque Equestris Ordinis pars melior, & maior, & intacta perniciosis consilijs irruere in Gracchum stantem in area cum cateruis suis, & concientem pæne totius Italia frequentiam. Is fugiens, decurrensque cliuo Capitolino.*

Porro alterum verticem ad Orientem, incolunt Cœnobitæ Obseruantes è Familia S. Francisci: Templo adhuc nobilem Magnæ Virginis, cognomento ab Ara Cœli. Alter ad Occasum, & Tiberim vergens partem Aedium Conseruatorum vt vocant, & alias quasdam Aedes sustinet, aut nudo teritur solo: Vter ergo vertex dicendus sit Arx, quidam dubitarunt; vterque enim pari altitudine editus est, contra quàm, quidam referant, qui forte non viderunt; Ideoque Arcem ad Tiberim locant, quod ibi altior crepido sit. Marlianus vero Arcem statuit in altero vertice, vbi Fratrum Obseruantium Cœnobium est; leuissima ex allatis supra Taciti verbis coniectura; *Diuersos Capitolij aditus inuadunt.* Milites enim Vitelliani pulsi è cliuo Capitolino, qui prope Cœnobium adhuc visitur, alium Capitolij cliuum, aditumque iuxta Asylum inuadere, vt in Collem euaderent. *Hæc ergo, vt ait Marlianus, pars Collis, cum à Tacito dicatur Capitolium, ab Arce seiungitur iuxta cliuum sita, vnde recesserant milites.* Sed hæc nihil vrgent. Nam Asylum non erat in Arce, sed in ea parte, quæ pressius, Capitolium dicebatur. Præterea promiscuè totus mons, vt supra dicebam, Arx, & Capitolium dictus est, idque Marlianus eodem loco perspicuè docet.

Sed statuendum est, Templum Iouis Capitolini fuisse in Arce: & ad rupem Tarpeiam: tum conficietur, & ipsam Arcem ibidem fuisse. Quod spectat ad Templum, multa germanum eius situm demonstrant. Primò, sæpè memorata narratio Taciti. Milites enim recedentes à cliuo Capitolino, cuius fores obstructas irrumperere non potuerant, alios aditus iuxta lucum Asyli, & quæ rupes Tarpeia descendentes in vallem gradus habebat, tentauerunt; cumque ibi pugnaretur, iniectum proximis tectis ignem comprehendit Templum Iouis, & incensum est. Erat ergo Templum non longè à rupe; quandoquidem cum ad eam, & Asylum pugnetur,

Area in medio Capitolio olim ad populi conuētus per comoda. Lib. 2.

Lib. 2. cap. 1.

Templum Iouis Capitolini fuit in Arce versus Tiberim.

retur, incensa inibi ædificia adiunctas Templi porticus, tum Aedem Iouis succenderunt.

Galli ascēderunt in Capitolii saxo præpe Portæ Carment. Lib.8. Idem probat Liuiana de Gallis narratio. Galli enim capta Vrbe Capitolium obsidentes, *Animaduerso*, vt ait Liuius, *ad Carmentis saxum ascensu equo, subleuantisque inuicem, & trabentes alij alios, tanto silentio in summum euasere, vt non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem sollicitum animal ad nocturnos strepitus excitarent. Arseres non fefellerent Iunoni sacros quorum clangore, alarumque crepitu excitus M. Manlius hostes, qui iam in summo confiterant*, deturbauit, abegitque. Hi ergo anseres ad Aedem Iunonis, vt ait Plutarchus, *alebantur*; quæ in ipso Iouis Templo fuit, vt postea dicam. Cum vero aduentum Gallorum, qui vix in summum euaserant, atque in Arcem penetrarant, anseres præfererint, indicant, locum vbi alebantur, saxo Tarpeio propinquum fuisse. Quæ ratio maiorem vim habet, si aduertatur, Gallos deprehensis ante vestigijs illac ascendisse, qua Pontius Cominius ante ad Romanos missus ascenderat. Ille autem iisdem scriptoribus referentibus, secundo Tiberi ad Urbem delatus, quâ proximum su t à ripa, per præruptam rupem Capitolium tenuerat. Idem confirmat Manlius, qui anserum clangore excitus Gallos abegit; non enim longe aberat cum solus crepitum senserit. Atqui de illo Virgilius:

In summo custos Tarpeia Manlius arcis

Stabat pro Templo, & Capitolia celsa tenebat.

Quo loco Templum Iouis in Arce positum, & Manlius pro Templi custodia, stare in altiore Collis iugo consulto dicitur. Poetica vero fide dictum crediderim, Manlium steterisse pro Templo, cum potius demi fuerit in proximo sitæ. Habitauit enim in Arce, vbi postea Templum Iunonis Monetæ: & antea Tarius Rex habitauerat. Ouidius:

Arce quoque in summa Iunoni Templo Monetæ

Ex voto memorant facta Camille tuo.

Ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam

A Capitolino reppulit arma Ioue.

In Romulo, & Camillo. Lib.6. Cap.2. Domus Manlij in Arce præpe rupem Tarpeiam. Idemque Plutarchus, & Liuius, & Solinus testantur. Post autem, Manlio perduellionis damnato, sancitum est, *ne quis Patricius*, vt ibidem Liuius, *in Arce, aut Capitolio habitaret*. perinde ac veteret lex, vt Patricij non modo non habitarent in Arce, vbi Manlius habitauerat, sed neque in Capitolio, altera videlicet Collis parte. Hæc ergo domus non procul à saxo, sed propinquior Templo fuit. cum enim non maneret in custodia Manlius, vt reliqui vigiles, (nihil enim de hac re Plutarchus, & Liuius) è domo sua anseres strepentes, & Gallos sensit cum silentio subeuntes. Ex quibus demum deducitur, Templum quoque Iouis Manlianæ domui propinquum ad rupem, & in Arce fuisse extructum. Postremò Templum ad rupem fuisse consecratum euincit locus Plutarchi in Romulo de Tarpeia inibi sepulta. *Ceterum*, inquit, *à Tarpeia illic sepulta Collis ille vocatus Tarpeius fuit, donec locum eum Tarquinius Rex consecrauit. Quo tempore ossa eius aliò fuere delata, nomenque exoleuit Tarpeia, excepto Saxo,*

Saxo, quod vocant etiam nunc Tarpeium. Si Templum Iouis, vbi condita fuerant Tarpeia: ossa, consecratum est: iisque exportatis, nihilominus rupes Tarpeia nomen retinuit, argumento est, prope rupem sepulchrum fuisse, vbi & postea Templum. Et ita quidem de Templo sentiunt Antiquarij. Quamuis enim Marlianus Arcem in altero montis iugo constituerit; Templum tamen cum alijs ad rupem posuit. idem sine fabulis prædicant antiqui Poëtæ. Silius de Domitiano.

Templum Iouis ad rupem Tarpeiam. Lib. 3.

*Aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe,
Et iunget nostro Templorum culmina Cælo.
Et: Ipse è Tarpeio sublimis culmine cuneta,
Et ventos simul, & nubes, & grandinis iras
Fulminaquè, & tonitrus, & nimbos conciet atros?*

Iuppiter.

Propertius: *Tarpeiusquè Pater nuda de rupe tonabat.*

Lib. 4. Eleg. 1.

Prudentius contra Symmacum:

*Iamque ruit paucis Tarpeia in rupe relietis,
Atque ad Apostolicos Euandria Curia fontes
Aeneadem soboles.*

Claudianus: *Iuuat intra teëta tonantis*

Cernere Tarpeia pendentés rupe gigantes.

De 6. cõl. Honor. In Orat. Antiret in exilium.

Idest eximie magnitudinis statuas Colosseas. Cicero: *Nunc ego te Iuppiter Optime Max. Iuno, Minerua, cateriq; Dij, Deaq; immortales, qui excellenti tumulto Ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.*

Hæc cum ita sint. tamen non ita facile deduci posse quispiam iudicabit, Arcem ibi fuisse, vbi Templum. Quamuis enim, hoc fuerit in Arce; tamen Arcis nomine totus mons non absurdè intelligitur. Verum ea quæ de Manlij domo diximus, sita prope Templum in Arce, hac interpretatione difficile est eludere, & alios item locos auctorum, qui Aedem Iouis in Arce collocant, de què ea tamquam de re à Capitolio distincta loquuntur. Lucretius.

Arx fuit vbi Templum Iouis Capitolini.

Romulidarum arcis seruator candidus anser.

Ouidius: *Quique tenes altas Tarpeius Iuppiter arces.*

Et: *Iuppiter arce sua totum cum spectet in Orbem.*

Virgilius: *In summo custos Tarpeia Manlius arcis.*

Silius: *Tarpeios iterum scopulos, præruptaquè saxa*

Scandatis licet, & celsam migretis in arcem.

Propertius: *Et sua Tarpeia residens ita fleuit ab arce*

Vulnera vicino non patienda Ioui.

xiiij. Metam. 1. Fast. 8. Aeneid. Lib. 2.

Lib. 4. Eleg. 4.

Et similia passim occurrent, quæ, si quis ab Arce remoueat Templum Iouis, probè germanèquè explicare non potest. Denique id prima Templi Iouis ædificatio demonstrat; De qua sic Dionysius: *Huic Templo Iouis Tarquinius Rex Quintus sedem cum designasset in tumulto, qui difficili aditu erat, nec in summo planus, sed præruptus, & fastigiatus, multis ex partibus amplexus est eum altis substructionibus, inter quas, & verticem, congesto Aggere, planam efficit aream, ad excipiendam sacram adem aptissimam.* Hæc sanè forma est Arcis situ, Aggeribus, & munitio-

Lib. 3.

nibus editæ, atque vallatæ: quamquam hac ætate tanta loci altitudo non appareat; quod ruinis inferiora non nihil extumuerint.

Forma Templi Capitolini. Cap. IV.

QVONIAM de Templo Romanorum Templorū principe agimus, id sedulo contemplari, atque exprimere debemus. Vouit ergo Templum Ioui, Iunoni, Mineræ Tarquinius Rex quintus, quibus exigua facella Numa Rex in Quirinali constituerat, quod Capitolium vetus dictum est, ut aliàs dicam. Aream quoque extruendo Templo parauit Tarquinius, quod eius Nepos Tarquinius Rex septimus ædificauit. *Quamquam*, ait Tacitus, *à priore Tarquinio iacta fundamenta, & à Seruio successore sociorum studio pariter adificatum. Mox Regibus, regioque nomine pulso ex Vrbe dedicauit Horatius Puluillus Consul. Incensum CCCCXXV. post annos Sylla Dictator restituit; eoque vita functo Catulus dedicauit: arsit iterum sub Vitellio, refecitque Vespasianus: rursus incendio correptum Tito Principe instaurauit Domitianus. Auctores Tacitus, Plutarchus, Suetonius, Dion, Eutropius, Stadius, & recentes Antiquarij. Porro figuram Templi sic descripsit Dionysius: *Templum inquit, situm est, & fundatum in alta crepidine, octo iugerum ambitu, ducentis ferme pedibus patens per latera singula, pari propemodum longitudine, atque latitudine vix quindecim pedū differentia. Quæ summa ad rationem relata nostrarum dimensionum palmos efficit ducentos sexaginta sex, & bessem, siue vncias octo longitudinis: latitudinis vero ducentos sexaginta vnum, item cum besse. Pes enim pro antiquo habitus Romanum palmum, decretum vsui architectorum quatuor partibus in vtroque paribus excedit: quæ in palmo quidem vncia, in pede digiti sunt: & in illo XII. at XVI. in pede. Qui & maiores suas in vncias XII. diuiditur; ut in atrio Aedium Capitolinarum propositæ sunt ex decreto Senatus publicæ mensuræ: Hic autem dimidium pedis, & palmi Rom. hincandum curauimus. *Frons eius, pergit Dionysius, meridiem spectat. Porticum habet, cum triplici ordine columnarum: in lateribus ordo duplex est. tres Aedes pares communibus continentur lateribus: mediæ Iouis, binæ, & inde Iunonis, & Mineræ sub eodem tecto, & pinnaculo. Erat ergo Templum in tres partes diuisum, mediæque latiori adiectæ alæ duæ, interstructos parietes sustentibus pilis lateritijs dealbatis, quæ postea in columnas mutatae sunt à Dictatore Sylla, aduectas è Templo Iouis Olympici,***

SEMITES ROM. ANTIQ.
SEMIPALMVS ROM. RECENS

digitos

VII

vncias palmi recentis

partes

Diuisus in vncias VI.

digitus

VI

vncias

VI

Tacitus libro 3. Hist. habet cccc. xv. sed de est x. 3. Hist. in vita Poplic. In vit. Vesp. lib. 66. Lib. 9. in vita Domit. Lipl. lib. 3. de Magn. Rom. c. 5. Marlian. lib. 2. Riq. post cap. 5.

pici, teste Plinio. Porticum triplicis ordinis columnarum similem hac etiam ætate Agrippæ Pantheo adiunctam videmus. In summo tres Aediculæ visebantur.

Iam, quoniam aliqua ex his controuersiam parere possunt, cum Templi frons Forum, & Palatinum respiceret, videtur potius ortum spectasse quam meridiem. Nam Cicero sic ait: *Iidemque iusserunt simulacrum Iouis, quod erat in Capitolio, facere maius, & in excelso collocare, & contrà, atque ante fuerat ad Orientem conuertere: ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, Solis Ortum, & Forum Curiamque conspiceret, fore, ut ea consilia, quæ clam essent inita contra salutem Urbis, atque Imperij illustrarentur, ut à S. P. Q. R. perspici possent. Atque illud ita collocandum Consules illi locauerunt.* Si ergo Forum è Capitolio spectare, est ad Solis Ortum vergere, non est tam certum quàm putat Lipsius, *Frontem, Templi, ad meridiem spectasse, id est Forum Romanum, & Palatum versus, frequentissimam Urbis partem.* Ne pugnetur cum Tullio, repetendum est, quod initio dicebam, nempe latera Capitolij non recta, sed obliquè vergere ad Mundi plagas; quod ego diligenter adnotaui. Igitur Templi frons secundum alterum collis latus extructa, non directa erat ad meridiem, sed potius inter meridiem, atque Orientem. Ideoque statua illa Iouis Cicerone Consule resecta (quæ sanè non intra Templum in ipso sacello, sed extra Templum fuit in excelso collocata) cum antea Templi faciem, & Septentrionem spectaret, simul Occasum æstiuæ Solis potuit aspicere, qui ad Septentrionem accedit, attingitque solstitialem circulum Cancræ. Postea vero conuersa cum Forum, & Curiam, & Solis ortum aspiceret, non ortum æstiuum, sed hibernum aspexit. Nam cum versa esset ad Forum, & Curiam, ad Meridiem quoque vergebat. Forum enim, & Palatinus Collis præ Capitolio meridians est, ut patet aduenti. Itaque cum Meridiem, & Ortum spectaret, Ortum Hiberni Solis meridièi propinquum spectare potuit. Si enim ortum æstiuæ Solis spectasset, non ad montem Palatinum Forumque Romanum, sed Collem Quirinalem conuerti debuisset, qui obuertitur æstiuo Soli. Eodem ergo statua Iouis, quo frons Templi spectauit, nempe inter Meridiem, & Orientem. Sicque consentiet cum Tullio Lipsius.

At tres intra Templum Aediculæ, non loculi ad imponendas statuas habendæ sunt, sed tres Cellæ communibus quidem iunctæ parietibus, verum diuersæ inter se, & ab extimo Templi muro diuisæ. Ut hodieque in Templis vetustioribus ad cultum, ornatumque maioris ære è marmore cameratum fornicem quatuor fermè fultum columnis pro summa testudine, vel altiore tholo erectum intuemur. Nam Tarquinius Ioui, Iunoni, Miueræ Tempia vouerat, quæ deinde maioris ædis ambitu conclusa sunt. Nec solum Cellæ, aut Aediculæ, sed Tempia, & delubra nominantur à scriptoribus: Lilius: *Clauus, inquit, fixus fuit dextro latere Aedis Iouis Optimi Maximi ea parte, qua Minerua Templum est. Eum clauum, quia raræ per ea tempora litteræ erant, notam numeri annorum fuisse ferunt, eoque Mineruæ Templo dicatam legem, quia numerus Mi-*

Lib. 3. de adm. c. 3.

Capitolium, & Templum Iouis quomodo Forum, & Orientem spectaret.

Oblique spectabat etiam Meridiem.

Tres Aediculæ intra Templum

Lib. 2. Quæ & Tempia dicta.

Clausus fi-
gi solitus
in Capito-
lio pro no-
ta annorū

Lib. 3.

Lib. 37.
cap. 10.

2. Fast.

Aedacula-
rum orna-
menta.

Lib. 4.

3. Histor.

Iustus Ri-
quus.

nerua inuentum sit. Præterea pro vetustis Templis pronaum, seu porticus, seu vestibulam struebatur quod hisce ædiculis appositum videtur fuisse. Nam Dionysius loquens de aris Termini, & Iuuentutis, quæ in ædificatione Templi neque exaugurata, neque loco mota sunt, scribit.

Ἐνῶ δ' ὡρὴ ἕτερος ἔστιν ἐν τῷ περιλάφ τῆς ἀθλων, ὁ δὲ ἕτερος ἐν ἀντιῶ τῶν σικωπλησίον τ' ἔλκε. *Et nunc altera, ara, est in vestibulo Minerua: altera in ipso delubro prope marginem, seu murum.* Sic enim placet interpretari. Iuuentuti autem non modo ara, sed etiam ædícula ibidem fuit.

Plinius: *Proserpine Tabula fuit in Capitolio in Minerua Delubro supra Aediculum Iuuentutis.* Terminus autem rude videlicet saxum, sed cultum pro Numine, ne quid supra se præter Cælum haberet, foramen illi impendens in Templi tecto fecere. De eo Ouidius.

*Nunc quoque, se supra nequid nisi sidera cernat,
Exiguum Templi tecta foramen habet.*

Ad hæc tres illæ sedes muneribus exornabantur, quorum aliqua fornicibus, & cameris superponere duntaxat oportuit. Sic Liuius. *Quadriga, inquit, aurata posita in Capitolio in Cella Iouis, supra fastigium Aedicule.* Quoniam ergo tres Cellæ inter se distinctæ fuerunt, num communi Templi pariete clausæ, illique affixæ? quod sentit Lipsius. Equidem potius à Templi pariete secretas dixerim; pertinet enim ad decorem, ornamentumque Templi, Cellarumque maiestatem ut libero undique transitu, trium Deorum delubra in medio relinquerentur; à muro quidem totius Templi secreta, communibus autem parietibus inter se coniuncta, ut testatur Dionysius:

ἐν δὲ ἀπὸς τῆς ἐνασι σικωπλησίον κοινὰς ἔχοντες πλάγας. μέσθ' μὲν ὁ τ' Ἰδός. ὡς δὲ ἐκάτερον δὲ τὸ μέσθ' ὁ, τε τῆς ἡρας, Ἐ ὁ τῆς ἀθλων ὑφ' ἰνός ἀετῆ, Ἐ μίας τῆς καλυπτόμενοι. *In ipso autem tres Cella pares sunt communia habentes latera. media quidem Iouis; ex utraque parte, altera Iunonis, altera Minerua, operta uno fastigio, atque tecto.* Hic sanè, ne id omittam, ἀετὸς, fastigium, seu Cimatiū Templi significat; quod nempe triangulari forma supra rectam coronam attollitur instar volantis Aquilæ. At cum Tacitus ait, *sustinentes fastigium Aquila veteri ligno*, veras Aquilarum effigies è ligno factas fastigijque coronæ subiectas, intelligit; Nam quid viri docti hac super re nos monere vouerint, non bene percipio. Sed de facellis intrâ commodius.

Templi Gradus. Cap. V.

Lib. 8.

Loc. sup.
citato.

CAPITOLINO Templo fuisse gradus exploratum est quibus in eius vestibulum ascenderetur. Liuius cum dixisset, Annio Latinorum Prætoris, ac Legato datum in Templo Iouis Senatū, subdit, *Cum commotus, Annius, ita se ab vestibulo Templi citato gradu proriperet, lapsus per gradus capite grauiter offenso impa-* *etus imo ita est saxo, ut sopiretur.* Velleius; *ex superiore parte Capitolij sum-*

summis gradibus insistsens. Vitruuius quidem non querit, an gradus Templis sint apponendi, sed tamquam necessariam partem eos ponit; quod, ut ibi interpres, non parum faciat ad maiestatem, & dignitatem Templi, si à cætero Urbis solo extet. Verum in re tam certa ob varias eruditorum sententias exorta controuersia est. Lipsius enim centum gradus ex Tacito constituit. Ergo, inquit, ab ea quoque parte, Foro Romano, centum gradus, quibus, ut Tacitus, atque alij superbè adibatur. Gradus autem istis haud dubiè ad maiestatem: eoque, & in alijs Templis, & si pauciores, soliti usurpari. Sed ibi ratio, hic necessitas, & locus editior voluerunt. Verba autem Taciti sunt illa, de quibus supra: *Qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur.* Alij vero qui sint auctores saltem antiqui huius rei testes non bene teneo. Forte Dionem Lipsius intelligit: ubi *Cæsar*, inquit, triumphans gradus in Capitolio genibus ingressus conscendit. Et de Claudio Cæsare: *Tum per gradus in Capitolio genibus ascendens.* Quibus locis allatis auctor Eminentissimus Cardinalis Baronius in eadem quoque sententia est, ut putet centum Taciti gradus à Foro incepisse: hoc tamen discrepans, quod his ascensum tribuat in Iunonis Monetæ, non autem Iouis Capitolini Templum. De quibus gradibus Ouidius:

*Candida te niueo posuit lux proxima Templo,
Qua fert sublimes alta Moneta gradus.*

Deinde vero Baronij vestigijs cum institerit Riquus, Lipsijque verbis, quæ citavi, allatis: *Quo equidem in loco*, inquit, *vir magnus*, Lipsius: *Cæstum gradus ad Monetam cum gradibus Iouis Capitolini confudisse videtur.* Alia tamen omnia, ut sentiam. M. Varronis apud Agellium verba faciunt in Epistola ad Sulpitium: *In memoria sibi esse quod Catulus curator restituenti Capitolij dixisset, voluisse se Aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in eadem conscenderetur, suggestusque pro fastigij magnitudine altior fieret; sed facere id non quisse, quoniam Fauissæ impedissent.* Id esse Collas quasdam, & Cisternas, quæ in area sub terra essent, ubi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo Templo collapsa essent, & alia quadam religiosè domarijs consecratis. Ex quo infert Riquus, Gradus Templi ad aream vsque Capitolinam solum fuisse demissos. Si enim ad Forum vsque, tota Collis altitudine descendissent, Catulus, qui gradus augere voluit, non aream in monte deprimere, sed Fori vallem ipsam debuisset.

Equidem cum arbitrer gradus ad Forû pertingere non potuisse; hac tamen ducta ex Gellio ratione parum vrgeri Lipsium iudico. Ille enim non cõtinuatos gradus, sed intermissos, & subinde per interualla planis areolis retractos constituit, in quibus consisterent ascendentes, ac respirarèt. Cur ergo non diceret? Gradus à Foro ad aream vsque Capitolinam fuisse minoribus retractionibus interstinctos: ibi vero, ubi erant Fauissæ, in plateam laxatos, ut ex ea ad Templi vestibulum minores identidem areolas, & præcinctiones haberent. Ut hodieque ad Ædem D. Petri Vaticanam extractos videmus gradus. Area enim perampla, & intermedia

Lib. 3. c. 2.

Gradus
Téplis ad-
dûr digni-
tatem.

Lib. 3. c. 5.

Lib. 8.

Lib. 60.
In annor.
ad Martyr.
rol. die 14
Martij.

1. Fast.

Cap. 12.

Lib. 2.
cap. 10.

dia diuiduntur, neque carent retractionibus qui magis distant à Templo. Catulus ergo poterat magis aream Capitolinam deprimere, vt, diminutis gradibus, qui ab illa pertinerent ad Forum, pluribus ab eadem ascenderetur in Templum, nisi Fauissæ impedissent. Hæc pro Lipsio dicta.

Templum Iouis non habuit gradus de missos in Forum.

Nec tamen ad eius sententiam accedo. Nam apud Tacitum sermo non est de gradibus Templi Iouis Capitolini, vel Iunonis Moneta: sed ijs, quibus adiretur Tarpeia rupes ab Occidente, fluuium versus. quod Vitellianorum militum pugna quam ibi historicus narrat, perspicue demonstrat. Hi enim cum Capitolium inuassent, vt supra dicebam, relicto cliuo Capitolino, à quo repulsi fuerant, iuxta Asylum, & paulo remotius per gradus Tarpeia rupis ascendere cœperunt, *sed propior, inquit, atque acrior per Asylum vis ingruebat: cum milites per vicinius Asylum irumpere, quam per centum illos gradus remotiores mallent.*

Deca 1. lib. 3. Deca 1. lib. 5.

Ad hæc inuenio apud Liuium bis Arcem è Foro fuisse oppugnatam, semel à Romanis ipsis, cum ab exulibus Herdonio quodam Duce teneretur, iterum à Gallis reliqua Vrbe incensa, atque euerfa. Verum tam Galli, quam Romani per cliuum Capitolinum aciem direxisse dicuntur, nulla graduum facta mentione. Cum tamen per hos latos, & expeditos facile potuissent in Capitolium euadere.

7. Verr.

Sed quod vehementius vrget, si Templi Capitolini gradus inceperunt à Foro, ibi triumphantes Duces è curru descendere debuerunt, perque eos cum reliqua comitantium turba in Templum ascendere. Nam ad Templum Iouis desinebat triumphus, cuius pars gradus erant. Atqui triumphantes curru ascendebant in Montem Capitolinum è Foro. Cicero: *At etiam qui triumphant, eoque diutius hostium Duces seruant; Tamen cum de Foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idemque dies, & victoribus Imperij, & victis finem vitæ facit.* Eumenius: *Renouasti Imperator veterem illam Romani Imperij fiduciam, quæ de captis hostium Ducibus vindictam morte sumebat, tunc enim captiui Reges cum à portis vsque ad Forum Triumphantium currus honestassent, simulatque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur.* Neque enim, vt hoc etiam attingam, sacrificium fiebat à triumphante in Capitolio, nec Templum inibatur, antequam constaret, teste Iosepho, aliquem è captiuis hostibus fuisse trucidatum. Sed de ascendente curru in Capitolium Liuius: *Quod si, inquit, in curru scandentes Capitolium auratos, purpuratosque ex inferiore loco L. Paulus in turba togatorum vnus priuatus interroget. Ouidius:*

In Paneg. ad Constantin. Triumphantes curru ascendebant in Capitolium. Lib. 7. Iud. Antiquit. cap. 24. Dec. 4. l. 5. 2. de Pöt. El. 1. Lib. 9.

*Te quoque Victorem Tarpeias scandere in arces,
Lata coronatis Roma videbit equis.*

Lucanus de Pompeio, qui ter triumpharat:
*Non domitor Mundi, nec ter Capitolia curru
Inuectus &c.*

Ibidem paulo post:
*Non mihi nunc tellus Pompeio si qua triumphus
Vita dedit, non alta terens Capitolia currus.*

Ibi-

Ibidem paulo post de Catone per Africam iter faciente :

*Hunc ego per Syrtes, Libyefque extrema triumphum
Ducere maluerim, quàm ter Capitolia curru
Scandere Pompeij.*

Flavius Vopiscus : *Fuit alius, inquit, currus quatuor cervis iunctus, qui fuisse dicitur Regis Gothorum, quo, ut multi memoria tradiderunt, Capitolium Aurelianus inuectus est, ut illic caderet cervos, quos cum eodem curru captos vouisse Ioui ferebatur.* Similia passim occurrunt. ut apud eos, qui de rebus Romanis scripserunt, in confesso sit triumphantem curru ascendisse, non per vllos gradus in Capitolium. Neque vero negocium faceffunt allati supra Dionis à me loci. Ex quibus valde miror, Iulium Cæsarem Bulengerium virum eruditissimum vniuersè deduxisse, cum morem seruari solitum à triumphantibus, ut per gradus ascenderent in Capitolium. Nam etsi daremus, quod tamen inficiamur, Cæsarem, & Claudium genibus ascendisse per gradus non propterea triumphantes omnes ascenderunt. Verum & ipse Claudius, & Cæsar more maiorum per cliuum Capitolinum curru in Arcem inuecti, deinde per gradus ab Area Capitolina in Templum genibus ascenderunt. quod ipsa Dionis loquutio innuit, *αἰαβαθμούς, ἧν ἐν τῷ καπιτωλίῳ.* gradus, qui sunt in Capitolio. idest in ipso Templo Capitolino. *Hos, inquit Dion, Cæsar genibus ingressus ascendit, nulla neque currus, qui ei ex aduerso Iouis positus fuerat, neque imaginis Orbis terrarum pedibus suis subiecta, neque inscriptionis eius habita ratione.* Hæc autem erant in Templo Iouis, in quo & gradus. Multo minus affirmandum est, quod loco citato idem Iulius Cæsar retulit ex Cedreno; nempe *Gradus Capitolij fuisse trecentos sexaginta quinque.* Hic enim Græcus auctor falsa aliqua vulgi opinione, ac fama deceptus est; cum Tacitus Romanus, & Romæ scriptor in rupe Tarpeia, vbi mons erat editissimus, centum numeret. Itaque si cœpissent à Foro, plures centum non fuissent. Ego verò ex his, quæ dixi, nullos à Foro: aliquot ab Area Capitolina fuisse mihi persuadeo. Vbi ergo, quæret aliquis ponendi sunt centum illi gradus Taciti? Vbi idem ille positos tradit; nempe ad rupem saxumque Tarpeium, prope veterem Carmentalem portam, & Theatrum Marcelli ad Occidentem. Rupis enim Tarpeia nomine significatur abrupta illa, & abscissa pars montis, quæ vergit ad Tiberim. Quamquam hæc ætate saxi Tarpeij reliquæ exiguæ supersunt propter ædificiorum, atque adeò ipsius montis prolapsiones. Saxum enim tophinum est, quòd paucis ante annis cum fossores proximè cæderent ad ædificandum, factam egestione cavernam vidi ipse, dehiscente lacunati lapidis pondere, obstructi cæmentorum ruina, vicino pœne exitio operarum.

Atque ex his postremò intelligitur, nec Templi Capitolini gradus in Forum descendisse: neque eos Iunonis Monetæ, qui potius ad Orientem spectabant, ut infra dicam, cum gradibus Tarpeia rupis esse permittendos.

In vita
Aureliani

Inscriptio
erat, Se-
mideus
est.

Centum
gradus Ca-
pitoliij ali-
enis à Fo-
ro pertine-
bant ad
Rupem
Tarpeiam

Templi Capitolini exteriora ornamenta.

Cap. VI.

Porticus
Tèpli Ca-
pitolini.

3. Histor.
8. Encid.

Lib. 23.
cap. 3.
Multa in-
aurata in
Capitolio

Lib. 2.

An trium-
phantes
antequã
domũ r.
dirent coe-
nabant in
Capitolio

De Trium-
ph. c. 33.

Decad. 3.
Lib. 4.

ORNAMENTA Templi exteriora, & interiora sunt. Pri-
mum de primis. Extrã fuere porticus, non modo quæ Tem-
p i frontem, sed quæ latera cingebant. Illæ triplices, hæ du-
plices fuere, vt supra dicebam ex Dionysio. Tacitus: *Inde
lapsus ignis in porticus appositas adibus. Virgilius:
Atque hic auratis volitans argenteus anser
Forticibus &c.*

Hoc enim, vt notat deruius; retulit Poeta ad tempus florentis Reipu-
blicæ, cum inauratæ sunt. Sed quæ ibi auro lita? nempe opus marmo-
ratum, & toreumata in parietibus, & laquearia. Quod enim scripsit
Plinius: *Post Carthaginem euersam laquearia in Capitolio inaurata esse,*
non solum de interiore Templo est intelligendum, sed etiam ijs, quæ
extrinsecus adstructa fuerant. *Parietes quoque iam tamquam vasa inau-
rantur,* ait idem. Ad hæc in zophoris, & coronis, in fronte, fastigio-
que Templi multa inaurata esse oportuit. Ideo enim aliqua ex his fie-
bant è ligno. Vitelliano quidem incendio, vt supra ex Tacito refere-
bam, *Sustinentes fastigium Aquila, veterè ligno, traxere flammam.*
Cæterum porticus Capitolinas Roma primum extructas vidit, molitore
Scipione Nasica, vt ait Velleius. Sed dubium est, an præter has veluti
Templi exteriores alas, aliæ fuerint in atrij formam circum aream aut
saltem ad Areæ latus erectæ. Nam in his porticibus à Triumphantè post
sacrificia, & cæremonias in Templo peractas, depositamque lauream
in sinu Iouis, dabatur publicum epulum Senatoribus, & Principibus vi-
ris. Quò moris erat & Consules vocare: deinde rogare, vt venire super-
federent, nè quis eo die maioris in eodem conuiuium esset imperij, quam
triumphator.

De eo cœnandi more Zonaras: *Triumphans, inquit, in Capitolium
vehebatur, ibique aliquot cæremonias peractis, & donarijs dedicatis cum
in porticibus ibi cœnatus esset & ad Dy. & cœnã de p̄n̄oc̄u sc̄oic̄s, Vesperiti-
bijs, & Pijulis antecedentibus domum redibat.* Appianus in Libyco, de
Scipione Africano *Vbi verò, inquit, Capitolium ascendit Scipio finita
pompa, epulum amicis ex more in Templo præbuit: èς τὸ ἱερόν. ad, vel
apud Templum.* Bulengerius ad Zonaræ verba respiciens, vertit, *in
Templi porticibus.* Quo tempore nondum Scipio Nasica suas porticus
extruxerat: quas postea, vt credibile est, addidit Templo, per amplio pe-
ristylo circumductas, vt atrium in medio constitueretur angulare, ac pa-
tens. Quod forsitan est Atrium publicum, de quo Linius: *Tactum de
Cælo Atrium publicum in Capitolio.* Itaque Scipio Africanus in ipso Tem-
pli pronao, & vestibulo dedisse conuiuium credendus est, idemque ante
ilium

illum alij Triumphantes fecisse. Id significat, ἐς τὸ ἰερόν. neque enim dixerim Templum istud ante Nasicam instructum adeò: & exornatum, vt triplicem in fronte, duplicem in latere porticum habuerit; quæ fortassis vsque ad Syllam simplices fuere.

Tegulæ ex ære in Capitolio inauratæ.

Eodem Templo eximium splendorem inauratæ tecti tegulæ addidere, quas æreas in instauratione Capitolij Q. Catulus primus inaurauit, teste Plinio; ideoquæ fulgentia, micantia, aurea passim dicuntur à Poetis Capitolia, alijsq; re Scriptoribus. In summo fastigio fuere quadrigæ primùm fictiles, tum ex ære inauratæ: aliæquæ statuæ medijsque volantiæ signa nubibus, omnia, vt arbitror, ex ære inaurata potiùs quàm è marmore. Sub fastigio Aquilæ id sustinentes, aliaque coronarum, & epistyliorum ornamenta item inaurata, vt fulgente Sole, splendido lucis repercussu oculos non tam perstringerent, quàm in admirationem animos perducerent. Claudianus tertio Panegy. in Stiliconem,

..... qua luce metalli

Aemula vicinis fastigia conferit astris.

Rutulius: *Confunduntque vagos delubra micantia visus.*

In itinere.

Ærea præterea fuere portarum limina: De quibus Livijs: *Fœneratores aliquot multatos, & ex eo, quod in publicum redactum esset, ænea in Capitolio limina Aediles posuisse.* Fores item cælatæ magno artificio, laminis aureis magni ponderis obductæ, quas Stilico auferendas curauit. Tanta ædificij magnificentia creuit resciente Vespasiano. Et post tertium incendium, Domitiano. Tunc enim, vt de reliquis iudicium fiat, τὸ τῆς χρυσάσεως ἀνάλωμα πλεὸν ἢ διαχίλιον, & μυρίων τετάρτων χρύδρον, vt ait Plutarchus. *Inaurationis sumptus plusquam duodecim millium talentorum fuit*, idest plusquam septem millionum, & ducentorum millium aureorum; cum talentum sexcentis coronatis nostris æstimetur, vt ait Badæus.

Claudianus ibid.

In Valerio Publicola. Lipsius loco cit.

Postremò quæres, quomodo certum sit, ad Templum Iouis fuisse nobile atrium cum porticibus? an hæc alibi in Capitolio statui possint cingentes *atrium publicum*, cuius meminit Livijs? Respondeo probabile esse, præter porticus appositas Templo Capitolino, alias fuisse propter loci dignitatem, quæ atrium constituerent ad ipsum Templum: & has fortasse à Nasicæ extractas. Sed quia in eam Capitolij partem, quæ inter duos vertices depressior est, frequenter populus ad conciones, & suffragia ferenda, alique ob causas conueniebat; probabile etiam est, porticus ad instar fori ibi fuisse ambientes Aream, vbi nunc Equestriis Marci statua, & Aedes Conseruatorum; locum etiam illa tempestate amplio- rem propter substructiones, quæ vndæ que Capitolium sustinebant. Hoc ingens atrium cinctum porticibus an potius sit dicendum *publicum* dubitauerim. Quo etiam loco, & ad Templum Iouis factum dixerim, quod de Cæsare narrat Suetonius: *Comitium, ac Forum Basilicasque, etiam Capitolium ornavit porticibus ad tempus extructis, in quibus abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur.*

In V. cap.

10.

Templi ornamenta interiora. Cap. VII.

Tres Cellæ in Templo Capitolino.

Lib. 3.

Dec. 4. 1. 5.

Lib. 7.

Lib. 4.
Statua Iouis fictilis.
Lib. 35.
cap. 13.

1. Fast.

Lib. 2. Decad. 3.

In Octauo Aug. cap. 91.

6. Fastor.

Eodem capite.

Lib. 45.

IAM intra Templum occurrunt primùm tres Cellæ, seu minora delubra. His vestibulum erat iuxta allata Dionysij verba, ἐν πηγύσῳ τῆς ἀθύρας. Quod ita est intelligendum, vt ibi, sicut in cæteris Templis, breuis esset in fronte porticus, quæ adiretur delubrū; effulta videlicet columnis, coronis, epythilio, fastigioque sublata. Fastigij Aedis Iouis meminit Linius: *De multa*, inquit, *damnatorum quadrige inaurata in Capitolio posita in Cella Iouis supra fastigium Aedicule; & duodecim clypea inaurata*. At Cellæ curuatæ in tornicem æqualitèr se mutuò terminabant: media Ioui, dextera Mineræ, sinistra Iunoni. Id vetera numismata, & scriptores demonstrant. Linius: *Fixus fuit clauus, dextero latere Aedis Iouis Opt. Max. ea parte, qua Mineræ Templum est*. Onuphrius in Vrbe Roma: *Templum Iouis Capitolini, aliàs Opt. Max. in quo erant tria delubra Medium Iouis, Dextram Mineræ, Leuam Iunonis, ibique in arca lapidea seruabantur Libri Sibyllini*. In Cella tamen subterranea vt ait Dionysius. Iam statua Iouis sedens in curuli sella primùm fuit, vt ait Iuuenalis:

Fictilis, & nullo violatus Iuppiter auro.

Plinius: *Turianumque à Fregellis accitum, cui locaret Tarquinius Priscus effigiem Iouis in Capitolio dicendam. Fictilem tum fuisse, & idèò mirari solitum. Fictiles in fastigio Templi eius quadrigas*. Ouidius:

Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.

Sed postea Decemviorum monitu decretum fuit, *Fulmen Ioui aureum quinquaginta pondo fieret: Iunoni, Mineræque ex argento*, vt

Linius. Inde fulminans dicitur Iuppiter. Idem sceptrum gerebat manu oblongum in similitudinem hastæ, vt vetera numismata ostendunt. Suetonius: *Sequenti, inquit, nocte statim videre visus est Octauius, filium mortali specie ampliorem cum fulmine, & scepro, exuuiisque Iouis Opt. Max. ac radiata corona*. Et ad signū Iunonis videtur Ouidius respexisse:

Cur igitur regina vocor, princepsque dearum?

Aurea cur dextra scepra dedere mea?

Dubitationem tamen nō leuem iniecit Suetonius, qui eidem Ioui paruum Reipublicæ, seu Romæ sigillum attribuit; vt me vidisse memini in antiquis Domitiani aliorumque nummis. Quod simulacrum qua manu teneret non video, si altera fulmen, altera sceptrum gerebat. *Somniauit, inquit, Catulus Iouem Opt. Max. prætectatis compluribus circum Aram ludentibus vnum secreuiss, atque in eius sinum signum Reipublicæ, quod manu gestaret, reposuisse*. Idemque Dion testatur. Sed fortasse illi modo sceptrum: modo fulmen gestandum dabant. Cum utroque enim exprimitur in numismatis. Erat præterea statua sessilis, vt veteres nummi demonstrant. Quamquam & hi stantem cum Pallade ac Iunone designant. Sed nihilominus sedere dicenda est in sella curuli, siue throno,

vt loquuntur auctores; sicque in eius gremio percommode laurea corona deponeretur à Triumphantibus. Seneca: *Scilicet minus beatè vivebat Dictator noster, qui Samnitum legatos audijt, cum vilissimum cibum in foco ipse manu sua versaret, illa, qua iam saepe hostem percusserat, laureamque in Capitolini Iouis gremio reposuerat.* Dion. *In Capitolium ascendens, Augustus, lauream fascibus detraxit, & ad Iouis eam genua apposuit.* Plinius: *Ex his in gremio Iouis Opt. Max. deponitur, quoties letitiam noua victoria attulit.* Latinus Pacatus in Panegy. ad Theod. *Depositis in gremio Capitolini Iouis laureis, triumphales, viri rusticabantur.* Plinius: *Traiani lauream Nerua in gremio Iouis collocarat.* Statius:

Nondum gremio Iouis indica laurus.

Idem simulacrum quercea corona aurea coronabat. Id Iustus Riquus cap. 16. de Capitolio, probat ex Plautina Trinummi allatis versibus;

Nam nunc ego si te surripuisse suspicer.

Ioui coronam de Capite à Capitolio,

Quod in culmine astat summo, &c.

Aët. 1. sc. 2

Quos alij aliter componunt. Auream pergit idem, opinor eam coronam fuisse, ad similitudinem Hetruscarum, quas Tertullianus noster descripsit libro de Corona Militis: *Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis, & folijs ex auro quercinis ob Iouem insignes, ad deducendas Thensas cum palmatis togis sumunt.* Quercum certe Ioui dicauit antiquitas, ideoque in ludis Capitolini Iouis corona dabatur à quercu. Iuuenalis: Sat. 6.

An Capitolinam deberet Follio quercum

Sperare, &c.

Martialis: *Perque manus tantas plurima quercus eat.*

Idem: *O cui Tarpeias licuit contingere quercus.*

Lib. 4. Epigr. 1.
Et ep. 54.

Ex eadem verò arbore corona Ciuica data est, nempe Ciui, qui Ciuem seruasset; *Quoniam cibus, victusque antiquissimus quercus capi solitus est,* vt ait Gellius. Demum toga palmata, & triumphali vestiebatur Capitolinus Iuppiter; quam qui ferret, ferre exuuias, & ornatum Iouis dicebatur; aut etiam, vt Suetonius, *Iouis tunicam, & exuuias Deorum.* Nam Prætores, Consules, Triumphantes de Templo Iouis Capitolini prætextam, pictamque togam accipiebant, quæ & Capitolina dicta est. Lampridius. *Prætextam, & pictam togam nunquam nisi Consul accepit, & eam quidem, quam de Iouis Templo sumptam alij quoque accipiebant, aut Prætores, aut Consules.* *Quamquam Gordianus senior primus Romanorum priuatus suam propriam habuerit, cum ante Imperatores etiam de Capitolio acciperent, vel de Palatio.*

Lib. 5. c. 6.

In Alexandro Seuero.

Interpretes Iuuen. loc. cit.

Sed quandiu mansit fœdilis hic Romanorum Deorum Augustus? Riquus exigua sanè coniectura putat, exemplo Olympici Iouis primò eborum, post deuictam Asiam, aureum factum à Traiano. Mihi probabile est post Syllæ restitutionem semper aureum fuisse; perijsse enim & statuas Iouis ciuili illo incendio, testis est Plutarchus. Nam Catulus qui Templi tegulas inaurauit, cur Iouem auro illustrare noluit? cum præsertim statuarum inauratarum vsus multo ante in Vrbe cœpisset. Et postea

Statua Iouis facta ex auro. In libello de Iside & Osiride.

Domi-

Domitianus cum statuas sibi non nisi aureas, & argenteas dicari patere-
tur magnificentissimus Capitolij Restitutor, aurum Ioui adimebat? *Paulo ante*, notat Plinius in Panegyrico, *aditus omnes, omnes gradus, totaque
area hinc auro, hinc argento relucebat, seu potius polluebatur; cum in-
stiti Principis statuis per mixta Deorum simulacra sorderent*: Itaque ante
Syllam Dictatorem, an illud simulacrum ex ebore fuerit, deuicta Asia
conformatum; an antiquum illud fictile religio conseruarit, incertum
dixerim. Fictile tamen tum potius dixerim; à Sylla, vel Catulo non-
nisi aureum factum fuisse affirmarim. Quod si Martialis, cum Deos pro
Nerua Traiano precaretur, ait;

Scriptus es aeterno nunc primum Iuppiter auro.

Vel vt alij
legūt scul-
ptus es.

Marlian.
libro 2. c.
§. 6. 7.

Lib. 3. de
Magnit.
Rom. c. 5.
De Capit.
Rom. 2.

cap. 21.
3. Catil.

Oblata
munera
Capitolio.

De. 3. l. 9.
Sue on. in
V. cap. 30.

Liuius
Dec. 1.
lib. 7.

Dec. 4. l. 2.
Dec. 4. l. 6.

Dec. 5. l. 3.
Dec. 5. l. 3.

Dec. 5. l. 4.
Dec. 3. l. 2.

Lib. 14. lu-
dæar. An-
tiq. cap. 4.

De prodigi-
gijs 3. in

Catil.
o L. Bruti,
qui Reges
expulit.

Statuꝝ Co-
lossæ in
Capitolio.

De prodigi-
gijs.


Id r ferendum est ad æternitatem, non autem operis nouitatem. Signi-
ficat enim Iouem tunc ex auro constatum diu duraturum, cum incendiū
alios citò consumpserit, qui vel Sylla Dictatore, vel Vespasiano, aut etiam
Domitiano Principe constati fuerant. Porrò eiusdem Templi eximia,
& innumera ornamenta recensere mei negotij non est, quæ Marlianus,
Lipsius, & Riquus multò fufius prosequutus est. Hæc fuere, simulacra
tum hominum, tum Deorum è marmore, varioquè metallorum genere.
P. Victor. *Capitolium ubi omnium Deorum simulacra celebrantur. Ci-
cero; cum in Capitolio, & simulacra Deorum immortalium depulsa sunt,
& statua veterum hominum deiecta*. Clypei, etiam, & vasa tumorum
artificum; gemmarum, & auri radis, ac signati vis maxima vel coro-
narij, vestes, & picturæ admirandæ. Hæc vel à victoribus, & triumphan-
tibus, vel à Magistratibus, & Senatu multæ, muneris, aut voti causa
oblata. Vt cum quadrigæ aureæ in Capitolio, auctore Liniio positæ sunt.
Augustus in Cellam Capitolini Iouis XVI. millia pondo auri, gemmasque,
ac margaritas quingenties HS. vna donatione contulit. Vel ab externis
Regibus, & Ciuitatibus missa. Vt cum Carthaginenses coronam aureã
pondo XXV. Attalus Rex alteram pondo CCXLVI. Philippus Mace-
donum Rex pondo C. Alabandenses pondo L. Lampfaceni podo LXXX.
Pamphylus alteram ex XXX. millibus Philippæorum factam. Hiero Sy-
racusarum Rex Victoriã auream pondo CCCXX. Liniio auctore. Ari-
stobolus Iudæorum Princeps vitem auream quingentorum talentorum.
Aegyptij coronam quatuor millium aureorum, Iosepho referente, & alij
passim alia Reges, populi, Cæsares obtulere. Inibi tabulæ æneæ legum.
Iulius Obsequens: *Tabula legum aenea litteris liquefactis*. Cicero; &
legum ara liquefacta. Statuæ Regum Romanorum, quibus postea Cæ-
saris, & Augusti adiectæ sunt. Plura etiam Iouis simulacra. Prænestini,
quod T. Quintius Dictator Præneste aduectum inter cellam Iouis, & Mi-
neruæ dedicauit. Iouis Imperatoris quod à Tito Flaminio impositum
Columnæ summoperè laudatur à Cicerone. Iouis ænei, quod Spurius
Caruilius ex ocreis, galeis, pectoralibus Samnitium conflauit. Sed hæc
duo in area extra Templum fuere. De illo Iulius Obsequens; *In Capi-
tolio Lupam Remi, & Romuli fulmine ictam, signum Iouis ad Calum-
nam disiectum*. Quod postea relectum excelsius collocatum, & ad Forū
con-

conuersum memorat Cicero. At Caruilliani tanta fuit amplitudo, *vt*, Loc. cit. quod ait Plinius, *conspiceretur à Latiario Ioue*. Hunc Latialem putat Ri- Lib. 34. quus, qui in Monte Albano colebatur, & pro Latiario reponit. Sed La- cap. 7. tiaris Iuppiter in Quirinali, opinor, fuit. Collis enim Quirinalis, aliqua Lib. 4. de saltem sui parte, dictus est Latiaris, *vt* constat ex Varrone. Latiaris au- ling. lat. & tem Iouis in eo Colle fortasse delubrum fuit, quod Capitolium Vetus di- ibi Scal. cebant. Ibi enim Iuppiter, Minerua, & Iuno, *vt* in Capitolino Colle colebantur. Potuit autem Tarpeius ille, & excelsus Iuppiter à Latiario videri, quia propter propinquitatem loci, facilis est è Quirinali in Capi- tolium aliquo saltem signo prospectus. At contrà ex Albano, illa tem- pestate videri credo non poterat, interiectis Palatino, & Cœlio, quos præalta ædificia editiores olim, quam hodie, fecerant; præsertim Palati- num in quo Augustales Caesarum Aedes altitudinem Turrium, Templo- rumque Capitolinorum, vel æquauerant, vel excefferant. In eadem area Plin. l. 34. Capitolij Hercules Colosseus Tarento à Fabio Maximo: & Apollo tri- cap. 7. ginta cubitorum à Lucullo ex Apollonia Ponti Vrbe translatus. Inibi, seu potius in adiunctarum porticuû intercolumnijs inauratæ Equestres statuæ à Metello positæ, de quibus Cicero scripsit. Tantus denique sta- tuarum numerus viris illustribus locatarum, *vt* Augustus ex area Capi- tolina propter angustias in Martium Campû transfulerit, referente Sue- tonio. Ibidem ærez Columnæ Rostratæ quatuor, quas conflatis nauium rostris confecit Augustus, quæ postea à Domitiano sunt locatæ, *vt* ait Ser- uius. Virgilius:

Nauali surgentes ære Columnas.

Quamquam Seruius: *Rostratas Iulius Cesar posuit victis Pœnis nauali certamine, è quibus vnâ in rostris, alteram ante Arcum videmus à parte ianuarum.* Claudianus:

*Aeræque vestitis numerosa puppe Columnis
Constita, &c.*



Columnæ Rostratæ meminit etiam Liuius: *Nocturna tempestate Colum- na Rostrata in Capitolio tota ad imum fulmine discussa est.*

Lib. 6. ad
Att. ep. 1.
Vide Mar-
lian. lib. 2.
c. 7. sec.
edit.
In Calig.
cap. 34.
Columnæ
ærez Ro-
stratæ in
Capito-
lio.
3. Georg.
De 6. Cõl.
Honor.
Dec. 5.
lib. 2.



Demum, ut in Templum redeam, ibi Ducum Trophæa etiam aurea, arma, & hostium spolia affixa cernebantur. Tabulæ vero pictæ, aut res gestas, & titulos Victorum referebant: aut è Prouincijs propter laudatos artifices transferebantur.

Inscriptio in basi Columnæ Rostratæ à PETRO
CIACONIO suppleta.

C. DVILIOS. M. F. M. N. COS. ADVORSO. CARTACINIENSIS IN. SICELIAD
REM. CERENS. AICESTANOS. COGNATOS. POPLI. ROMANI. ARTISVMAD
OBSSEDEONE. EXEMET. LECIONES. CARTACINIENSIS. OMNEIS
MAXIMOSQVE. MACISTRATOS. LYCEIS. BOVEROVS. RELICTEIS
NOVEM. CASTREIS. EXFOCIONT. MACELA. MOENITA. VRBEM
PVCNANDOD. CEPET. ENQVE. EODEM. MACISTRADOD. PROSPERE
REM. NAVEBOS. MARID. CONSOL. PRIMOS. CESET. REMECOSQVE
CLASESQVE. NAVALES. PRIMOS. ORNAVET. PARAVETQVE. DIEBOVS. LX
CVMQVE. EIS. NAVEBOS. CLASEIS. POENICAS. OMNEIS. PARATASQVE
SVMAS. COPIAS. CARTACINIENSIS. PRAESENTED. MAXIMOD
DICTATORE. OLOROM. IN. ALTOD. MARID. PVCNANDOD. VECET. XX
XIQVE. NAVEIS. CEPET. CVM. SOCIEIS. SEPTERESMOSQVE. DVCIS
QVINRESMOSQVE. TRIRESMOSQVE. NAVEIS. XX. DEPRESAI
AVROM. CAPTOM. NVMEI. CIO. CIO. CIO. DCC.
ARGENTOM. CAPTOM. PRAEDA. NVMEI. ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx)
CRAVE. CAPTOM. AES. ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx)
^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx)
^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) ^(ccclxxx) P.
TRIOMPQQVE. NAVALE. PRAEDAD. POPLOM. ROMANOM. DONAVET
CAPTIVOS. CARTACINIENSIS. INCENVOS. DVXET. PRIMOSQVE
CONSOL. DE. SICELEIS. CLASEQVE. CARTACINIENSEOM. TRIOMPAVET
OB. ASCE. RES. S. P. Q. R. COLOMNA. IN. FORO. POSEIVET.



Iouis Custodis, Iunonis Monetæ, & Fortunæ
Templa. Cap. VIII.

- I**OVIS Custodis Templum Aedi Capitolinæ adiectū est. Ibi enim
empli fundator seruatus est Domitianus Vitelliano bello. *Confu-
git, inquit Suetonius, in Capitolium; sed irrupentibus aduersarijs,
& ardente Templo apud adituum clam pernoctauit: ac manē Iliaci
celatus habitu, interque sacrificulos vana superstitionis cum se trans Tibe-
rim contulisset, &c.* Ideò, vt idem, *Novam excitauit Aedem in Capitolio.*
- T**acitus verò, *Domitianus, ait, solertia liberti, lineo amictu turba sacri-
colarum immixtus, ignoratusque apud Cornelium Primum paternū clien-
tem, iuxta Velabrum delituit; ac potiente rerum patre, disiecto Aeditui cō-
tubernio modicum sacellum Ioui Conseruatori, aramque posuit, casusque
suos in marmore expressit. Mox imperium adeptus Ioui Custodi Templū
ingens, seque in sinu Dei sacravit.* Frustrà ergo quidam hoc Templum
vbi sunt Aedes Romani Senatoris locarunt. Nam cum Domitianus in
ipso Aeditui contubernio, vbi pernoctauerat, ædificarit; id presecto, Té-
plo Capitolini Iouis adiectum, aut in adiunctis ædibus esse debuit, non
longe à rupe Tarpeia. De ambitu, & figura Templi, nihil quod refe-
ram legi. sed à Domitiano nihil nisi magnificum, ac splendidum parari
potuit: Et verò non modo de Capitolino, sed de hoc etiam videtur lo-
quutus Marcialis:
- Pro Capitolinis quid enim tibi soluere Templis?*
- cum in eodem colle propinqua essent.
- I**AM VERO Iunonem Monetam à monendo prisca dixere. Cicero,
*Cum tremotus factus esset, vt sua plena procuratio fieret, vocem ab Ae-
de Iunonis ex Arce extitisse. Quocirca Iunonem illam appellatam Mone-
tam.* Hæc Aedes in Arce fuit. Ouidius:
- Arce quoque in summa Iunoni Tempia Monetæ
Ex voto memorant facta Camille tuo.
Ante Domus Manlij fuerat, qui Gallica quondam
A Capitolino reppulit arma Ioue.*
- Ibidem multo ante Tatius Rex collega Romuli habitauerat. Sed L.
Furius Camillus, M. Furij Camilli filius cum Auruncis bellum gerens,
inter ipsam dimicationem, vt ait Liuius, *Aedem Iunoni Monetæ vouit. Se-
natus Duumuiros ad eandem Aedem pro amplitudine Pop. Rom. faciendam
creari iussit. Locus in Arce destinatus, quæ area Aedium M. Manlij Capi-
tolini fuerat. Anno postquam vota erat, Aedes Monetæ dedicatur.* Eodem
in loco vt idem Liuius, officina Monetæ fuit. Vbi & Magistratum Lin-
teos Libros fuisse repositos tradit. Cæterum Aedes Monetæ cum esset in
summa Arce, descendens gradibus pertinebat ad Aedem Concordiæ
sitam prope cliuum Capitolinum, & Forum Romanum. Ouidius de
Concordia.

Candida te niveo posuit lux proxima Templo,
Qua fert sublimes alta Moneta gradus.

Idque locum dubitationi fecit, unde ab imo inciperent gradus, & ubi, ante Templum desinere, quod summa in Arte collocavit Ovidius.

Riquus quidem, ut gradus Monetæ Aedemque designaret, tria docet. Primum, cliuam Capitolinam, quo ascendebatur in Capitolium, à Foro Romano, & Aede Vestæ; secundum Concordiæ Templum, centum gradibus ad rupe[m] Tarpeiam fuisse protensum: adducitque huc verba Taciti: *Tarpeia rupes centum gradibus aditar.* Alterum? Hos cliui gradus, quia proximi erant Templo Concordiæ, appellatos Concordiæ gradus. Tertium: cum his gradibus ascenderetur ad Aedem Monetæ Templo Concordiæ imminuentem, in ipso Arcis ingressu fabricatam fuisse. Quibus gradibus, & crudelius auctor quatuor inter se miscere videtur, atque confundere: nempe cliuam Capitolinam, de quo infra: gradus Tarpeia[r] rupis, Concordiæ, & Iunonis Monetæ, quæ omnino separanda sunt. Et gradus quidem Tarpeia[r] rupis, ut supra constitutum est, ad Occidentem, Tiberim versus locati fuere; cum Aedes Concordiæ, ut hodieque apparet aspiciat Orientem, in altera dorso Capitolini parte prope arcum Septimij.

Nulla autem modo gradus Concordiæ, & Monetæ permiscendi sunt. Nam Aedes Concordiæ de qua loquitur Riquus, suos habuit gradus, ut patet ex Templi reliquijs; adhuc enim superest integra fere porticus, terre solo, quamvis undique ruinis oppletum sit, elata. Deinde Ichnographia Templi id ipsum ostendit, quam præter cæteros Palladius nobilis Architectus lineavit, & ipse Riquus adducit; in qua viginti quinque gradus enumerantur, in unam Aedem Concordiæ mittentes. Demum qui poterant gradus duobus Templis esse communes, quorum alterum Concordiæ in imo fere Capitolio situm vergebat ad ortum; alterum Iunonis Monetæ in summo colle, quo spectaret, incertum est? Gradus autem Monetæ ipsum etiam fastigium Templi Concordiæ altitudine facile æquabant. Igitur Tullius cum scripsit: *Equites Romani, qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterant,* nihil pertinens ad Monetam intelligere potuit. Neque Ovidius, qui Concordiam posuit.

Qua fert sublimes alta Moneta gradus,

Aliud significat, nisi Monetæ gradus non longe ab Aede Concordiæ incepisse, indeque euasisse in summam Arcem. Hæc illi dicenda sunt, qui voluerit Ovidium loqui de Aede Concordiæ, cuius reliquias ad radices Capitolij prope Forum Romanum videmus. Sed aptior erit, & clarior ædificiorum locorumque collocatio, si aliud Concordiæ Templum in Arce prope Aedem Monetæ statuamus, ut dicam Cap. xiv.

Iam ut certiùs designetur Iunonis Monetæ sedes operæ pretiù est aduertere quod tradit M. Tullius pro Domo sua. Ergo, inquit, *M. Manlij domum euersam duobus lucis conuestitam videtis.* Locus inter duos lucos Asylum erat, situm inter duo Capitolij iuga, ubi nunc statua Equestris M. Antonini visitur, de qua paulo post. Cum ergo Aedes Monetæ in area Manliana domus sit condita, videri potest ibi fuisse, ubi nunc Sena-

Lib. 2.
cap. 4.

toris domus: ibique eam locat Marlianus. Verum hoc non respondet verbis Ouidij, qui Arce in summa Moneta[m] constituit, nisi improprie loquutum velis. Arx enim multo editior in dextero Capitolij iugo, quem vulgo montem Caprinum, nominant, decliuus erat, in Asylum siue Arcem ante Aedes Senatorias iacentem. Vt ergo audiatur Tullius, & Ouidius, arbitror incepisse gradus ab Asylo, siue Aede Monetae, ita vt aliqua pars duobus lucis vestiretur; fuisse tamen sublatam, vt ad Arcem pertingeret. Ex eo loco, cuius pars Asylum tangebatur, versus Aedem inferiorē Concordia[e] secundus Capitolij cliuus deuenus erat. Quem sane cliui ascensum in Capitolium intelligi arbitror à Tacito, verbis supra allatis; *Tum diuersos Capitolij aditus inuadunt iuxta lucum Asyli*. Milites enim Vitelliani, qui non potuerant per cliuum Capitolinum irruere in Capitolium, per alium cliuum venerunt ad gradus Monetae iuxta Asylum, iisque primum in Aedem Iunonis, tum in Capitolium euasere. Formam, & ornatum Templi describere in promptu non est.

Lib. 3.
Hist.

Marlian.
Lib. 2. c. 4.

IN EADEM Arce Fortunae Templum fuit, Testantur vetusta carmina Praeneste in Aede Fortunae.

*Tu, qua Tarpeio coleris vicina Tonanti,
Vetorum vindex semper Fortuna meorum.*

In lib. de
Port. Ro.
Plut. in
Eq. Rom.
q. 106.

Fuit autem Aedes Fortunae Primigeniae de qua Plutarchus: *Seruius Tullius, inquit, Fortuna Tempora posuit, Primigenia in Capitalio, & Obsequentis. Est & Priuata Fortuna Templum in Capitalio, & Viscosa.*

Lib. 2.
Antiquit.
Lib. 3. de
Offic.
Lib. 35.
cap. 19.

Hæc ille. Primigenia autem est dicta Fortuna quia ad eam sui principatus initia Seruius referebat. Viscosa quasi trahens, & tangencia retinens. Fidei Templum ibidem Numa constituit, & primus publice sacrauit attributis ex Aerario victimis, teste Dionysio; vt opinione diuinitatis populus eam frangere non auderet. Cicero; *Fidem, inquit, in Capitolio vicinam Iouis Opt. Max. vt in Catonis oratione est, maiores nostri esse voluerunt.* Plinius; *Spēctata est, inquit, in Aede Fidei in Capitalio imago senis cum Lyra puerum docentis. Eam fecit Aristides Thebanus.* Aedem Concordia[e] in eadem Arce Liuius collocat, quam per seditionem militarem à I. Manlio Præto[re] in Gallia votam Duumviri ad eam rem creati in Arce faciendam locauerunt.

Dec. 3. l. 2.

Bibliotheca, Tabularium, Casa Romuli, Curia. Cap. IX.

Lib. 10. in
Comodo.

BIBLIOTHECAM, & Tabularium in Arce Templique Capitolini ædificij positum passim docent auctores. Eutropius; *Fulmine, inquit, Capitolium Æstum: ex quo facta inflammatio Bibliothecam illam maiorum cura studioque compositam, Aedesque alias iuxta sitas vapori turbine concremauit.* Id Commodo Principe factum est. Quod Eusebius, & Orosius tradiderunt. At quis eius Bibliothecæ

Lib. 7. c.
16. in Chr
ostic.

thecæ

theatrum fundator? Lipsius ad Domitianum refert; hic enim *Bibliothecas* Sueton. in incendio absumptas impensissimè reparandas curauit exemplaribus vndique petitis, missisque Alexandriam qui describerent, emendarentque. Riuit. c. 20.
 quus Domitianum restitutum, auctorem agnoscit Syllam, qui expugnatis Athenis magnam vim Librorum Romam comportauit; siue Iulium Cæsarem, siue Augustum, qui Libros vndique conquirendos, & Bibliothecas ædificandas curauit. Mihi facilius est, qui auctor non fuerit, quam qui fuerit designare. Nam Cæsar cum Bibliothecas Græcas, & Latinas publicare destinasset, morte præuentus non potuit. Augustus Templo Apollinis Palatini Bibliothecam adiecit, nihil molitus est in Sueton. in vita c. 44.
 Capitolio. Sylla ab Asia rediens in Italiam cum venisset Athenas, Bibliothecam Apollinis Teij assumpsit, Romamque deportauit: nec tamen dicitur quidquam publicasse. Immo nec publicare potuit, si cum Sueton. in vita c. 29. Plutarch. in vita Syllæ.
 veritate Plinius asseruit, primam Romæ Bibliothecam ab Asinio Pollione dedicatam. Quis autem dubitet, quin Bibliotheca in Capitolio, nēpe in communi gentium perugio, domicilioque publica fuerit? In Bibliotheca, inquit Plinius. *qua prima in Orbe ab Asinio Pollione ex manibus dedicata Romæ est.* Et: *Asinius Pollio primus Bibliothecam dicando, ingenia hominum rem publicam fecit.* Videtur tamen Lucullus multo ante suam publicasse, teste Plutarcho in eius vita. *αουδ' ἦς δ' ἀξία τὰ* *ὄντα τῶν βιβλίων κατὰ σκευὴν, ἔτι πολλὰ, ἔτι γυμνάσια καλῶς, σινηγεῖα ἢ τε χηρῶν ἐπιμελούμενα τῆς κτήσεως, ἀεικλίων τῶν βιβλιοθηκῶν, ἔτι τῶν ὄντων ἀεικλίων, ἔτι γυμνασίων ἀκωλύτως ὑποδεχόμενον ὄντων ἑλλήνων ὡσπερ εἰς μουσικὴν τὸ κατὰ γῶγον οὐκ εἰς φοιτῶντας.* At commendanda eius, Luculli, fuit, & perbibenda in Librorum supellectilem impensa; multos enim, & eleganter descriptos cumulauit. Erat etiam eorum usus, quam comparatio liberalior; quod Bibliotheca omnibus paterent; atque in adiectas ambulationes scholarum; recipere omnes Græci, velut ad Musarum hospitium diuertentes. Quod si Plutarcho credimus, primus Pollio suam non dicauit; hanc autem Capitolinam, vel Sylla, vel Catulus, qui Capitolium perfecit, dicauitque, dicere, & publicare potuit. Ouidius antiquissimam Romæ, & publicam Bibliothecam constituit in Atrio Libertatis.

Nec me, que doctis patuerunt prima libellis

Atria, Libertas tangere passa sua est.

Sed Ouidius perspicuè loquitur de Bibliotheca Asinij Pollionis. Cum enim ille, teste Suetonio in Augusto, Atrium Libertatis extruxerit; dubitandum non est, quin Atrio Bibliothecam adiunxerit, sic enim vtriusque auctoris verba lucem accipiunt. Hoc Atrium quidam statuunt in Palatio. Verum si Pollio tantum instaurauit, quod potius dixerim; cum vetus Atrium Libertatis à P. Victore dicatur esse in Auentino, vbi & Templum eiusdem Libertatis, probabile est, ibi Pollionem Bibliothecam publicasse. Ibi & alterum publicum Tabularium erat. Linius: *Censores, inquit, extemplo in Atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis*

Trist. l. 3.

Cap. 29.

gnatis Tabellis publicis, clausoque Tabulario negarunt, &c.
 In hac re primò, ne pugnent inter se tanti auctores, dicerem, Luculli Bibliothecam omnibus quidem patuisse; sed id factum magis ex quadam humanitate hominis, quam publica testificatione, monumento, ac titulo, quo constaret, Bibliothecam omnium voluntati, & commodis paterere. Pollio autem, qui publicauit, hoc solemnè notaque omnibus dedicatione, præfixoque titulo testari debuit; ut omnes scirent, communij utilitati fuisse comparatam, & publicatam: & libenter, audacterq; quasi ad rem suam accederent. Deinde cum de Capitolina Bibliotheca nihil certi quisquam possit afferre, non improbabile existimarem, eam ab Adriano Cæsare, vel fundatam, vel magna ex parte auctam, & exornatam fuisse. Hic enim Gymnasium bonarum artium instituit in Capitolio, cui Bibliotheca adiungenda fuerat. *Carimonias*, inquit Sext. Aurelius Victor, *leges, Gymnasia, Doctoresque curare coæcepit: adeo quidem, ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant, constitueret.* Porro Athenæum erat in Capitolio; ut constat ex Codice Iustin. Lib. 11. Tit. 18. De studijs liberalib. Vrb. Romæ. *Sin autem*, inquit, *ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolij auditorium constituti, & paulo post: Nihil penitus ex illis privilegijs consequantur, quæ his, qui in Capitolio tantummodo docere præcepti sunt.* Locebant autem ibi sub Theodosio II. Oratores tres, Grammatici decem, Sophistæ quinque, Philosophus vnus, Iurisperiti duo. Ex qua docendi, discendique exercitatione appellationem loci dimanasse Dion tradit: *ἀθήναιον καλέσθαι ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ τῆς πᾶσι δωδύων ἀσκήσεως.* *Athenæum dictum, ab exercitatione eorum, qui in eo erudiuntur.* quod mirum videtur Casaubono iudicanti id melius referri oportere *εἰς τὴν ἀθήνην.* Sed profecto illa exercitatio *Mineralis* est. quod Dion non addidit, quia satis, superque notum erat.

In eodem Poëtæ, & Oratores sua recitare scripta solebant, audientibus interdum Augustis, ut Lampridius in Alexandro Seuro: & Iulius Capitolinus in Pertinace, & Gordiano maiore, tradiderunt. De Alexandro: *Ad Athenæum audiendorum & Græcorum, & Latinorum Rhetorum, vel Poetarum causa frequenter processit.* De Pertinace: *Eo die processionem, quam ad Athenæum parauerat, ut audiret Poetam ob sacrificij præfagium distulisset.* De Gordiano: *in Athenæo controuersias declamauit audientibus Imperatoribus suis.* Ideoque Sidonius Athenæi cuneos, & Athenæi cuneata subsellia propter frequentiam Auditorum nominauit. Cum igitur hi ludi litterarij, qui à P. Victore in viij. Regione Fori Romani, in qua & Capitolium est, numerantur, antiquitus, ut constat ex Liuiò, in ipso Foro locati Bibliothecam habere debuerint; Adrianus loci conditor, forte Librorum collector, & Bibliothecæ vel fundator, vel amplificator fuit: Traiani præsertim exemplo præuentus, qui Vlpiam Bibliothecam in Vrbe celeberrimam publicauerat. Athenæum tamen non in Arce, non enim tot ædificia capere potuit; sed in alio vrbe Capitolij statuendum est; vbi scilicet & Bibliotheca statuenda erit, si ad-

Adrianus
 fundat, aut
 auget Bi-
 bliothecã.

Gymna-
 sium in
 Capitolio.

Lib. 74. in
 Iuliano.
 Athenæum
 in Capito-
 lio.

In notis
 Capitolini
 in Vita
 Pertina-
 cis.

In quo re-
 citat Ora-
 tores, &
 Poëtæ.

Athenæum
 non in Ar-
 ce, sed in

si addita Gymnasio ad Adrianum referatur. Aliud Gymnasium Dion altero vertice Capite Capi-
 commemorat in Traiano. *Eo, inquit, diuitiarum, atque potentia Suras* colij.
Licinius processerat, ut Gymnasium Populo Romano suis impensis struxe-
rit. Aliud Tacitus; *Gymnasium eo anno dedicatum à Nerone, prabitum-*
que oleum Equiti, ac Senatui græca facilitate. Sed hæc animi exercen- Lib. 14.
 di gratia facta sunt, an corporis? Annal.

Iam TABVLARIIVM ædificium est, in quo Tabulæ publicæ con- Tabulariū
 tinentur. Et in Romano quidem omnia Senatus Consulta, Plebiscita, in Capito-
 Priuilegia, Leges, & alia Patrum, Populi, & Principum decreta seruaban- lio.
 tur. Plutarchus: *Cicero, inquit, per absentiam Clodij magna frequentia* In Cice-
ascendit in Capitolium, Tabulasque, quæ acta continebant Clodij Tribuna-
tus, reuulsit, corrupitque. Idem in Catone minore de iisdem: *Quas pu-*
blicè Clodius in Capitolio fixerat, reuulsit. Ex quo inferri potest, Tem-
 pli Capitolini parietibus, has, aliasque eiusmodi Tabulas publicè affigi Lib. 3.
 solitas. Clarè Polybus loquens de fœdere facto inter Pœnos & Roma- Hist.
 nos: *Hæc, inquit, cum ita sint & in hodiernum diem Tabulis æreis inscri-*
pta conspiciantur in Templo Capitolini Iouis, ubi ab Aedilibus diligentissi-
mè custodiuntur. Sed quamuis in Templo Iouis multa intra, extrauè in
 porticibus, præsertim leges æreis incisa tabulis apponerentur; negan-
 dum tamen non est, publicum quoque Tabularium actorum Senatus Po-
 pulique Romani ibi fuisse. Huius Tabularij mentio fit in veteri inscri-
 ptione Capitolina, vt est apud Fuluium, & Marliuum. Lib. 2.
 Cap. 30.

Q. LVTATIVM. ET. Q. CATVLVM. COSS.

SVBSTRVCTIONEM. ET. TABVLARIIVM. DE. SVO. COERAVISSE.

Porro Tabulas Riquas antiquiori ætate, ligneas, postea facit eboreas. certius reor, fuisse æreas. non modo legum, sed aliorum scitorum. Cice- 3. In Catil.
 ro: *Et legum ara liquefacta.* Iosephus: *Dedicariq; præcepit Caesar, æream* Iud. antiq.
Tabulam hæc continentem in Capitolio. Idem: *Patribus præcepit, Clau-* l. 14. c. 17.
dus, vt donationem incisam æreis Tabulis in Capitolio collocarent. Nec De bello
 modo æræ Tabulæ Capitolinæ fuere, sed etiam Columnæ. Iosephus; Iud. lib. 2.
Quando enim tam manifesta argumenta exhibuimus nostræ cū populo Ro- cap. 11.
mano amicitia ostensis æreis Columnis, & Tabulis in Capitolio nunc of- Iud. antiq.
que durantibus, duraturisque in posterum. Et: *Hæc publicè dedicata sunt* c. 17. l. 14.
in Urbibus, atque etiam in Capitolio, & columnis insculpta sunt æreis. In- Ibidem.
 differenter alibi loquitur de scriptura Capitolina: *Deditque, Cæsar, hæc* Ibid. c. 16.
de re in Urbem litteras ad Consules, vt decretum hoc scriberetur in Capi- In Vespas-
tolio. Rursus de Tabulis æneis Suetonius: *Tria millia ænearum Tabu-* siano c. 8.
larum, quæ simul cum Templo conflagrauerant, restituenda suscepit, Ve-
spasianus, undique inuestigatis exemplaribus. tum de Tabulario subdit;
Instrumentum etiam Imperij pulcherrimum, quo continentur ab exor-
dio Urbis Senatus Consulta, Plebiscita de societate, & fœdere, ac priuile-
gio cuiuscunque concessis. Quod sanè monumentum Vespasianus Templi
 Capitolini rector eidem splendide adiecit. De alio Urbis Tabulario ad
 Atrium Libertatis, alibi dicemus.

Ha-

Habit & Capitolium CASAM Romuli, quam illo regnante cannis, & viminibus tectam, deinceps Sacerdotes, si fortè vetustate consumeretur, instaurabant, iisdemque stramentis contegebant, vt semper integra permaneret. Ideo licuit Ouidio canere:

Fast. 3.
De ead. 1.
Fast.

Qua fuerit nostris si quaris regia Nati,

Adspice de canna, straminibusque domum.

Seneca de Cons. ad Hel. cap. 9. *Ne tu pusilli animi es, & sordidè se consolantis: si ideo id fortiter pateris, quia Romuli Casam nosti. Dic illud poetius: Istud humile tugurium nempe virtutes accipit.*

Lib. 1. Sat.
cap. 15.

Propter hanc CVRIA nomine Calabra fuit. Calabræ nomen à calando deductum est, quòd vocare significat, ἀπὸ Καλᾶν, quòd omnis iuxta eam Populus vocaretur, vt ait Macrobius. Nam prisca temporibus Pontifex minor obseruato noua Luna exorta, calata, idest euocata in Capitolium plebe iuxta Curiam Calabrā, qua Casa Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent pronuntiabat. Hanc etiam stramentis contegebant, vt prisca maiorum paupertatem indicaret.

8. Aeneid. Deque ea dictum putat Seruius à Virgilio.

Romuleòque recens horrebat Regia calmo.

Nisi forte rectius regia, seu Casa Romuli significetur. quo loco Virgilius prope Templum rupemquè à Manlio defensam collocat. Quoniā vero è Curia domui proxima obseruabatur ortus Lunæ, loco editissimo, locata est prope Templum Capitolini Iouis. hic enim plagæ inter Meridiem, & Occidentem oppositus semitam errantium syderum, & aspectum egregiè contemplandum dabat.

Asylum, & alia Ædificia. Cap. X.

Dec. 3. l. 6.

A

LT ERA pars Capitolini Montis item exurgens, atque edita, Arcique obuersa pressiore significatione Capitolium dicebatur. Hoc enim præter alia, quæ attuli, significat Liuius: *Præsidia in Arce, in Capitolio, in muris, circa Urbem ponuntur.*

Asylum in
Capitoli-
o.

8. Aeneid.

Partem autem, instar valliculæ, vtrique subiectam vertici, Intermontium nuncuparunt. Ibi Asylum quod significat *Misericordia Templum*, vt ait Seruius, in ea Virgilij verba:

*Tum lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Rettulit.*

Id Græcorum inuentum, vt se ab inimicis loci religione defenderent, Romulus transtulit ad multiplicandam Romanam gentem; vt quisquis aduena illò confugisset, reciperentur in Ciuitatem. Ouidius:

Fast. lib. 3.

Romulus vt saxo lucum circumdedit alto,

Quilibet huc, dixit, confuge: tutus eris.

Dec. 1. l. 1.

Antiq. l. 2.

Liuius: *Locum*, inquit, *qui nunc septus densis sentibus, inter duos lucos, Asylum aperit.* Dionysius; *Locum enim Capitolium inter, & Arcem situm, qui nunc Romana lingua inter duos lucos dicitur, ab utroquè clivo*

con-

condensis septus arboribus sano in hoc, incertum cui Deo sacratio, Asylum aperuit. Ex his docemur: lucum Asyli in Arca nunc Capitolina fuisse, ad ipsam substructionem, & murum Capitolij, qui forum respiciebat, inter fines vtriusque cliui, quâ secundum latera Aedium Senatoris ascenditur. Sed hoc aliter tradit Tacitus loco citato 3. Histor. Nam milites pulsi cliuo Capitolino, *diuersos, inquit, Capitolij aditus inuadunt: iuxta lucum Asyli.* Hic ergo aditus erat in capite alterius cliui, quo nunc ascenditur secundum carcerem. Quare Asylum iuxta hunc cliuum solum aliquam partem Aedium nunc Senatoris, ad ipsum carcerem, non spatium, inter vtrumque cliuum, quod videtur docere Dionysius, occupabat sentibus, & dumis præseptum. Præterea discimus, fuisse non modo sentibus, sed etiam saxo, ut ait Ouidius, nempe saxeo muro circumdatum. Postremò Iouis Templo in medio extracto diremptum, & discretum ita fuisse lucum, ut duplex videretur; ideòque locum inter duos lucos nuncupatum. Neque aliter Templum locat Ouidius cum ait:

Vna nota est Martis nonis; sacratio quod illis

Templa putant lucos Veiovis ante duos.

Loc. cit.

Quamuis enim anterioribus angulis sanum prostraret, luci tamen arboribus latera eingebantur: quare inter duos lucos dici poterat. Iam quod ait Dionysius, *incertum cui Deo Asylum dicatum fuerit*, fortasse ad initia retulit, cum à Romulo statutum est. Historici enim ætate constabat, Ioui dedicatum esse, ad sitis luci quercubus, item Ioui dicatis. Iuppiter autem iuuenis, & imberbis eiusquæ simulacrum absque sagittis, & fulmine cum altrice Amalthea Capella fuit. Neque enim ante bellum giganteum sagittas, & fulmina tractauerat; ideòque Inermis nomen traxit Veiovis, quasi parui Iouis. Vè enim minuendi vim obtinet in nonnullis. Sic vegrande significari alij aiunt male grande, quod ait Festus; ut vecors, vesanus, malecordis, maleque sanus: alij paruum siue minutum, ut cum dicimus vegrande frumentum. Quare concludit Ouidius:

Vis ea si verbi est; cur non ego Veiovis Aedem,

Aedem non magni suspicer esse Iouis?

Et Iuuenis Iouis in æreo Claudij nummo conspicitur effigies.

Cæterum ius Asyli an ademptum aliquando Vrbi fuerit, iure ambigitur. Nam Suetonius de Tiberio, *Aboluit, inquit, ius moremque Asylorum, qua vsquam erant.* Sed Tacitus quæstionem agitatam refert in Senatu de externis Asylis. *Crescebat enim, inquit, Græcas per Vrbes licentia, atque impunitas Asyla statuendi. complebantur Tempa pessimis seruitiorum.* nec plane apud eundem constat quid à Patribus decretum sit. Quare si Tiberius Asyla aboluit, ea de quibus agabatur, abstulit. Nihil de Romano decreuit, de quo nihil quæsitum erat.

In Vit. Tiber. c. 37.

Annal. 3. & 4.

Riq. c. 40.

At sedes Asyli semper fuit in Capitolij edito illo intermontio? Nam quidam aliò transferunt. Primo quidem lucus cum Templo, totam arcem, vbi equestris Antonini statua, implere non potuit, ut quidam volunt. Quota enim Collis portio Capitolinis molibus relinquetur? Et nos ibi porticus atrium cingentes ad populum recipiendum, eiusque conuentus ha-

Vbi effe
Asylum.

habendos statuimus. Itaque Forum Romanum versus, vbi pars Aedium postica Senatoris, modica latitudine, paulo ampliore longitudine, Asylum fuisse protensum credendum est. Nam laeuorsum iuxta gradus Cœnobij Franciscanorum fores erant cliui Capitolini: dextrorsum aditus alterius cliui (iuxta verba Dionysij: Ab vtroque cliuo condensis sepeus arboribus) tum gradus Monetæ: reliquum areæ interuallum, porticibus, atrijs, Templis, alijsque ædificijs distributum.

Asylum non erat ad radices Tarpeæ rupis.

Secundo: Quomodo Blondus ad radices Tarpeæ rupis Asylum statuat, non video, & Marlianus è Capitolio eundem in locum transferat, vbi repositum putet à Tacito; cùm Tacitus Capitolini Iouis Templo proximum fecerit: Tullius vero ad Aedem Iunonis Monetæ in Arce cõditam, & duobus lucis conuestitam, vbi fuerat Manlij domus: Dionysius in intermontio, inter Arcem, & Capitolium: Ibidem Liuius, ibidem Strabo collocarit: neque aliud doceat Ouidius.

Fest. 2.

*Tunc quoque vicini lucus celebratur Asyli,
Quâ petit aquoreas aduena Tiberis Aquas.*

Eruditi enim interpretes, non Asyli, quo nomine deprauatus sit locus, sed Auerni legunt. Locum autem prope lucum intelligunt, de quo Festus, *Lucaria Festa in luco colebant Romani, qui permagnus inter viam Salariam, & Tiberim fuit, pro eo quod victi à Gallis fugientes è prælio ibi se occultauerunt,*

Templum Iouis Feretrij. Lib. 1. Dec. 1.

TE MPLVM IOVIS Feretrij primum omnium in Capitolio, & Vrbe sacratum est, vt testatur Liuius. Causa fuit, quòd fundata vix Vrbe, cum Ceninenses bellum Romanis intulissent; Romulus non modo abegit hostes, sed occiso Acrone eorum Duce, Regis arma trunco suspensa detulit in Capitolium, Iouique dedit, Templo designato, in quo cõderentur: & reliqua deinceps opima Ducum spolia ab Romanis Imperatoribus, qui eos occidissent, eidem Ioui dedicarentur; siue prima Ioui: secunda Marti: tertia Quirino, vt monuit Plutarchus. Quò respexit Virgilius cum de Marcello ait:

Liui. lib. 1. Propert. lib. 4.

Tertiaque arma Patri suspendet capta Quirino.

Nam secunda A. Cornelius Cossus dedicauit. Iuppiter autem Feretrius siue à Feriendo est dictus, precatus enim fuerat Romulus, vt hostem feriret: siue à ferendo, quod allatum ipse Trophæum, & ad quercum appositum Ioui consecrauit. Porrò Templum perexiguum, & latum quindecim pedes fuit in Capitolino vertice, teste Dionysio. Auctum deinde ab Anco Martio quarto Romanorum Rege: post vetustate dilabens ab Augusto refectum est, vtrumque testatur Liuius. De Augusto quidem sic ait: *Hoc ego, cum Augustum Casarem Templorum omnium conditorum, aut restitutorum ingressum Aedem Feretrij Iouis, quam vetustate dilapsam refecit.* Factum est id hortatu Attici iam senis. Cornelius Nepos in eius vira: *Ex quo, inquit, accidit, cum Aedes Iouis Feretrij in Capitolio ab Romulo constituta vetustate, atque incuria detecta prolaberetur, vt Attici admonitu Casar eam reficiendam curaret.* Fuit in ea Capitolij parte, vbi Magnæ Virginis Templum, cognomento ab Ara Cœli.

Vbi effe
Templum

Sed

Sed ab hoc recenti priscum illud sic amplitudine, opere, ornatuque superatur, ut inter se conferri nullo modo queant.

In eodem Capitolio aliæ duæ IOVIS Aedes, de quibus Liuius. *Aedes duæ Ioui in Capitolio dedicatae sunt. Vouerat L. Furius Purpureo Prætor Gallico bello unam, alteram Consul. Dedicauit Q. Marcius Ralla Duumuir.* Aliam Iouis Fidei Sponsoris ex Fulvio Ursino refert Riquus cap. 29.

Ibidem Aedes MENTIS, & VENERIS Erycinæ. Hanc Fabius Maximus Dictator: illam Atrilius Prætor vouerunt. postea Veneri idem Fabius: Menti T. Octacilius dedicauit. *Vtraque, inquit Liuius, in Capitolio est, canali vno discretæ.* De Mente Lactantius: *Eadem vanitate Mentem quoque inter Deos collocauit Senatus: quam profecto si habuisset, eiusmodi sacra nunquam suscepisset.* De Erycinæ Veneris cognomento alibi. Addunt & Aedem Veneris CALVAE. Nam, referente Lactantio, *Vrbe à Gallis occupata obsessi in Capitolio Romani cū ex capillis mulierum tormenta fecissent, Aedem Veneri Calua consecrarunt.* Certe nō alibi, quam in ipso Capitolio, vbi tormenta fecerant.

Ibidem AEDES OPIS, quam con ugem Saturni mentiebantur. Liuius: *Aedes Opis in Capitolio de Cælo tacta erat.* Cicero: *Vbi est septies milles septertium, quod in Tabulis, quæ sunt ad Opis patebat?* Erant hi miliones septemdecim, & quingenta scutorum millia: quæ pecuniam à Casare ad Aedem Opis depositam dissipauerat Antonius. Visitatum Romanis ibi pecunias quasi in tuto reponere; ut de Templo Castoris dixit Iuuenalis:

Et ad vigilem ponendi Castora nummi.

Neque intelligas vicinos trapezitas. Quippe Tempia ista præsertim vigilijs militum custodiebantur. Congruens porro erat Opis Templo, custodiæ causa, aurum ciuile committere: cum in Aede Saturni Aerarium esset Reipublicæ; & vterque communem ædem haberet in vico Iugario. Id etiam indicant vetera æquipondia. Quorū duo in nostro Collegij Romani promptuario ærea sunt, à pastinatoribus refossa; quibus prominentibus litteris argenteis inscriptū est. **TEMPL. OPIS AVG. II. TEMPL. OPIS AVG. V.** Pensat enim alterum libras duas, quinque alterum: sed minus nostra sacomata, seu libramenta, fere vncia excedit, maius vncijs duabus. Cicero: *Tanti nummorum acerui construuntur, ut iam appendantur, non numerentur pecunia.* In multorum Cæsaris numinis inscriptis **MONETA AVG.** tres visuntur virgines cum lancibus subiectis auri cumulis; quibus nempe lancibus aurum pendebatur.

Cæterum illum morem conferendi pecunias in Tempia cōfirmat Herodianus loquens de Templo Pacis; quod incensum multos, inquit, ex diuitibus pauperes fecit. Nam *ἐξ αὐτῆς ἀπέχευ ἐκείσε ἰθνηαυεὶ ἕερο, vniuersisque qua habebat, illuc et in thesaurum congerebat.*

In eodem Capitolio culta est Isis, & Serapis. Quos tamen, ait Tertullianus, *Capitolio prohibitos, id est Curia Deorum pulsos Piso, & Gabinius Coss. euersis etiam eorum aris abdicauerunt. His vos restituti summam maiestatem contulistis.* Et fuisse restitutos in Capitolium (alibi enim

Iouis Ferreij.

Aedes Iouis, Mētis, & Veneris. Dec. 4. l. 5.

Li. 9. dec. 4. Liu. dec. 3. Lib. 2. L. 3. dec. 3.

Lib. 1. cap. 20.

Loc. cit.

Aedes Opis. Dec. 4. l. 9. Philip. 2.

Sat. 14.

P. Victor Reg. viij.

Loc. cit.

Apologet. Cap. 6. Aedes Isis, & Serapidis.

Contra Symmac. lib. I.

enim ibi Vrbe colebantur) ostendit Prudentius;

Isidis amissum semper plangentis Osirim

Mimica, ridendaque suis solemnia caluis,

Et quasunque solent Capitolia claudere laruas.

Ibidem locant Templum Martis Vltoris, seu Bisultoris ab Augusto erectum. De quo infra. Horum ædificiorum sedes designari non potest.

Aedes Martis.

Lib. 15. Annal.

Lib. 5.

Annal.

Frontin.

de Aquæ

ductib.

Cic. pro

Rabirio.

Plutarch.

in vita

Marij.

Aqua Mar

tia, & Te

pula in

Capitolio.


Ibidem Arcus, & Trophæa Neroni erecta in medio Capitolio, circumstructis antea, vt dicebam, ad commodum, & dignitatem porticibus in area inter duos vertices. Tacitus; *At Roma Trophæa de Partib, arcusque medio Capitolini Montis sistebantur.* Eodem Aqua Martia, quamquam Libri Sybillini Anienem perducendum præcepissent, ad Iouis Templi usum, cum se in sacrificijs abluerent; & aliorum habitantium commodum perducta est. Cuius fistulas in seditione Saturnini, quod se in

Capitolium cum eiusdem factionis ciuibus recepisset, Marius Cõsul præcidit, sitique aduersarios perdomuit. Eodem & aqua Tepula corriuata.

Ibidem positæ vbique *statue, decora maiorum*, vt ait Tacitus. Priuatæ præterea Ciuium domus, exclusis tamen Patricijs, post Manlij Capito-

lini supplicium. Alia quædam ædificia spontè omisi; quòd non ita certa, nec quibus afferuntur argumentis, probè ostendi iudicauerim. Adie-

ta numismata Capitolini Templi, Iouis Tonantis, Columnæ Augusti Rostratæ, ex insigni Musæo Francisci, & Bruti Gottifredis; Arcus Neronis ex Collegij Romani promptuario deprompta vides.



Clius Capitolinus. Cap. XI.

QVONIAM, celebris est de germano situ Romani Fori con-
trouersia, vt illud certis finibus circumscribam, & quasi con-
cludam, loca Foro proxima ante designabo: tum de mea sen-
tentia constabit.

Et legenti quidem veteres scriptores Romanos, vix Fori Romani vi-
detur quærendus locus; cum inter Palatinum, & Capitolinum Collem
ab ijs perspicuè collocetur. Sed tamen viri perquam eruditi doctique
contra sentiunt, quorum est princeps vir clarissimus non magis Roma-
na purpura, quam virtute, ac sapientia Cæsar Baronius: cuius auctori-
tas, validum tamquam pondus plerumque mentes inclinât, eorum præ-
sertim, qui Romam nunquam viderunt, nec locorum situs cum veterum
annalibus conferre potuerunt.

Quod ergo descendenti è Capitolio se primum offert, via decliuis, seu
ad Arcum Septimij Seueri clius cognomento Capitolinus est, quo de-
scendebatur in Forum. In quo quidem designando Blondus audiendus
non est, cum senserit in ea Capitolij parte fuisse clium, quæ respicit
Auentinum. *Constare dicimus, inquit, cliuum Capitolinum publicum
fuisse ad eam Arcis partem, quæ versa in Auentinum nunc Ecclesiam
S. Georgij ad velum aureum è regione respicit.* Probat ex Liuij verbis,
qui scribit, Numidas quosdam tendentes in Auentino iussu Consulum,
transisse ad Esquilias. *Quos, inquit Liuius, cum ex Arce Capitolioque cliuo
publico, in equis decurrentes quidam vidissent, captum Auentinum con-
clamauerunt.* Cuius loci hæc videtur Blondo sententia: Numidas de-
currentes ex Arce, Capitolioque cliuo publico fuisse spectatos, cui assen-
titur Marlianus; quamquam deinde quid de cliuo statuât, incertus sit.
Sed longè alius est intellectus eorum verborum. Ita enim ad germanum
sensum eliciendum verba construenda sunt. *Cum ex Arce, Capitolioque
quidam vidissent Numidas cliuo publico in equis decurrentes.* Videbant
enim Romani ex Capitolio, & Arce obuersa in Auentinum descenden-
tes ex illo Numidas. Itaque non loquitur Liuius de via in Capitolium
accliui, sed in Auentinum. Quod ipsa ostendunt Historici verba: *Cum
ex Arce, Capitolioque quidam vidissent;* id est, Romani spectabant ex
vtraque montis parte, altera, quæ Arx dicitur, altera, quæ Capitolium.
Cur ergo his adiunges? *cliuo publico.* Quomodo enim vnus, idemque
clius ad vtramque Montis partem pertinebat? Deinde clius Capito-
linus *Publici* nomen non habuit, sed qui ducebat in Auentinum. In quo
pariter aliqui interpretes Ouidij decepti sunt, Quod patet ex Liuij; cum
enim dixisset fuisse in Auentino Ædem Iunonis Reginae, & Decemuiros
sacrificium illi cum pompa destinasse, subdit: *Inde, ex Foro, vico Tibusco,
Velabroque per Boarium Forum, in cliuum Publicum, atque Ædem
Iunonis perrectum, quem & Publicium dicebant.* Varro: *Clius Pu-*

Clius Ca-
pitolinus
ad Arcum
Septimij.
Lib. 1. Inst.
Rom.

Dec. 3. l. 3.

Lib. 2. c. 8.

Clius pu-
blicus per-
tinebat ad
Auentinũ.
nõ ad Ca-
pitolum.

1. Fast.

Dec. 3. l. 7.

bli-

5. Fast. blicius ab Aedilibus Plebis Publicijs, qui eum publicè adificarunt; & ut Festus addit, ut in Auentinum uehiculi Velia venire possint. Ouidius: Parte locati cliui, qui tunc erat ardua rupes: Vtile nunc iter est; Publiciùmque vocant.

In Annot. Diuersa de cliuo Capitolino, decernit Baronijs, qui scribit: Errare quidam conuincuntur: qui cliuum Capitolinum viam aliquam arbitrati sunt, ad Marty- per quam in ipsum summum Capitolium ascenderetur. Et paulo post ait; rol. die 14 Martij. locum illum à maioribus esse dictum cliuum Capitolinum ascensum ipsum modo leuem, olim autem difficiliorem quàm è via deorsum posita prope Ecclesiam S. Maria in Porticu sursum ascenditur versus Ecclesiam S. Maria Consolationis dictam. quem olim fuisse eminentiorem, atque longiorem nullum est dubium.

Sed alij in Capitolij saltem intermontium deducunt, à quibus dissentire non possim. Cum enim cliuus arduam viam, & paulatim sublatam significet, si in ima valle modicus sit ascensus, cliuus dici vix poterit. De hoc autem nostro Ouidius:

*Inde, velut nunc est, per quem descenditis, inquit,
Arduus in valles, per fora cliuus erat.*

Dec. r. l. 5. Qui locus ostendit, Romanos è Capitolio per cliuum Capitolinum descendisse. Quod clarissimè alij auctores tradunt. Liuius de Gallis loquens, qui Urbem ceperant, & Capitolium capere vellent: *Prima, inquit, luce, signo dato, multitudo omnis, Gallorum, in Foro instruitur. Inde clamore sublato, ac testudine facta subeunt. Aduersus quos Romani nihil temerè, nec trepidè ad omnes aditus stationibus firmatis, quàm signa ferri videbant, eà robore virorum opposito scandere hostem sinunt. quo successerit magis in arduum, eo pelli posse per procliuè facilius rati. Medio fere cliuo restitere, atque inde ex loco superiore, qui prope sua sponte in hostem inferebat, impetu factò, strage ac ruina fudere Gallos. Quo quidem loco apparet cliuum non fuisse extra dorsum montis. cum enim omnia in Vrbe, præter Capitolium, essent in Gallorum potestate; liberum tamen illis non erat per cliuum excurrere. Totus ergo cliuus extra*

Dec. i. l. 3. Capitolij monimenta non erat. Eodem modo Liuius cum loqueretur de Romanis, qui captum à seruis Capitolium recuperare volebant, ait; *Hunc Ducem sequuti nequicquam reclamantibus Tribunis in cliuum*

Li. 3. Hist. *Capitolinum erigunt aciem. Tacitus de Vitellianis militibus, qui obsederunt, ceperuntque Capitolium: Cito agmine Forum, & imminetia Foro Templà præteruecti erigunt aciem per aduersum collem, usque ad primas Capitolina Arcis fores. Erant antiquitus porticus in latere cliui, dextra subeuntibus. In quarum telum egressi, aduersarij, saxi, tegulisque Vitellianos deturbabant. Qui faces in prominentem porticum iecere, & sequebantur ignem, ambustasque Capitolij fores penetrassent nisi Sabinus reuulsas undique statuas, decora maiorum, in ipso aditu vice muri obiecisset. Ex quo loco hic fuisse locorum situs elicitur; vt primùm esset Forum; deinde cliuus è Capitolio deuexus in Forum, in collem accliuus, cui dextrorsum porticus essent adiunctæ: tum fores Capitolij in sumo cliuo.*

Vitel-

Vitelliani igitur cum per cliuum ad primam vsquè portam Capitolij acie extendissent, repulsi sunt ab hostibus egressis in tectum porticus. Mox incensa porticu, hostibusque igne summotis, ad fores venerunt in summo cliuo positas, & mox eodem igne combustas. Hic est eius loci germanus sensus, quem tamen, si Tacito placet, in rem suam alij deducunt. At de porticu cliui Liuius: *Censores vias sternendas sicut in Vrbe, & Cliuum Capitolinum sicut sternendum curauerant, & porticum ab Aede Saturni in Capitolium ad Senaculum.*

Dec. 5.
lib. 1.

Præter hanc Porticum ad læuam cliui, erat in dextera eiusdem parte Templum Iouis Tonantis ab Augusto ædificatum. *Aedem, inquit Suetonius, Tonantis Iouis in Capitolio extruxit, liberatus periculo, cum in expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumque pralucentem exanimasset.* Idem: *cum dedicatam in Capitolio Aedem Tonanti Ioui assidue frequentaret somniauit queri Capitolinum Iouem, cultores sibi abduci, seque respondisse, Tonantem pro Ianitore ei appositum. Ideoque mox tintinnabulis fastigium Aedis redimit, quod ea fere ianuis dependebant.* Idemque Dion testatur. Verum, P. Victor in Regione octaua, *Aedes, ait, Iouis Tonantis ab Augusto dedicata in cliuo Capitolino.* Quare ne cum eo Suetonius pugnet, dicendus est cliuum facere partem Capitolij. Neque Antiquarij alibi præterquam in cliuo collocant. Huius Templi præter effigiem expressam in Numismatis, reliquæ dicuntur extare in ipso cliuo, tres columnæ marmoreæ cum epistilio egregij operis pæne sub terram capitulo tenus defossæ. Is vestibuli seu pronai veteris angulus est, cuius Zophorus ab Aedis latere quædam veterum sacrificiorum vasa, & instrumenta: à fronte verò in latioris marmoris tabulas diductus pro longiore inscriptione, quæ inerat, vnum verbum videndum præbet absque R, *estituer.* Instauratio Templi ex eo cognoscitur. Caterum cum Iuppiter Tonans Ianitor Capitolini Iouis, & in Capitolio pertinaciter locetur à Suetonio, suspiciō dat locum, an prope Templum eiusdem Capitolini Iouis in Arce ponendus sit.

Templum
Iouis To-
nantis.
In vita
Aug. c. 24
Cap. 9.

Lib. 54.

Iam vt situs, & solum cliui designetur, dicendum est, cliuum Capitolinum fuisse, quâ ascenditur ab Arcu Septimij Seueri in Capitolium. Indicat ipse Arcus, sub quo vetus curru Seuerus, deinde ascendit ad Aedem Iouis. Triumphantes enim sacra via in Forum, inde per cliuum flectebant in Capitolium, vt supra dixi. Sic autem cliuus Sacræ viæ è regione respondet, de qua paulo post. Idem patet ex Plinio: *Cæsar Dictator, inquit, totum Forum Romanum intexit, viamque Sacram, ab domo sua ad cliuum vsque Capitolinum.* Habitabat enim ipse Pontifex Max. domo publica in Sacra via, vt scribit in eius vita Suetonius. Sacra autem via ad Arcum Seueri cum cliuo coniungebatur. Quare ibi cliuus, quo restâ ascenditur. Vbi & domus quondam Milonis. Cicero: *Domus in cliuo Capitolino scutis referta.*

Lib. 9. c. 1.

Pro Milo.

Sacra Via. Cap. XII.

Lib. 2. Antiquit. Sacra via vnde sit dicta.

SACRA Via dicta est Romæ, quod certis sacris, & cæremonijs scædus inter se in ea fecerint Tatius Rex Sabinorum, & Romulus, vt Dionysius testatur. *Sic, inquit, ante Aras isto scædere, circa mediam Sacram viam permixti se inuicem consalutauerunt.* Addit Festus aliorum opinione dici Sacram, quod eo itinere etantur Sacerdotes *Idulium sacrorum conficiendorum causa.* Idulia autem ab oue dicta quæ singulis i. h. Iouis immolabatur. Varro: *Oritur caput Sacra via ab Strenia sacello, quæ pertinet in Arcem, quæ sacra quotquot mensibus feruntur in Arcem. & per quam Augures ex Arce profecti solent inauguraré.* Neque verò cliuus Capitolinus ea de causa dictus est sacer, vt putat Riquus. Neque illi fauent Horatij verba.

4. de ling. Latina.

Cap. 34.

Trabet

*Per sacrum cliuum merita decoros
Fronde Sicambros.*

Ibi enim partem Sacræ viæ Poeta intelligit, quæ ad radices Palatij decliuis erat in Forum; vt hodieque conspicimus. Asconius: *Cum ab Sacra via descenderis, & per proximum vicum prodieris.* quam sane Sacræ viæ partem solum vulgo fuisse notam testatur Varro. De hoc cliuo Martialis.

Lib. 2. Ep. 71.

Inde sacro veneranda petes palatia cliuo.

Exeunti enim à Foro prope Templum Vestæ, Iouis Statoris Aedes, & pars Sacræ viæ accliuis occurrebat; vt paulò post.

Vbi esset
Sacra via.

Verùm vt fines Sacræ viæ statuatur, repetendum est quod Varro loco citato ait. *Ceroliensis à Carinarum iunctu dictus Carina, postea Cerionia, quod hinc oritur caput Sacræ viæ.* Et paulò ante: *Cum Caelio coniuncta Carinæ.* Carinæ autem locus erat prope Amphitheatrum Flauium, qui quod olim domus instar Carinarum haberet, Carinæ dictus est, postea domo Pompeij nobilitatus. Porro Carinæ, cum in valle inter Cælium, & Esquilias se continuerent, & circa Aedem S. Clementis inciperent, ad ipsum Amphitheatrum, initium dabant Sacræ viæ. Ea verò iuxta Montem Palatinum ad Templum Iouis Statoris producebatur. Plutarchus: in vita Ciceronis: *εἰς τὸ τῆς Στῆσιον διῶς ἱερὸν, ὃν εὐτόρεα ῥωμαῖοὶ καλοῦσιν ἰδρύματι ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερᾶς οὐδοῦ πρὸς τὸ παλαιὸν ἐπιόντων.* quod interpretes vertit, *In Aedem Iouis Statoris, quæ est in capite Sacra viæ, quæ ascenditur in Capitolium.* Sed vt prima omittam, quæ Græcis quadantenus respondent, postrema corrigenda omninò sunt. Neque enim Capitolij, sed Palatij meminit Plutarchus, quod è Sacra viâ ascendebatur. quod alij passim tradunt. Dionysius: *Romulus Ioui Statori Templum consecrauit apud portam Mugoniam, ducentem è via Sacra in Palatium.* Asconius: *Domum Scauri in ea parte Palatij esse, quæ cum ab Sacra viâ descenderis.* Dion: *Cilonem ducunt Sacra viâ,*

Lib. 2. Antiquit. In Orat. pro Scauro.

ut perducant in Palatium. Herodianus: *Vestales Virgines, raptum Palladium, media Sacra via in aulam Imperatoris transfulerunt.* Martialis: Lib. 1.

Inde sacro veneranda petes Palatia cliuo. Ep. 71.

Cliuum enim in Sacra via posuit Varro, & Horatius: hodieque ibi descenditur. Herodianus: *Leetum è Regiæ, & Palatij vestibulo attollunt, perque viam Sacram in vetus Forum deferunt.* Vbi & alterius loci fit mentio, quo via mittebant, nempe Fori Romani. quod & lib. 2. tradit Lib. 4.

Herodianus: *Videt Seuerus per quietem, magnum quemdam, & generosum equum ornatum pbalericis Imperialibus, qui Pertinacem per Urbem veberet media Sacra via. Sed ubi ad ipsam Fori peruenit ingressum, &c.*

Suetonius de Vitellio: *Seminudus in Forum tractus est inter magna rerum, verborumque ludibria per totum via Sacra spatium.* Idemque

confirmat domus Numæ, vulgò Regia, quæ proxima Templo Vestæ erat in Sacra via; cum ipsum Templum ad Forum esset. Asconius: *Facit & locus pugna: nam in Sacra via traditur commissa, in qua est Regia.* Ouidius:

Paruit; & ducens: Hac sunt Fora Casaris, inquit;

Hac est à sacris qua via nomen habet.

Hic locus est Vesta, qui Pallada seruat, & ignem:

Hac fuit antiqui Regia parua Numa,

Inde petens dextram, porta est, ait, ista Palati:

Hic sator: hoc primum condita Roma loco est:

Porro ad Regiam erat Fornix Fabianus, vt idem Asconius: *Fornix*

Fabianus Arcus est iuxta Regiam in Sacra via à Fabio Censore constructus, qui à denicis Allobrogibus Allobrox cognominatus est; ibique statuæ eius propterea posita est. Erat Fornix prope Templum Faustinae. Trebellius in Salonino Gallieno. *Fuit denique hætenus statua in pede*

Montis Romulei, Palatini, hoc est ante Sacram viam intra Templum

Faustina aduecta ad Arcum Fabianum. Prope Arcum Puteal Scribonij Libonis locatum est. quod erat locus in quo fuit Tribunal Prætoris,

vel ædificium, in quo ius dicebat Prætor à Libone ædificatum, dictumque à Puteo, qui inibi esset. Puteal enim tectum est, quo Puteus operitur. Horatius:

Roscius orabat, sibi adesses ad Puteal eras.

Et:

Forum Putealque Libonis

Mandabo siccis:

Nec tamen, vt docet Interpres, prope Iani Templum fuit: nisi post Neruam, Iano, qui erat in Foro Transitorio, propinquum dicatur esse.

Iam cum Sacra via in Forum mitteret, initium habens ad Iouis Statoris, quæ Aedes in ipsis Fori finibus erat, & ad radices Palatij, vt paulò post dicam; dubitationem non leuem relinquit, num ibi Sacra via desineret, an vsque ad cliuum Capitolinum extenderetur. Nam Trebellius in vita Salonini Gallieni. *Fuit denique, inquit, hætenus statua in pede Montis Romulei Palatini hoc est ante Sacram viam intra Templum Fau-*

In vita Vit.
tel. c. 17.

In Orat.
pro Mil.
3. Trist.
Eleg. 1.

Or. 2. con-
tra Verr.
Fornix Fa-
bianus.

Puteal Li-
bonis.

Lib. 2.
sermon.
Sat. 6.

Lib. 1. Ep.
ep. penult.
Labinus.

Lib. 19.
cap. 1.
Sueton. in
vita Cæs.
cap. 46.

Flina aduecta ad Arcum Fabianum. Adhæc Hermannus Contractus in Chronico, & Anastasius tradit, quod & alij Scriptores Ecclesiastici tradidere, Fœlicem huius nominis Quartum Pont. Max. Aedem SS. Cosmæ, & Damiani condidisse. *In loco, qui appellatur via Sacra, ubi Aedes Remi ac Romuli fuisse aiunt.* Et in vita Constantini Papæ scribit, *in via Sacra ante Palatium acriter fuisse pugnatum.* Plinius autem: *Cæsar, inquit, Dictator totum Forum Romanum velis intexit, viamque Sacram ab domo sua ad cliuum vsque Capitolinum.* Præterea Varro, vt aiebam scripsit, *Sacram viam pertinere in Arcem: qua sacra quotquot mensibus in arcem ferrentur, & per quam Augures ex Arce profecti solerent inaugurare.* Ex quibus perspicue deducitur Sacram viam non vsque ad Templum Iouis Statoris, & initium Fori sub Palatio, sed vsque ad cliuum Capitolinum sub Capitolio, & ad Arcum Seueri fuisse productam. Quomodo ergo Plutarchus ait: *Ædem Iouis Statoris fuisse ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ. in principio Sacra via.* Videtur Varro hanc soluere difficultatem loco citato. Ait enim: *Huius Sacra via pars hæc sola vulgo nota, quæ est à Foro eunti primore cliuo.* & Festus: *Itaque ne eatenus quidem, vt vulgus opinatur, Sacra appellanda est à Regia ad domum Sacrificuli, sed etiam à Regis domo ad Sacellum Strenia: & rursus à Regia vsque in Arcem.* Egressis ergo à Foro prope Aedem Iouis Statoris pars viæ communi appellatione Sacræ occurrebat, mittebatque ad Amphitheatrum. Reliquam partem versùs Capitolium, & cliuo coniunctam, etsi non ita vulgò notam, & forsasse populari vocabulo aliter appellatam, peritioribus tamen constabat Sacram esse. Et verò, cum ad Aedem Iouis Statoris fuisset olim portam Palatij, credibile est ibi fuisse viæ terminum: eandemque postea processisse angulosam, & conuersam versus Aedem Romuli, nunc SS. Cosmæ, & Damiani: inde ante Templum Faustine ad cliuum Capitolinum, & Arcum Septimij Seueri restà excurrisset. Sic Aedes Iouis Statoris erat in capite viæ vulgari cognomento Sacræ. Vnde & Triumphantes ingrediebantur in Forum, reliqua parte viæ prætermittita. Nam, vt aiebam supra ex Cicerone, è Foro currum fledebant Triumphantes in Capitolium.

7. Verr.

Templum Iouis Statoris. Cap. XIII.

Lib. 3. Antiquit.
Vbi esset Templum Iouis Statoris.
Lib. 1.

POST Sacram viam recognoscendum est Templum Statoris Iouis. de eo sic Dionysius: *Romulus Ioui Statori, Templum posuit, apud portam Mugoniam ducentem è via Sacra in Palatium.* Quam portam ego supra constitui contra Templum SS. Cosmæ, & Damiani. Hæc melius constabunt ex Liuiio. Nam cum Tatius Rex Sabinorum proditione Tarpeia Capitolium occupasset, & Romanus, inquit Liuius, *exercitus quod inter Palatinum Capitolinumque Collem Campi est, compleffet: non prius Sabini descenderunt in equum, quàm ira, & cupiditate recuperanda Arcis stimulante animos, in aduersum Romani subie-*

subiere. Principes utrinque pugnam ciebant: ab Sabinis Metius Curtius: ab Romanis Hostius Hostilius. Hic rem Romanam iniquo loco ad prima signa animo, atque audacia sustinebat. Ut Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies, sussequè est ad veterem portam Palatij. Tum Romulus, & ipse turba fugientium actus, ut fugam suorum sifteret; Hic ego, inquit, tibi Templum Statori Iouis voueo. Vbi & postea locatum est, cum Romani, seu forte, siue adhortatione ducis, siue alia de causa constitissent. Quo loco Linius campum, quem inter Palatinum, & Capitolinum Collem dixerat completum Romano exercitu, postea Romanum Forum appellauit. Metius Curtius, inquit, ab Sabinis Princeps ab Arce decurrebat, & effusos egerat Romanos toto quantum Fori spatium est. Nec procul iam à porta Palatij erat. Ex quibus hæc certa deducuntur. Romanos à cliuo Capitolino cepisse fugam toto Fori spatio fugisse: ibi stetisse Romulum, & alios fugientes tenuisse, in finibus Fori ad Palatij portam, ibi postea Templum conditum. Ouidius confirmat:

*Tempus idem Statoris erit; quod Romulus olim
Ante Palatini condidit ora iugi.*

6. Fast.

In oratione, antequam Cicero iret in exilium: teque Iuppiter Stator, cuius Templum à Romulo victis Sabinis in Palatij radice cum victoria est collocatum. Porro cum alia Romæ Tempa essent Iouis Statoris, hoc antiquissimum, & princeps fuit. Quamquam, ut ait Linius, multò post Romulum conditum fuerit, contrà quam scripsit Ouidius. Fabius, inquit, ambos Consules in Samnio, & ad Luceriam res gessisse scribit: inque ea pugna Iouis Statoris Aedem votam, ut Romulus ante vouerat: sed sanum tantum, idest locus Templo effatus iam sacratus fuerat. Caterum hoc demum anno, ut Aedem etiam fieri Senatus iuberet, bis eiusdem voti damnata Respublica in religionem venit. Inter cetera, quæ arserunt Neronianò incendio, Aedes Iouis Statoris vota Romulo exusta est, ait Tacitus. Et tunc vel Nero ipse, vel Senatus Populusque Rom. restituendam curauit. Fama est, doctis viris etiam referentibus, striatas tres Columnas in campo nunc Boario, ad hortos Farnesianos, & Palatium adhuc stantes cum admirabilis artificij Epistilio, & Corona, eius Templi fuisse: quas in fronte duplici porticu, in latere simplici haberet. Cuius Ichonographiè lineauit. Nec tamen id ita exploratum est, ut omnem dubitationem exhauserit. Videtur enim illud ædificium aliquanto plus à Palatino distare, quam Historici referant.

Lib. 10.

Quando
extructū
Templum
Iouis Sta-
toris.



VESTIGIA PORTICVS IOVIS STATORIS.

Hoc Templum altera VIA contingebat vulgari cognomento Noua: Via noua. quæ secundum Palatij radices Foro iungebatur. Lilius: *Ex superiore* Lib. 1. parte ad ium in nouam viam versa; habitabat enim Rex ad Iouis Statoris, populum Tanaquil alloquitur. Ouidius:

Fortè reuertebat festis Vestalibus, illa;

Fast. 6.

Quæ Noua Romano nunc via iuncta foro est.

postea locum describens, ait:

Hic ubi nunc fora sunt, vda tenuere paludes;

Amne redundatis fossa madebat aquis.

Ideò in rei memoriam matronæ nudo pede noua via commeari solebāt. Idem: *Huc pede matronam nudo descendere vidi.*

Aquas autem, quas deriuarunt, exiccaruntque, vallis colligebat Capitolinum, & Palatinum Montem interiacens, quam postea Foro dederūt. Dionysius: *Planiciem Capitolio subiectam excisa sylua, & stagno, quod* Lib. 2. *propter loci cauitatem erat aquarum è vicinis montibus manantium receptaculum, terra congesta repleto, in huius quod nunc, Fori est, usum verterunt.* Rom. Ant. Hæc ergo planicies non modo Capitolio, sed etiam Palatio, vt Forum, subiecta fuit. Strata est enim ibi via Noua, quæ secundum Palatij radices Capitolio obuersas in Forum desinebat, & altera sui parte tendebat in Velabrum.

Aedes Concordiæ, & Saturni. Cap. XIV.

IAM redeundum ad cliuum Capitolinum, & de Concordiæ Templo statuendum est; quod sanè cliuo proximum fuit. Constat id ex pluribus Ciceronis locis, hic enim Consul vocato Senatu in Aedem Concordiæ, eodem comprehensos coniuratos adduxit, & circum Aedem, custodiæ causa Equites Romanos disposuit, quos in cliuo Capitolino dicit fuisse. Cum, inquit, *in hac cella Concordia, in qua me Consule salutare sententia dicta sunt.* Et: *Quis enim Eques Romanus, cum Senatus in hoc Templo esset, in cliuo Capitolino non fuit?* Et alibi: *Equites Romanos daturos illius diei pœnas, qui me Consule cum gladijs in cliuo Capitolino fuissent.* Et: *Nonarum Decembriū, qui me Consule fuissent, cliuque Capitolini pœnas ab Equitibus Romanis esse repetiturum.* De iisdem Salustius: *Nonnulli Equites Romani, qui presidij causa cum telis erant circum Aedem Concordia, egredienti ex Senatu Cesari gladio minitarentur,* Cæterum hoc Tempium inter Capitolium, & Forum extructum est, ipsi Foro, & concionibus imminens, vt testatur Plutarchus. Ouidius autem prope gradus Iunonis Monetæ, quæ erat in Arce, collocat Aedem Concordiæ.

Aedes Concordiæ ad cliuū Capitolinū.

Philipp. 2.

Ibid.

In Or. pro Sext.

In Or. post red. in sen.

In Camillo.

Candida te niueo posuit lux proxima Templo,


Quæ fert sublimes alta Moneta gradus:

Nunc bene prospicies Latiam Concordia, tarbam;

Nunc te sacrata constituere manus.

Fast. 1.


*Furius antiquam populi superator Hetrusci
 Vouerat ; & voti soluerat ille fidem .
 Causa, quòd à Patribus sumptis secesserat armis
 Vulgus ; & ipsa suas Roma timebat opes .
 Causa recens melior : sparsos Germania crines
 Porrigit auspicijs, dux venerande, tuis .
 Inde triumphata libasti munera gentis :
 Templàque fecisti, quam colis ipse, Dea .
 Hac tua constituit genitrix, & rebus, & ara,
 Sola thoro magni digna reperta Louis .*



AEDES CONCORDIAE,
 In cliuo ad Arcum Septimij.

Quibus sane versibus videtur docere, Templum Concordiæ à Tiberio dedicatum idem fuisse, quod Camillus olim propter populi seditionem crexerat. Et ego ita sentientibus, quomodo cum gradibus Monetae illud possent componere, supra exposui. Sed tamen aliud omnino esse censendum est. Nam Aedem Concordiæ structam à Camillo, postea incendio consumptam & restitutam, stante adhuc integra porticu, ut monent Antiquarij, videmus ad arcum Septimij Seueri, fere ad finem cliui Capitolini, & radices Capitolij.

Aedes Cō
cordiæ in
cliuo.



AEDIS CONCORDIAE VESTIGIA. Gra.

Gradus autem Monetæ sublimes fuere in summa Arce. Deinde inter Aedem Monetæ, & Concordiæ, mediæ erant substructiones quadrati lapidis, quæ sustinebant muros, turres, moleisque Capitolij. Quare Monetæ gradus, vt descenderent ad Aedem Concordiæ, debuerunt substructiones illas discindere ac diuidere. quod in Arce adeo tuta, & non expugnabili quis factum credat? Cum præsertim Aedes Monetæ XLIV. post annos extructa fuerit, quam munitiones Capitolij: nec causa afferri possit, cur eas tunc Romani demoliri voluerint, vt gradus illos apponerent.

Dices: Gradus centum Tarpeïæ rupis nonne diuidebant substructiones? Respondeo, gradus illos ab ima valle pertinuisse ad summum substructionum. Ibi autem in ipsis muris Arcis, fuisse fores, quibus aditus erat ad rupem. quod etiam seruatum est in duobus cliuis, quorum in capite erant constitutæ fores. Non ita dices de gradibus Monetæ, qui non intermissi, vt in cæteris Templis, in ipso Aedis vestibulo finiebantur, quæ erat in summa Arce. Quod si per hos abruptis substructionibus, in Arcem licebat euadere, cur Vitelliani milites hos ab Aede Concordiæ incipientes, propioresque cliuo Capitolino, & ascensu faciliores reliquerunt? per angustum alium cliuum, & Asyli aditum voluerunt irrumpere? Igitur nulli isti gradus extra substructiones, & frustra ab auctoribus quæsit, vel induci. Templum vero ab Ouidio descriptum in summa Arce ad ipsos Monetæ gradus statuendum est, longe seiunctum ab eo, quod Camillus struxerat. Legendi hac super re interpretes. Quæ autem de Camillo memorantur à Poeta, id significant; vt quemadmodum ille Aedem Concordiæ propter populi disensionem vouit, & struxit: sic Tiberius propter pacatam Germaniam: seu Liuiam propter concordiam cum Augusto, aliam ædificari. Sed quis eorum struxit, dedicauitque? Suetonius Tiberio attribuit. *Dedicauit, inquit, & Concordia Aedem Tiberius, item Pollucis & Castoris suo fratrisque nomine.* Dion. *Fanum Concordia sibi parari iussit, vt suo id, & Drusi nomine inscriberet, ac deinde triumphauit. Triumpho perfecto Templum Liuiam dedicauit cum matre. Et: Anno sequenti Tiberius Aedem Concordia sacrauit, inscripto suo, & fratris Drusi vita pridem functi nominibus.* Varius Ouidius:

Alia Aedes Concordiæ in Arce prope Monetam.

In vita cap. 20. Dion l. 55.

Id. lib. 36.

Fast. lib. 1.

Fast. lib. 6.

De Tiberio: *Templaque fecisti, quam solis ipse, Dea.*


De Liuiam: *Te quoque magnifica Concordia dedicat ade, Liuiam: quam caro prestitit illa viro.*

Et:

Hac tua constituit genitrix, & rebus, & ara.

Sed ex his colligitur, Tiberium fecisse Templum: Liuiam eius matrem instruxisse ara, suppellectili, & rebus omnibus spectantibus ad sacrificia, & ornatum: eademque cum filio dedicasse. Verum vt ad aliam Aedem Concordiæ reuertamur longe ab arce positam ad Arcum Seueri, cum hæc esset olim ad cliuum, ostendit eundem esse, quo nunc ascenditur in Capitolium. Seuerus enim illum Arcum transgressus in Arcem ascendit: sed qua alia via, nisi quam definimus, ascendere potuit?

Obj-



AERARIVM

*Ex altero cliuo ad radices rupis Tarpeie
nunc Aedes S. Saluatoris in Aerario.*

Obijciunt contra: fuisse Aedem Concordiae propinquam Templo Saturni, quod & Seruius tradit. Olim vero Aerarium Templo Saturni (causas referente Plutarcho) adiectum est, appensaque eidem statera. Caeterum hac aetate Templum quoddam peruatustum S. Saluatoris cognomento in Statera, siue in Aerario Templo S. Mariz cognomento in Porticu vicinum est. Ibi ergo olim Saturni Templum, & Concordiae. Ex quo pre-

Plutarch.
in qu. Ro-
man. q. 42
Var. lib. 5.
de lingua
Latina.

præterea sedem ibi Fori constituunt. Sed hi auctores inficiari non possunt, Saturni Templum fuisse ad Arcum Seueri. Cum enim ibi esset cliuus, quo vectus est in Capitolium Septimius Seuerus, & ad cliuum Aedes Concordiæ, conficitur, & proxime Saturni Aedem fuisse. Liuius: *Porticum ab Aede Saturni in Capitolium Censores fecerunt. Quæ videlicet porticus in dextera parte cliui Capitolini, vt supra dixi ex Tacito, fuit, & prope Aedes Concordiæ, de qua loquimur.*

Dec. 5. l. 1. Saturni Aedes ad Aeriariū. Marlian. lib. 3. c. 16. Fulu. de Foris. Saturni quidem Aedes Concordiæ proxima, vbi nunc Aedes S. Adriani, ponitur ab Antiquarijs. Consentiant hæc cum veterum dictis. Seruius; *Ossa, inquit, Orestis ab Aricia Romam translata, & condita ante Templum Saturni, quod est ante cliuum Capitolinum.* Festus, qui docet Aedem Concordiæ positam inter Capitolium, & Forum: idem ait, Templum Saturni in imo cliuo Capitolino fuisse: vbi & Aerarium fuit, vt tradit Solinus, & Plutarchus. Præterea ad Aerarium fuisse Forum ostendit

Cap. 2. Loc. cit. In arg. Or. pro Milone. Asconius; nam cum Milonis iudicium ageretur in Foro: *Præsidia, inquit, in Foro, & circa omnes Fori aditus Pompeius disposuit. ipse pro Aerario, vt pridie confedit, septus delecta manu militum. post, tantum silentium toto Foro fuit, quantum esse in aliquo Foro posset.* Quod si ex alia Capitolij parte colitur Aedes S. Saluatoris in Aerario, vt demus cognomen-


In vita cap. 49. Lib. 55. Lib. 53. tum ab Aerario aliquo veteri deriuatum; (quod tamen inficiari quis potest, vt paulo post) idonea responsio est: Quemadmodum non vnum in Vrbe Saturni Tempus fuit: ita nec vnum fuisse Aerariū. Testatur Suetonius, *Augustum constituisse Aerarium militare cum vectigalibus nouis.* Et Dion. *Augustus, inquit, pro se, & Tiberio pecuniam in Aerarium, cui militaris nomen indidit, intulit.* Quod & ante dixerat: *Agrippa abdicatus est ab Augusto. eius facultates in Aerarium militare relatae.* Capitolinus de Marco: *Cum ad hoc bellum omne Aerarium exhaustisset suum.*

Aerarium militare. Vulcatius in Auidio Cassio: *Quæ Antoninus in priuatum Aerarium congeri noluit, Quare Senatu precipiente in Aerarium publicum sunt relata.* Trebellius in Claudio, recitans Epistolam Valeriani Augusti: *Huic, inquit, Salarium de nostro priuato Aerario dabis.* Hoc ergo Aerarium solis stipendijs militaribus constitutum quis neget ab Aerario veteri Reipublicæ fuisse discretum? & fortasse ab altero secernebatur, quod proprium Augustorum fuit, vt ex Capitolino, & Vulcatio recitauit: Cum autem & hoc sub tutela Saturni statuendum esset; huius quoque noua Aedes sub Augusto ædificata est à Munatio Plânco, cuius meminit Suetonius: *A Munatio, inquit, Plânco Aedes Saturni extructa est.* Quare hanc Aedem Aerario adiectam, vbi Aerari cognomentum aiunt super-

De quo Lib. 1. 2. c. 4. fuisse, iure suo collocent.

In vita Aug. c. 28. Opponunt adhuc Milliarium aureum, quod verè illis obstat. Erat autem Milliarium aureum, *Aurea Columna, vt in Othone scribit Plutarchus inquam omnes via Italia desinebant: In capite Romani Fori statutum, vt Plinius: sub Aedem Saturni, vt Tacitus, & Suetonius.* Hanc igitur prope antiquam illam Aedem S. Saluatoris in Aerario collocant. Probabilis Marilianus: *Erat autem, inquit, Milliarium aureum Colum-*

Milliarium aureum. Oth. c. 6. Lib. 3. c. 5. Lib. 1. h. In vita Oth. c. 6.



VESTIGIA AEDIS SATVRNI CVM AERARIO
*in cliuo Capitolino ad Arcum Septimij
 nunc Aedes S. Adriani.*

na prope Arcum Septimij. Hic ergo Umbilicus Vrbs, sic enim dicebatur, Lib. 3.
 quod ab eo mensuræ viarum current, & in media Vrbe, hoc est in loco cap. 18.
 eius celeberrimo esset, si prope Theatrum Marcelli, vt volunt, ponatur, Fulu. lib. 3.
 ponetur prope Vrbs muros; cum in propinquo esset porta Carmentalis in For.
 ad Forum nunc Montanarium, vt alijs dixi. Quare Columna Milliarum Rom.
 ria in capite Fori ante Aedem Saturni, nunc S. Adriani verissime collocabi-

Lib. 2. An-
nat.

cabitur. Porrò ne hoc omittam. Ad Aedem Saturni Arcus suere positi Tiberio Principe. Tacitus: *Fine*, inquit, *anni propter Aedem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa, duèu Germanici, auspicijs Tiberij dicantur.*

Dec. 3. l. 7.
In regio-
ne viij.

Præterea vbi hi auctores Aedem Saturni, & Forum collocant, vicus Iugarius fuit, qui secundum radices rupis Tarpeia, & Capitolij tendebat in Forum. Lilius: *A porta Carmentali Iugario vico in Forum venire.* Iugarium autem dixere, quod ibi esset Ara Iunonis Iugæ, quam præesse matrimonio putabant, auctore Sex. Pompeio. In eodem vico fuisse Templum Opis, & Saturni testatur P. Victor: eundemquæ Thurarium appellat. Igitur ex Iugario, vel Thurario vulgus fortasse facile finxit Aerarium, Temploque S. Saluatoris ibi condito cognomentum adiecit in Aerario.

Velabrum, Boarium Forum, Cap. XV.

4. de ling.
Lat.
Lib. 4.
Eleg. 10.

VLTIMO fines Velabri, & Fori Boarij nobis circumscribendi sunt. Fuit autem Velabrum inter Forum Romanum, Palatium, & Auentinum, quia, vt ait Varro; *Olim ex Vrbe in Auentinum à reliqua Vrbe paludibus disclusum vebebantur ratibas.* Propertius:

*Quà Velabra sua stagnabant flumine, quæque
Nauta per urbanas velificabat Aquas.*

Velabrum
vbi esset.
Lib. 1,

Pertingebat autem Velabrum ad radices Palatini Collis vt idem insinuat Varro, qui ait: *Sacrificium fit in Velabro, quæ in Nouam viam exitur.* Hæc autem via, vt supra dixi, à Templo Iouis Statoris bipartita, vel desinebat in Forum, vel secundum radices Palatij exibat in Velabrum. Certum verò est tam ibi, quam in proxima Valle Circi Maximi inundantes aquas Tiberis stagnasse. Fusc id Ouidius:

*Fortè reuertebat festis Vestalibus illa;
Quà via Romano nunc Noua iuncta Foro est.*

*Huc pede matronam nudo descendere vidi:
Obstupui tacitus, sustinuique gradum.*

*Sensit anus vicina loco, iussumque sedere
Alloquitur, quatiens voce tremente caput.*

*Hic vbi nunc fora sunt, vda tenere paludes;
Amne redundantis fossa madebat aquis.*

*Curtius ille lacus, siccus qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit.*

*Quà Velabra solent in Circum ducere pompas,
Nil præter salices, erassauit canna fuit.*

*Sapè suburbanas rediens conuiuia per undas,
Cantat; & ad nautas ebria verba iacit.*

Non dum conueniens diuersis iste figuris

Fast. 6.

Nomen ab auerso ceperat amne Deus.

Hic quoque lucus erat iuncis, & arundine densus,

Et pede velato non adeunda palus.

Stagna recesserunt; & aquas sua ripa coërcet;

Siccæque nunc tellus; mos tamen ille manet.

Hic, ubi nunc Fora sunt, lintres errare videres,

Quæque iacent valles, Maxime Circe tua.

Hæc stagna, & paludes quamquam ante Romani emittere, & deriuare voluerant, egregio tandem opere subitru tis cloacis Tarquinius Romanorum quintus Rex exiccavit. Neque, quod ego legerim, aliud auerso Tiberi patefactum iter, aut alueus detortus est, quod inculcant Poëtæ; sed solum ex planis iniquè vallibus, quas Tiberis inundabat, euectæ sunt aquæ, simul fortasse repurgato laxatoque alueo, ne fluuius effunderetur. Propertius:

Hæc quondam Tiberinus iter faciebat; & aiunt

Remorum auditos per vada pulsa sonos.

At postquam ille suis tantum concessit alumnis,

Vertumnus verso dicor ab amne Deus.

Ouidius: *Non dum conueniens diuersis iste figuris*

Nomen ab auerso ceperat amne Deus.

Hic est Vertumnus, seu Vortumnus, cuius signum erat in vico Tusco, qui pars Velabri fuit. Cicero: *Quis à signo Vertumni in Circum Maximum venit?* Velabrum hodieque indicat Aedes S. Georgij cognomento in Velabro. ibi enim erat; aliterque in Velo aureo corrupto cognomine.

Adiunctum Velabro fuit Boarium Forum. immo aliquã Velabri partem Forum Boarium cepit. De cuius appellatione infra. Ouidius:

Pontibus & magno iuncta est celeberrima Circo

Area, qua posito de Boue nomen habet.

Quæ verba fines Fori circumscribunt. Circus enim Maximus longitudinem vallis inter Palatinum, & Auentinum occupauit. A quo ad Tiberim, quem eo loco pontes Senatorius, & Sublicius iungebant, secundum Auentini radices area producta, & ad Templum S. Georgij conuersa, inde rediens ad Circum, spatium definit Boarij Fori. Linius: *Incendio à Foro Boario orto diem, noctemque adiscia in Tiberim versa arserunt.*

Quare fluuius iungebatur. Situm præterea Boarij Fori notat Inscriptio in veteri Arcu quadrato marmoreo ad S. Georgium, in quo Seuerus Augustus, Iulia Augusta, & Antoninus Cæsar, aliaque instrumenta sacrificiorum insculpta sunt.

Vertumnus.

Idem lib. 3. Fast.

El. 2. lib. 4.

Ouidius Fast. 6.

Var. lib. 4. de lingua Latina. 3. Ver.

6. Fast.

Fines Fori Boarij.

Lib. 3. Dec. 4.



ARCUS SEPTIMIO, ANTONINO ET IULIAE ERECTVS.

IMP. CAES. I. SEPTIMIO. SEVERO. PIO. PERTINACI. AVG. ARABIC. ADIABENIC. PARTH. MAX. FORTISSIMO. FELICISSIMO
 PONTIF. MAX. TRIB. POTES. XII. IMP. XI. COS. III. PATRI. PATRIAE. ET
 IMP. CAES. M. AVRELIO. ANTONINO. PIO. FELICI. AVG. TRIB. POTES. VII. COS. III. P. P. PROCOS. FORTISSIMO. FELICISSIMOQUE. PRINCIPI. ET
 IVLLAE. AVG. MATRI. AVG. N. ET. CASTRORVM. ET. SENATVS. ET. PATRIAE. ET. IMP. CAES. M. AVRELLI. ANTONINI. PII. FELICIS. AVG
 PARTHICI MAXIMI BRITANNICI MAXIMI
 ARGENTARI. ET. NEGOTIANTES. BOARI. HVIVS. LOCI. QVI. INVEHENT. DEVOTI. NVMINI. EORVM

Erat igitur hic eorum locorum situs .
 A porta Carmentali, nunc Foro Montanario Iugarius vicus secundum radices Capitolij porrectus desinebat in Forum Romanum . Velabrum aliqua sui parte vico Iugario propinquum fuit, interpositis duntaxat domibus, & Basilicis: tum in parte ipsa Velabri Boarium Forum, quod Palatinum, Auentinum, Circum Maximum, & Tiberim attigit. Liuius: *A porta Carmentali Iugario vico in Forum venere. In Foro pompa constitit. Inde vico Tusco, Velabroque per Boarium Forum in cliuum publicum, qui ducebat in Auentinum, atque Aedem Iunonis Reginae perrexitum.* Et Plautus, cum varia Fori loca numerasset, subdit:

In Tusco vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese venditant.

In Velabro vel pistorem, vel lanitum, vel barufficem.

Propterea, & pompa Circensis descendens e Capitolio per Velabrum ferebatur in Circum. Propertius;

Qua Velabra solent in Circum ducere pompas.

Et Cicero: *Quis a signo Vertumni in Circum Maximum venit? quam tu via Tibensarum, atque pompa eiusmodi exegisti.* Quae & Boario Foro transibat, quod Circo iungebatur. Demum vicus Tuscus partem Velabri, Boarijque Fori occupavit, de quo infra. Quamuis Plautus loco citato videatur vicum a Velabro seiungere.

Dec. 3.
lib. 7.

In Curcul. act. 4.
lc. 1.

Or. 3. in Verr.
Vicus Tuscus.
Lib. 5.
Ant.



Circumſcribuntur fines Romani Fori.

Cap. XVI.

Forū Romanū inter Palatium, & Capitolium.

HIS ita circumpoſitis, Romanum Forum inter Palatinum Collem, & Capitolium collocandum eſt. Et quia longius aliquanto quàm latum fuit, à Capitolio ad Palatium latitudo: longitudo à Sacra via ſita olim pro Templo Saturni nunc S. Adriani, uſque ad Aedem Virginis à Conſolatione appellatam, aut amplius excurrit. Id Antiquarij rem tanquam certam, & exploratam hætenus ponebant. Sed quoniam Cardinalis Baronius, tantus auſtor, refragatus eſt, qui ſtatuit Forum ad Aedem S. Nicolai cognomento in Carcere Occaſum verſus; Pompeius Vgonius, cum Italica lingua ſcriberet de Stationibus Vrbiſ, nonnullis rationibus comprobauit, quibus ego auſtis, & roboratis alias ſubnectam.

Lib. r.

Primò ergo probant allata Liuij verba: *Effuſos egit Romanos toto quantum Foro ſpatium eſt.* Hanc ego rationem vrgeo repetitis ijs, quæ ſuprà de Templo Iouis Statoris dicta ſunt. Conditum eſt enim Templum ad radices Palatij, vbi ſteterunt Romani, qui antea Sabinos ex Arce Capitolina decurrentes, toto quantum Foro ſpatium eſt, fugerant. Igitur Forum deſinebat ad Templum, quod cum eſſet ad veterem Palatij portam Mugoniam nomine, eo quoque Forum pertinebat. Hæc vt clariora eſſent cum locorum ſitu deſcribenda cui auſi.

Confirmat Sacra via, è qua, vt ex Dionyſio dicebam, porta Mugonia mittebat in Palatium, ea nempe parte, quæ exurgit è regione Aedis SS. Coſmæ, & Damiani. Ad eum ergo Palatij angulum pertingebat etiam Forum. Demonſtrat idem, & via Noua, quæ prope Templum Iouis Statoris deſinebat in Forum.

Tacit. l. 3.
Annal.

Secundò, Tacitus deſcribens fines Vrbiſ conditæ à Romulo: *Igitur, inquit, à Foro Boario ſulcus deſignandi oppidi cæptus. Inde certis ſpatijs interiecti lapides per ima montis Palatini ad aram Conſi: mox ad Curias veteres: tum ad ſacellum Larium, Forumque Romanum.* Quæ loca priſcis inſignita nominibus, ita nouis adſcitis recenſeremus. In area, ante Templum S. Anſtaſiæ deſignari cæpta ſunt mœnia. Inde dextrorſum ſecundùm Circenſem vallem hortorum, radiceſque Palatij ducta: tum flexa verſus Arcum Conſtantini, inde ad Arcum Titi, iacentemque vallem inter Palatinum, & Capitolium, vbi poſtea Forum fecere. Quare non alio in loco fuiſſe dicendum eſt.

Templum
Pacis Foro
proximum.

Tertiò, Suetonius in vita Veſpaſiani: *Fecit, inquit, & noua opera: Templum Pacis Foro proximum.* Superſtites eius Templi reliquias videmus, quibus & Fori ſitum deſignare poſſumus. Reſpondent, Templum Pacis fuiſſe Foro proximum, nempe regioni octauæ Vrbiſ, quæ Forum Romanum inſcribitur. Qua reſpoſiſione multas dubitationes amoueri poſſe autumant. Verum hac reſpoſiſione quamuis forte vim verborum Suetonij poſſent effugere, quæ non regionem, ſed Forum ipſam verè ſignifi-

gnificant: tamen alios scriptorum locos non rectè interpretantur; Nam via Nova quam supra diximus Foro fuisse iunctam, à Sexto Rufo ponitur in regione ipsa Fori Romani. quomodo igitur regioni iuncta erit? Deinde quod antea ex Liuiο afferēbam, *Romanos fugisse toto quantum Foro spatium est*; Num intelligēt fugisse tota regione Fori? hæc enim præter tot alia locorum spatia, ipsum Capitolium complectebatur, quo Romani ascendere non potuerunt. Nec opinor proferri possunt verba scriptorum, quæ huiusmodi loquutione, *in Foro, vel in Foro Romano*, regionem significant. Neque enim tueri se quisquam potest P. Victoris, aut Sexti Rufi auctoritate, qui in descriptione regionum Urbis, earum nomina præscribere debuerunt. Quando enim absolutè Forum, vel Forum Romanum scribitur, ipsum Forum est intelligendū, non regio octaua Urbis, in qua Forum est. Alioqui benè diceretur, Capitolium est in Foro: Templum Iouis Feretrij est in Foro, quod quis dixit, aut legit? rectè autem dicitur Templum Iouis Feretrij est in regione Fori. Sic etiam cum legimus aliquid fuisse ædificatum, aut peractum in Circo, intelligimus Circum Maximum, aut Flaminium, non regionem vndecimam Circi Maximi, aut nonam Circi Flaminij.

Quarto afferuntur Dionysij verba: *Post mortem vero Bruti Collegæ eius Valerius plebi suspectus fit, tanquam sibi regnum comparans, quia domum sibi loco inuidioso extruebat, Collem eligens imminentem Foro, valde altum & præruptum, quem Romani Veliam vocant*. Respondent, Veliam fuisse in Capitolio, & Foro, quod collocant ad Theatrum Marcelli, imminentem; nempe, inquit, eminentiorem partem Tarpeij Collis, quæ in Occidentem obuersa est. Sed mirum, Veliam poni in Capitolio, cum P. Victor *Veliam in Palatio, decima regione Palatij numeret*: & Capitolium sit in octaua. Vatro autem, cum de Palatino dixisset, *Nauus Balantium appellat*, pergit: *huic Germalum, & Velias coniunxerunt*. Idem; *In Velia apud Aedem Deum Penatium*. Hæc fuit in imo Palatio. Solinus; *Tullius Hostilius, habitauit, in Velia, vbi postea Deam Penatium Aedes facta est*. Liuius; *Aedes Deorum Penatium in Velia de Cælo facta erat*: Dionysius; *Templum, Deorum Penatium, Romæ non procul Foro ostenditur, secundum viam, quæ ad Carinas fert compendio, situm in loco obscuro propter circumiecta ædificia*. Hæc via, vel est Sacra, ortum ducens à Carinis, ultra Amphitheatrum, vel Sacræ proxima. Et hic Dionysij locus ostendit Forum ibi, vbi nos ponimus fuisse non longe à Carinis, vt & Virgilius;

Velia vbi
esset.

Cap. 2.
Dec. 5.
lib. 5.
Lib. 1.

passimque armenta videbant
Romanoque Foro, & laetis mugire Carinis.

Lib. 8. Aeneid.

Tacitus loco supra citato; *Mox ad Curias veteres, tum ad sacellum Larium, Forumque Romanum*. Curia veteres ad Arcum Constantini ponuntur ab Antiquarijs, inde fines Urbis ducti ad sacellum Larium, seu Penatium, prope ingressum horreorum Farnesiorum, tum in Forum Romanum. Idem Tacitus loquens de Templis, quæ arserunt Neroniano incendio, ait *Aedesque Iouis Statoris vota Romulo, Numaque Regia, & delubrum*

lib. 15.
Annal.

Vestæ cum Penatibus Populi Romani exusta. Erant autem Aedes prope contiguæ ad radices Palatii. Demum Varro Velias distas ait, *Quod ibi Pastores Palatini ex ouibus ante tonsuram inuentam vellere lanam sint soliti, ex quo vellera dicuntur.* Velias dixit, quoniam erat ima, & summa Velia; summa in summo Colle, in imo ima, apud quam Aedes Penatium. Liuius: *Et edificabat, Valerius, in summa Velia.* Plutarchus: *In Velia quam vocant, Foro imminentem.* Sed Valerius Consul cum propter ædificationem in summa Velia, vbi habitabat: regnum affectare diceretur, vt refert Liuius; in concione ad Populum: *Ego, inquit, si in ipsa Arce Capitolioq; habitarem, metui me crederem posse à Ciuibus meis.* Velia ergo alibi quam, in Capitolio quærenda. lege, qui idem docent Antiquarios.

Lib. 2.
In vita
Valer.

3. Catil.
Forum
Romanū
ad Orientem.

Quinto. Cicero signum louis in Capitolio excelsius factum tradit, & iussu Aruspicum conuersum ad Orientem: *Ac se, inquit, sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, Solis Ortum, & Forum, Curiamque conspiceret; fore vt ea consilia, qua clam essent inita contra salutem Vrbs, atque Imperij illustrarentur.* Capitolium, vt primo libro constitui Forum versus Orientem, aut inter ortum, & meridiem spectat, obuersumque Palatinum, ad cuius radices Curia, in qua habebatur Senatus, fuit. At planities iacens dextrorsum sub Tarpeia rupe ad Aedem S. Nicolai spectat Occasum; nec sibi Tullius constabit. Nec vero hic Forum interpretari possunt regionem Fori. Hæc enim Capitolium, & loca circumiecta comprehendens tam Ortum, quam Meridiem, & Occasum spectauit.

Sexto. Plutarchus in vita Ciceronis memorans supplicium eorum, qui cum Catilina in patriam coniurauerant. *Primum, inquit, à Palatio Consul Lentulum sumit, eumque per viam Sacram, mediumque Forum adducit. Forum egressus Consul cum ad Carcerem ventum esset, tradit licetori Lentulum, eumque strangulari iussit.* Sacræ viæ terminos supra definiuimus, nempe à Carinis vsque ad Templum Statoris contra Aedem nunc SS. Cosmæ, & Damiani; ibi enim mittebat in Forum, & altera sui parte conuertebatur ad Aedem Faustinae. At Forum si collocatur ad Aedem S. Nicolai plus nimio distat Sacra via.

Idem alijs rationibus vrgetur. Cap. XVII.

HÆC Pompeius, alijquæ viderint, à me partim propugnata, partim fusius exposita. Iam idem alijs non leuioris momenti rationibus conabor peruincere, quod circumposita Foro ædificia abundè demonstrant. In primis Aedes CASTORIS, quæ olim fuit in Foro. Neque vero hic aliquis inculcet regionem octauam, Fori appellatione nuncupatam. Nam Augustus, teste Suetonio, *Spatium Vrbs vicofque diuisit in quatuordecim regiones.* Quæ antiquitus quatuor erant, auctore Varrone, *Suburana, Esquilina, Collina, Palatina* in qua eodem Suetonio referente, natus est Augustus. Sed Castoris Aedes ante Augustum fuit in Foro, cum octaua Vrbs regio Fori nomine, nondū erat.

Aedes Castoris vbi esset.

In vita
Aug. c. 30.
In vita
Aug. c. 5.

Non-

Nonne, inquit M. Tullius, ab Aulo Posthumio Aedem Castori & Polluci in Foro dedicatam vides? Et alibi pluries. Liuius: Castoris Aedes eodem anno. Idibus Quintilibus dedicata est. Vota erat Latino bello, Posthumio Dictatore. Filius Duumvir ad id ipsum creatus dedicauit. Aliam causam affert Dionysius: Quod nimirum eo bello duo Iuvenes humanis maiores redeuntes ex praelio visi fuerint ex equis descendere seque lauare ad fontem proximum Templo Vestæ, quos populus, cum paulò post euauissent Castorem, & Pallucem esse ratus, iisdem Aedem posuit, vbi se videndos præbuerunt, propè Aedem Vestæ, quæ fuit ad Statoris. De fonte idem Dionysius: Qui, inquit, ad Aedem Vestæ profrenens paruum, sed profundam facit lacunam. Iturnæ lacum dixerunt. Ouidius:

*Fratribus illa Deis fratres de gente Deorum
Circa Iturnæ composuere lacus.*

Nam illud Tiberius suo, & Drusi fratris nomine restituit. Cæterum Aedes Castorum non modò erat in Foro, sed etiam ad radices Palatini Collis. Pomponius Lætus in Decio; *In Aede, inquit, Castoris, & Pollucis in parte Fori Romani versus Palatium cuius vestigia effodi vidimus.* Et vero cum in eo Colle esset Domus, & Palatium Cæsarum (Augustus enim ibi habitauit, & alij deinceps Augusti) C. Caligula partem Palatij ad Forum usque promouit, vt ait Suetonius, *atque Aede Castoris, & Pollucis in vestibulum transfigurata, consistens sæpè inter fratres Deos, medium se adorandum ad euntibus exhibebat.* Pensitanda sunt verba. *Promouit Palatium;* quod erat in Colle Palatino, usque ad Forum. Non ergo tanta loci distantia, vt putant, sed subiectum Colli, vbi & Templum. Nec sanè eò pertingere potuit Forum positum ad Aedem S. Nicolai. Nam inter illud, & Palatinum Capitolij pars, Forum Boarium, & Velabrum statuenda necessariò sunt. Porro Aedem Castoris (quod prætereundum hoc loco non est) referente Asconio, de Manubijs L. Metellus instaurauit, qui Metellus subactis Dalmatis, Dalmaticus appellatus est. Hæc eadem à Tiberio postea refecta, & dedicata est. Suetonius in vita Tiberij. *Dedicauit, inquit, & Concordiæ Aedem: Item Pollucis, & Castoris suo, fratrisque nomine de Manubijs.* Claudius item postquam à Caio mutata erat in vestibulum domus, iisdem Diuis, Dione referente, restituit. Domitianus etiam vel instaurauit, vel ornauit. Martialis:

Quid loquar Alciden, Pbebumquè, piòsquè Laconas?

Addita quid Latio Flauia Tempia polo?

Eodem in loco Forum statuendum est, propter Aedem VESTÆ, quam Numa Rex condidit ad imam partem Palatij propè suam domum, cognomento Regiam. Regia autem vt supra dixi ex Asconio, erat in Sacra via. Vtraquè autem propè veterem Palatij portam, Mugoniam nomine ad ima Collis, è regione Templi SS. Cosmæ, & Damiani. Ouidius:

Hæc est à Sacris, quæ via nomen habet.

Hic locus est Vestæ; qui Pallada seruat, & ignem:

Hæc fuit antiqui regia parua Numa.

Inde petens dextram, porta est, ait, ista Palati.

3. de Nat.
Deor.
Lib. 2.
Vrbis 270
Lib. 6.

Fast. lib. 1.

Suet. in
Cal. c. 22.
Dion. lib.
59.

In 3. or. in
Ver. ora. in
orat. pro
M. Scauro.
Cap. 20.

Lib. 60.

Lib. 9. Epi
gram. 4.

Aedes Ve
stæ, & Nu
mæ do
mus vul
go Regia
vbi essent.
3. de Trist.
Eleg. 1.

- Lib. 1. Epi Martialis: *Quærite iter, dicam: vicinum Castora cana
gram. 71. Transiit Vesta, virginemque domum.
Inde Sacro veneranda petes Palatia cliuo.*
1. de Di- Cui lucus erat adiunctus. Cicero: *à luco Vesta, qui à Palatij radice, in
uinat. nouam viam deuexus est. Via autem noua, quod supra exposui, ibi exitum
habebat in Forum. Fuluius multis argumentis confirmat Aedem*
- Lib. 3. in Vestæ fuisse, vbi nunc Aedes. S. Mariæ appellatione Liberatrici; & af-
Fore Ro- fert Epithaphia Vestalium Virginum in sepulchris ibidem refoffis in-
mano. sculpra. De eadem Aede ignem Vestæ perpetuum continente Diony-
sius: *Νομῶς δὲ τῷ ἀρχαίῳ ὠδοθεσίῳ τὰς ἀλλήθην ἐκίμασε τῆς φερατειῶν
ἑστίας, κοινῶ δὲ κατήσκητο πάντων μίαν ἐν τῷ μεταξὺ τῆς καπιτολίου, Ἐτὶ πα-
λατίου χωρίῳ συμπροπολισμῶν ἥδη τῆς λόφων ἐν τῷ βόλῳ, καὶ μέσης ἀμ-
φοῖν ἕσσης τῆς ἀγορᾶς, ἐν ἣ κατεπέτασαν τὸ ἱερόν τῆς διφυλακίῳ τῶν ἱερῶν.
Numias autem imperium accipiens priuatos quidem non mouit Curiarum
focos: communem autem constituit omnium vnum, in media, inter Ca-
pitolum, & Palatium ora, iam Collibus vno circuitu in Urbem compre-
hensis; & medio inter vtrumque existente Foro, in quo posuit Templum,
& custodem Sacrorum. Quid clarius? vt ostendatur Templum Foro ad-
iunctum, & Forum inter Capitolium, & Palatium?*
- Templum Non dissimili argumento est Templum CAESARIS Dictatoris, quod
Caesaris in Templo Castorum propinquum erat. De eo P. Victor in Regione viij.
Fore. *Templum Iulij Caesaris in Foro.* Scribit Dion, Caesaris cadauer à populo
Lib. 44. fuisse in Foro crematum, eodemque in loco aram erectam, in qua Cæsa-
ri instituit immolari. Sed Consules aram demoliti sacrificia prohibue-
runt. Aliter Suetonius, qui narrat Populum Romanum solidam colum-
nam prope viginti pedum, lapidis Numidici Cæsari in Foro statuisse, scri-
psisseque, *Parenti Patriæ, & apud eam longo tempore sacrificare perse-
ueraffe.* Verum, vt idem Dion postea refert, Triumviri Antonius, Lepi-
dus, & Octavius sacellum Cæsari eo in loco, vbi crematus fuerat erexe-
runt. At idem *ἡγεῖται ἱερίῳ* ab Augusto factum, & consecratum affirmat.
Est autem *ἡγεῖται* sanum, & monumentum heroibus poni solitum; atque
adeo ipsum, opinor, Cæsaris Templum, quo nomine sic appellauit Ap-
pianus. *Quo in loco, inquit, primum ara erecta est, nunc Templum Ca-
saris ipsius refidet, quod diuinis condignum celebrare honoribus.* Præ-
ter hoc, & alia illi Tempora cum viueret, dedicata sunt, aræ, simulacra
iuxta Deos; quod testatur Suetonius. Cæterum perperam à Marliano
In vita Cæs. c. 76. Templum Cæsaris ponitur post Aedem Faustinae, cum Aedi Castorum
lib. 3. c. 10. vicinum fecerit Ouidius:
2. de Pon- *Fratribus assimilis, quos proxima Tempora tenentes,
ro Eleg. 1. Diuus ab excelsa Iulius Aede videt.*
- Lib. 1. Syl. Et Staius sub Palatino collocat.

*binc obuia limina pandit
Qui seffus bellis, asserta munere prolis
Præmuis iter nostris ostendit in æthera Diuis.*

Nam

Nam cum statua Equestris Domitiani Palatium spectaret, vt paulò post dicam, Cæsar Augusti munere relatus inter Diuos, & obuias sui Templi fores quodammodò venienti equo aperiens, necessariò sub Palatino colebatur. Quibus rectè, ac verè positis, alibi Forum quærendum non est, nisi inter Capitolium, & Palatium.

Idem repræsentat FORI descriptio, quam habet Statius quod etiã innuit Vgonios. Nam statua Equestris Domitiani in medio Foro sita, habuit à tergo Templum Concordiæ, & Capitolium: à fronte Palatium, & Templum Vestæ: à latere Basilicam Iuliam, & Aemilij Pauli. Patent hæc ex versibus:

*Ipse autem puro celsum caput aère septus
Templa superfulges, & prospectare videris,
An noua contemptis surgant Palatia flammis
Pulchrius? an tacta vigilet face Troicus ignis?
Atque exploratas iam laudet Vesta Ministras?*

Spectabat ergò Pelatium, & Templum Vestæ, vbi ignis perpetuus: & domum Vestalium Virginum: & Templum Cæsaris. Quod ante dixerat:

*hinc obuia lmina pandit
Qui fessus bellis, assertæ munere prolis
Primus iter nostris ostendit in aethera Diuis.*

Quæ autem retrò erant:

Terga Pater, Blandoque videt Concordia vultu.

Erat enim Concordiæ Templum ad cliuum Capitolinum: Et Pater, seu Vespasianus ipse etiam Templo cultus: seu Iuppiter prospectans ex æde magnificentissima Capitolij; illum enim dici Patrem nemo non nouit.

*At laterum passus hinc Iulia Tempia tuentur:
Illinc belligeri sublimis regia Pauli.*

A lateribus hinc BASILICA Iulia, hinc Pauli Aemilij. Ideo Lipsius ex suo scripto Codice legendum putat, Iulia tecta, ne videatur Statius redire ad Templum Cæsaris. Sed perindè est, si legas Tempia. Templum enim, quodcumquè auguratò conditum antiquis fuit. Itaque Curiam, & Rostra, Tempia dixerunt. Neque dixeris Basilicarum Conditores, cum eas iudicijs, actisque publicis ponerent, auguria neglexisse. Quare, & apud Martialem, cum loquitur de hac Basilica, & eius iudicijs, quidam, Tempia, legunt.

*Iam clamor, centùmque viri, densumque Corona
Vulgus, & infanti Iulia Tempia placent.*

Et si quidam Codices habent tecta.

Cæterùm ne, quæ ad has duas Basilicas spectant, hoc loco præmittam. Alteram L. Aemilius Paulus extruxit, qui fuit Consul cum C. Claudio Marcello Anno ab Vrbe condita DCCIV. acceptaque pecunia, vt ait Plutarchus, & Appianus, à Cæsare, qui tum erat in Gallijs, nempe mille, & quingentis talentis, mirabilem, teste Plinio, Phrygijs columnis Basilicam erexit. Cicero ad Atticum: *Paulus in medio Foro Basilicam iam pœnè texuit iisdem antiquis columnis. Illam autem quã locauit, facit*

In equo
Domitiani.
Postus
Statuæ
Equestris
Domitiani.

Basilica
Iulia in
Foro.
Lib. 3. c. 7.
de Magni-
tud. Rom.

Lib. 6. Epi-
gram. 36.

Basilica
Pauli Aemilij in
Foro.

In vitæ
Cæs. lib. 2.
de Belli
Ciui.

Lib. 4. E-
pist. 16.

magnificentissimam. Quid quæris? nil gratius illo monumento, nil gloriosius. Vbi duarum Basilicarum mentio fit; vnus quam Paulus instaurauit: Alterius, quam ipse extruxit. Prior illa, vel Porcia, vel Opimia fortasse fuit. Alterius Basilicæ Aemiliæ meminit Plinius. Post eum, inquit, M. Aemilius Collega in Consulatu Q. Lutatij non in Basilica modò Aemilia, verùm, & domi sua posuit suorum imagines in clypeis.

Lib. 35.
cap. 5.

Lib. 57.

Iam non ità certo Basilicæ Iulix conditorem adducere possumus. Sed, certè non alius, nisi Iulij Cæsaris nomine Augustus extruxit, ac dedicauit. Dion meminit Curix Iulix conditæ, & dedicatæ ab Augusto, quam postea *σωδελιον* nuncupat. quod confessum non modò Senatorum, sed etiam Iudicum significat, & videtur accommodari posse ad Basilicam Iudiciorum sedem. *βουλευτήριον* antea dixerat quod proprie Curia est. quamquam, & Iudices Areopagitas *βελδωτας* appellauit Lucianus. Meminit Basilicæ Iulix Quintilianus: *Certè, inquit, cum in Basilica Iulia diceret, Trachallus Orator, primo tribunali; quatuor autem iudicia, ut moris est cogerentur.* Meminit & Plinius: *Descenderam, inquit, in Basilicam Iuliam auditorurus, quibus proxima comperendi natione responderi debebam: sedebant Iudices, Centum viri venerant.*

Lib. 12.
cap. 15.

Lib. 5. Ep.
ep. vlt.

Lib. 3. c. 22

At quoniam erant hæ duæ Basilicæ Pauli, & Iulij à lateribus Statuæ Equestris Domitiani; vtra læuum seruabat, Iulia nè, an altera? Id mihi hætenus clarè compertum non est. Marlianus ait, à sinistra collocari ab Statio Basilicam Pauli eo versu. *Illinc belligeri sublimis regia Pauli.* Sed Stadius illis verbis id non expressit. Plutarchus in vita Galbæ narrat: cum ille venisset in Forum, *Conspecti sunt primo equites, mox pedites à Basilica Pauli aduolare.* Hi missi fuerant è Castris ab Othone, nempe ab extremo Viminali, vt Galbam occiderent. Venerunt ergo à sinistra parte, Forum indidem ingressi. Quod si verum est, Pauli Basilica sita erat prope Templum Faustinx: Basilica verò Iulia dextrorsum non longe à Templo Iulij Cæsaris quod sub Palatio collocauimus. Ducitur & coniectura ex Suetonio scribente, Caligulam *nummos non mediocris summa è fastigio Basilica Iulia* per aliquot dies sparsisse in plebem: Idemque legitur apud Iosephum. Credibile igitur est, Basilicam Colli Palatino propinquam fuisse, vt Caius è Palatio, siue è ponte, quo Palatium, & Capitolium iunxit, eius fastigium adire percommode, seseque in Aedes illas superiores recipere posset. Iam vt ad Forum redeamus: hæc faciès ædificiorum, quæ erant in Foro, illi inter Capitolium, & Palatium perspicuè adiungitur, ibi enim illa fuerunt.

In vita
Caligul.
cap. 37.
Lib. 19. Iudaic.
Anti
quit. c. 1.

In vita
Anton.
Carac.

Ahuc in huius rei testificationem extat Faustinx Templum. Erat enim vt supra dixi in Sacra via, quæ propè, mittebat in Forum. Quid ergò necesse est tanta loci distantia, vt illi faciunt, separare? Porro huius Templi porticus ingentibus columnis fulta adhuc miraculo est, extantibus etiam extimorum Templi parietum reliquijs, atque Aedem S. Laurentio dicatâ continentibus. Antonino Pio post eius mortem maioriq. Faustinx eius coniugi extructum fuit. Iulius Capitolinus: *Meruit, & Flaminiæ, & Circensibus & Templis, & sedales Antonianos,* Spartianus. *Ante Templum D. Pij.*

Alia



ANTONINI, ET FAVSTINÆ TEMPLVM.





Alia Romani Fori loca, & ædificia inter Capito-
lium, & Palatinum. Cap. XVIII.

Lacus
Curtius
in medio
Foro.
Lib. 4.

LACVS Curtius testimonio sit, qui erat in medio Foro. In Fo-
ro lacum Curtium à Curtio dictum, scribit Varro. Nam cum
ibi sub Romulo stagnarent aquæ, illò Metius Curtius repulsus
è Palatij porta, abdiderat se, atque in stagnum tradito nomine
immiserat: siue quòd eo loco subsidente terra profundam voraginem
Curtius miles intrarat: siue quòd locum fulguritù seperat Curtius Cos.
Sed Liuius lib. 7. à Curtio qui se cum equo in specum immiserat, celebre
nomen deriuat. Ceterùm lacus nomine tenus remansit; nam terræ so-
lum clausum cancellis erat. Ouidius:

6. Fasty

*Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus: sed ante fuit lacus.*

Ant. lib. 2. Dionysius: *Lacus iste iam terra congesta repletus est, Romani Fori medi-
tullium fere occupans.*

Hic ergo lacus vel adiunctus Equestri Statuæ Domitiani, vel propè
Loc. cit. fuit inter Palatium, & Capitolium. Statius:

*Ipsè loci custos; cuius sacrata vorago,
Famosusque lacus, nomen memorabile seruat.*

Et paulo post: *Nunc veneranda Palus, cum te propè nosse, tuumque
Immortale iubar vicina sede tueri
Concessum:*

Vbi sermo de Statua Domitiani. Cùm ergo germanum eius Statuæ lo-
cum antea designauerim inter Palatinum, & Capitolinum, simul & Cur-
tij lacus terminos defixisse necesse est.

Galba oc-
ciscus in
Foro.

Confirmat quæ diximus Galbæ mors, & eorum qui cum illo necati
sunt in Foro. Nam Galba iuxta lacum Curtium occisus est. Titus Iu-
nius, qui fuerat eius legatus in Hispania, ante Aedem D. Iulij iacuit in-
vtrumque latus transfuerberatus. Piso à Galba adoptatus in Ædem Ve-
stæ peruasit, extrausque è latebra, & in foribus Templi trucidatus est.

Lib. 1. Hist
Lib. 8.

Hæc Tacitus. Nec dissimilia Plutarchus, & Suetonius in vita Galbæ
prodiderunt.

De 6. col.
Honor.

Idem ROSTRA proclamant, & in Foro. Liuius: *Rostrisque ea-
rum, nauium, suggestum in Foro extructum adornari placuit, Rostraque
id Templum appellatum.* Erant autem Rostra ad radices Palatij. Clau-
dianus loquens de Palatio Cæsarum ait:

Attollens apicem subiectis regia Rostris.

Cum ergo essent in medio Foro ad conciones, & ad Palatij radices, non
poterit Forum ad Aedem S. Nicolai situm ad Rostra pertingere, inter-
posito, vt sæpe dixi Velabro, & Boario Foro.

In vita
Ner. c. 25.

Reditus Neronis in Urbem è Græcia quem Suetonius narrat, idem

confirmat. Alba enim veniens Romam ingressus est Appia via, & porta Capena, nunc S. Sebastiani. *Diruto*, inquit, *Circi Maximi arcu, per Velabrum, Forumque, Palatium & Apollinem petijt*. Liqueat igitur Neronem à porta S. Sebastiani rectà venisse vique ad Templum S. Anastasiæ, vbi erat finis Circi Maximi: tum dextrà conuersum in Velabrū, & Forum inter Palatium, & Capitolium: inde iterū dextrà conuersum per Sacram viam in Aedem Apollinis, & Palatium venisse. Quare aliud Forum longè sepositum Nero non inuenit, neque eo in Palatium venire potuisset. Certior argumentatio ducitur ex via Triumphantium, quoniam certior, & exploratior est. Hi ergo, vt supra diximus, venientes à Theatro Marcelli per Velabrum, & Circum Maximum vertentes ad Arcum Constantini Sacram viam ingrediebantur: hac exhibant in Forum: è Foro, quod circumibant, flectebant in Capitolium. Quod si Forum abstractum è Valle inter Capitolium, & Palatium ad ipsum Marcelli Theatrum constituatur; Triumphantes neque Circum Maximum, neque Sacram viam videre potuerunt, contrà quàm veteres scriptores dilertè tradant.

Viā Triū-
phantium
in Vrbe.

Ex oppugnatione Capitolij sub Vitellio principe idem conficitur. Nam cum Sabinus Vespasiani frater eò se recepisset, *Milites*, inquit, *Tacitus, Forum, & imminetia Foro Tempa præteruecti erigunt aciem per aduersum Collem*. Hi venerunt è Palatio vt patet ex superioribus. Missum enim à Sabino Cornelium Martialem internuncium pacis monuerat Vitellius, vt per secretam ædium partem occultè abiret, ne à militibus interficeretur. Et vix dum regresso Martiale furens miles aderat. Quod si Forum inter Capitolium, & Palatium non fuit, quod iter tenuerunt, vt in Capitolium ascenderent? cum præsertim per cliuum Capitolinum irrumpere voluerint, propè Aedem Concordiæ, vt dictum supra est.

Lib. 3.
Hist.

Idem habemus ex Comitio, in quo foedus à Romulo, & Tatius ictum fuit, eratque ad radices Palatij contra Capitolium. Nam Ficus, seu Caprificus, sub qua, in spelunca, quæ Lupercal est dicta, expositi sunt ad Tiberim Romulus, & Remus, in Comitio fuit. Tacitus, *eodem*, inquit, *anno, sep imo Neronis, Ruminalem arborem in Comitio, quæ super octingentos, & quadraginta annos Remi, Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus, & arescente trunco diminutam prodigij loco habitum est, donec in novos fetus reuiuisceret*. Plinius: *Ficus arbor in Foro ipso, Comitio Romæ nata, sacra fulguribus ibi conditis*. Eundem locum indicat Ouidius de ijs loquens, qui pueros ad Tiberim exponebant.

In fin. 13.
Annal.

Lib. 15.
cap. 18.

Hic, vbi nunc Fora sunt, lintres errare videres;

Fast. 2.

Quaque iacent valles maxime Circe tue.

Huc vbi venerunt (neque enim procedere possunt

Longius) ex illis vnus, & alter ait.

Seruius in illud Virgilij:

8. Aeneid.

Et gelido monstrat sub rupe Lupercal,

Sub Palatino monte est quedam spelunca, in qua de Capro luebatur, idest sacri-

sacrificabatur. Vnde & Lupercal dictum. Sed aliam nominis causam, afferunt Ovidius, alijque: quod nempe

Venit ad expositos Lupa facta gemellos.



Lib. 1. Ro- Verùm Lupercal, & antrum Ruminale ætate Dionysij, vt ipse testatur,
man. ant. Romani ædificijs adornarunt, vt vix speluncæ introrsum actæ situs agno-
Lib. 4. sceretur. Cæterùm de Comitio sic Varro: *ante Curiam Rostra. Sub dex-*
In 3. conf. *tra huius à Comitio locus substructus, quo videmus Comitium prope Cu-*
Ver. *riam fuisse. Asconius: Comitium, inquit, locus est propter Senatum,*
Comitiū *quo coire Equitibus, & Populo Romano licet. Porrò idem Varroni est;*
& Curia. *A dextra Curie, quod Asconio, propter Senatum. Curia autem circa*
Lib. 4. *medium Forum ad radices Palatij fuit. Quod & innuit Propertius:*
Eleg. 4. *Murus erant Montes, ubi nunc est Curia septa;*
Bellicus ex illo fonte bibebat equus.

Nam cum Rostra in medio essent Foro; Curia ante quam Rostra fuerunt, ibidem est ponenda, & ad eius lauam Comitium. Liuius: *Statua Accij capite velato, quo in loco res acta est, in Comitio, in gradibus ipsis ad lauam Curie.* Dion. *Curiam, inquit, Iuliam ab eo, Casare, dictam ex decreto prius facto ædificauerunt propter Comitium.* Curia igitur, & Comitium, & Lupercal cum sub imo Palatio essent constituta, nihilominus erant in Foro. Quare Forum Palatino monti adfitum repossunt, quod illi auctores remouent.

Templum Fuit etiam in Foro AVGVSTI Templum à Tiberio factum, vt est Augusti. in eius Nummo, à C. Caligula perfectum, & dedicatum. Suetonius. *Au-*
In vita *gusti Templum, restitutionemque Pompeiani Theatri imperfecta post tot*
Tib. c. 47. *annos Tiberius reliquit. Idem. Templum Augusti, Theatrumque Pom-*
Sueton. in *peij Caius absoluit. Desinde Caius, inquit, Dion, habitu triumphali Tem-*
vita c. 21. *plum Augusti dedicauit, nobilissimis pueris ætate florentibus, cum virgini-*
Dion. lib. *bus eiusdem ordinis hymnum canentibus. Marlianus, Templum, inquit,*
59. *Augusti in Foro Romano positum erat. Antiquus scriptor, quia non legi,*
Lib. 3. c. 8. *hac in re mihi auctor esse non potuit. Sed argumento est, quod, vt ait*
In vita *Suetonius, Caius super Augusti Templum ponte transmissio Palatium,*
Caligul. *Capitoliumque coniunxit, vt frequentius irret in Capitolium exoratus, ut*
cap. 22. *aicbat,*

aiēbat, à Ioue, & in contubernium vtrò inuitatus. Perperam autem Marlianus arbitrat̃ tres columnas cum epistilio in Foro nunc stantes, reliquias esse eius pontis. Pons enim pertinebat ad alteram Capitolij partem, vbi erat Templum Capitolini Iouis prope rupem Tarpeiam conditum; hoc enim frequenter adire Caius voluit. Porro Templum Augusti instaurauit Antoninus Pius vt constat ex eius Nummis. Cui adiecta est Bibliotheca. Plinius: *Videmus certè Apollinem in Bibliotheca Templi Augusti Tuscanicum L. pedum à pollice, dubium ære mirabiliorom, an pulchritudine.* nisi aliquis interpretetur *Templi Augusti*, Templum Apollinis ab Augusto factum in Palatio.

Lib. 34.
cap. 7.

Postremò, quòd aduertit Pompeius Vgonius, Historiæ Ecclesiasticæ Templum S. Adriani ad Arcum Septimij Seueri nuncupant in tribus Foris, dextrorsum enim erat Romanum: retrò, seu leuorsum Forum Cæsaris, & Augusti: hæc enim tria litibus præferim, causisque forensibus dedicata erant, vt norunt periti antiquitatis. De Foro Romano id certò constat. De Foro Cæsaris Appianus. *Non id quidem rerum venaliū, sed ad lites, aut negotia conuenientium.* De Foro Augusti Suetonius: *Causa extruendi fuit hominum, & iudiciorum multitudo, quæ videbatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere.* De his Martialis:

Templum
S. Adriani
in tribus
Foris.

Lib. 2. Bel.
Ciuil.
In vita
eiusdem
cap. 39.
Lib. 3. E-
pigr. 38.

*Causas, inquis agam Cicerone disertus ipso,
Atque erit in triplici par mihi nemo Foro.*

Et alibi. *Foroque triplici sparsus ante equos omnes.*

Et iterum. *Lis te bis decima numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus Gargiliane Foris.*

Stattus: *Nec saltem tua dicta continentem,
Qua trino Luuenis Foro tonabas.*

Lib. 8. Epi
gram. 44.
Lib. 7. Epi
gram. 64.
Lib. 4. Syl.

Sed quoniam quidam locum Martialis interpretatione deprauant, Alexander ab Alexandro longam de triplici Foro disputationem ita concludit: *Ex quibus sine controuersia liquet, triplex, de quo quarimus Forum, de Romano, deque Cæsaris, & Augusti Foro, in quibus lites ælitari, & iudicia reddi consueuerant, non de alijs intelligi oportere.* Neque erudito viro in alia opinionum diuerticula discedendum est. Ex quibus demum conficitur, Forum Romanum, tam propè sacram Aedem D. Adriani, quam inter Palatinum, & Capitolium fuisse. Nec sufficit respondere Forum Capitolio fuisse subiectum. Non enim quacunque parte Capitolij, sed ea solum, quæ vergit ad Palatium, vtrique monti, medium ipsum, subiectum erat.

Lib. 2.
cap. 13.
Lib. 2.
cap. 12.



Testimonium Carceris Tulliani adducitur, &
obieſta refelluntur. Cap. XIX.

SUPEREST vltima ratio, quæ prodiens ex Carcere Tulliano, suo acumine cum vulnerare studet, & ipsa vulneratur. Neque immeritò; nam prima rumores, & controuersias excitauit. Carcer quidem Tullianus imminebat Foro. quare vbi cunquè fuerit, sibi Forum adiunget. Liuius de eo loquens: *Carcer*, inquit, *ad terrorem incrementis audacia media Vrbe imminens Foro adificatur*. Varro: *In hoc pars, quæ sub terra, Tullianum ideo quod additum à Tullie Rege. Hanc partem ita Salustius describit; Est locus in Carcere, quod Tullianum appellatur, vbi paululum ascenderis ad lauam, circiter viginti pedes bumi depressus. Eum muniunt vndique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta sed inculta tenebris, & odore fœda, atque terribilis eius facies est*. Caterum hæ proprietates app. imè conueniunt Carceri, qui hodieque visitur sub Capitolio, superextracta Aede S. Petri cognomento in Carcere. Dicitur enim fuisse Carcer à Liuiio *imminens Foro, media Vrbe*. Foro, vt patet, imminebat. Nam Forum sub Capitolio, Palatioque fuisse, probatum est. *In media Vrbe* habitatis vndiquè montibus; nam & Cœlius, & Auentinus additus fuerat: & aliqua pars Quirinalis, quamuis pomærio non includeretur, ab Numæ vsque temporibus, qui eam incoluerat, adificijs frequens erat. Loci vero Tulliani subterraneam faciem ita hodieque perdurare, vt Salustius describit, affirmat Vgonius argumentum hoc fusè persequutus, & nos videmus.

At obijcitur: Aedes S. Nicolai ex altera Capitolij parte ad Occasum propè vetus Theatrum Marcelli, in Carcere Tulliano, aliquot ab hinc sæculis, appellata est. Ibi ergò Carcer, & Forum fuit. Verùm hæ Templi appellatio orta rudibus sæculis cum apud imperi. ù vulgus inualuisset, eam postea scribæ in tabulis publicis, & illorum temporù scriptores suis in voluminibus, qui hæ accuratius non excuterent, adhibuerunt. sequenti nempe sermonem populi, penes quem *Ius est, & forma loquendi*. In Romanis quidem antiquitatibus hodiequè multi quàm multa peccant? Reliquias marmorei ædificij, quod in Quirinali, & hortis Ducum Columnensium nuper dirutum Campum Martium spectabat, vulgus Neronis Turrim appellauit; quasi ex ea Romanum incendium Nero aspexerit, non è Turri Mecænatiss longe diffusa in Esquilij. Statuam Equestrem M. Antonini vulgus ad hæ vsque tempora Constantini esse voluit. Templum Pacis nonne dicunt nascente CHRISTO DOMINO corruisse? Pyramidem ad portam Trigeminam sepulchrum Remi? Et alia passim populus peruertit. Atqui vt apparet, eos non errare, qui Templo S. Nicolai titulum Carceris tantùm apponerent, leguntur antiquæ inscriptiones dempta voce, Tullianus qualis in marmorea tabula propè
Templi

Lib. 1.

In Comitat. Catil.

Carcer Tullianus ad radices Capitolij, Foro imminens.

Cur dicatur Aedes S. Nicolai in Carcere Tulliano.

Templi fores hodieque legitur, vt ait Vgonius: *Ego Romanus Presbyter diuina dispensationis gratia Sanctissimi Confessoris Christi Nicolai, & Ecclesia, quæ in Carcere dicitur, Procurator, & Rector.*

Instant acrius. Certum est eo loci fuisse Carcerem. Testis Plinius: *Templo Pietatis, inquit, extructo in illius Carceris sede, ubi nunc Marcelli Theatrum est.* Eundemque Carcerem indicat idem Plinius: ait enim, *à Columna Mœnia ad Carcerem inclinato sydere supremam pronūciabat.* Nec alium potuisse Carcerem intelligi ostendit Iuuenalis:

*Fœlices proauorum atavos, fœlicia dicas
Sæcula, quæ quondam sub Regibus, atque Tribunis
Viderunt vno contentam Carcere Romam.*

Quamuis enim postea duo Carceres fuerint, vnum tamen vidit antiquissima ætas. In eo autem Carcere fuisse locum testatur Festus, *quod Robur dicebant, ex quo precipitaretur maleficorum genus;* Idemque dictum esse saxum Tarpeium aliorum quoque auctoritate confirmatum est.

Vt hæc omnia diluantur: constet primò oportet, duos olim Romæ fuisse Carceres, quorum vnus diuersus à Tulliano quando exædificatus fuerit, non constat. Tullianus quidem in Regione viij. Fori Romani; alter in Regione ix. Circi Flaminiij à P. Victore, & Sexto Rufo numerantur. Ille imminens Foro ædificatus media Vrbe: hic autem Carcer CL. XVIR dicitur à P. Victore. Parum autem refert, vtrum hic Carcer dicendus sit *Centum virorum* an *CL. xuir.* idest *Claudij Decemviri*, de quo magna inter auctores agitur controuersia; dum constet, quod negari non potest, alterum esse à Tulliano. Neque enim illi conueniunt Tulliani proprietates. Est in regione ix. Tullianus in viij. Non imminet Foro, longe seiunctus: non in media est Vrbe, immo fuit extra Urbem. Siquidem teste Plinio, ibi postea conditum est Templum Pietatis, quod erat in Foro Olitorio: nempe extra portam Carmentalem, ipsamque Urbem, vt supra ostendi. Quomodo ergo in media Vrbe? Porrò de hoc loquitur Plinius, non autem de Tulliano, cum ait: *ad Carcerem inclinato sydere, supremam horam pronūciari.* Vergit enim illa pars Urbis ad occasum: eumque sine appposito Carcerem nuncupat, vt ante bis nuncupauerat. Nam quod spectat ad versus Iuuenalis, quibus vno Carcere sub Regibus, & Tribunis Romam contentam euehit; non intelligit Satyricus Tribunos Plebis, aut Tribunos Militum, qui pro Consulibus Rempublicam aliquando tenuerunt; sed eos Tribunos Militum, quos Romulus primus creasse fertur, cum tres Equitum Centurias, quorum opera in omni Reipublicæ discrimine vteretur, adscripsit. Dicti autem Tribuni, quòd Terni ex tribubus, Ramnensium scilicet, Tatiensium, Lucerum ele& cum exercitu ad expeditiones mitterentur. Siue quòd tres tribus Romanas à Romulo constituti regerent. Dionys. lib. 2. *In tres partes diuisa vniuersa multitudine, Romulus, singulis præclarum aliquem virum ijs præposuit. Illas tribus vocari voluit. Præfectos Græci phylarchos, & trittyarchos dicerent, quos Romani Tribunos.* Sit ergo illis temporibus vnus Carcer Tullianus, & nostro imminens Foro.

Lib. 7.
cap. 36.
Eodem
lib. c. vlt.
Sat. 3.

Olim Romæ duo Carceres.

Lib. 1. c. 4.
Lib. 7. c. 60. & vlt.
Eod. libro cap. 36.
Tribuni qui fuerint in Vrbe antiquissimi. Vide Interpreté.

Quid sit
Robur in
Carcere.

Lib. 6. c. 3.

Aduerfar.
lib. 28. c.
21.

Lib. 6.
cap. 13.

Dionys.
Lambin.
Act. 5. Cur
cul.

Dec. 4. l. 4.

Quod dicitur de Robore, & saxo Tarpeio, ne Festi auctoritate firmetur, Festus ipse verbo, *Robur*, docet, *Robur rubro colore, & quasi rufo significari, ut bonem quoque rustici appellant, manifestum est. Vnde & materia, qua plurimas venas eius coloris habet dicta est Robur. Hinc & homines valentes, & boni coloris robusti.* Tum subdit: *Robus quoque in Carcere dicitur is locus, quod precipitatur maleficorum genus, quod ante arcis robusteis includebatur. Vbi, quo precipitatur, non tam, ut volunt, significat vnde, quam in quem locum precipitatur. Scio equidem apud Valer. Max. legi, de Robore precipitati sunt. sed nihil ibi significatur eum saxo Tarpeio commune. De robore precipitari, sic ait Oliuerius Interpres dicebatur, quod ante robustis arcis includebantur, ibique per aliquos dies seruati, atque inde postea deprompti precipitabantur. Sed praestat audire Turnebum. Explicans enim quid sit apud Iurisconsultum, mala mansio, ait: Ego eo nomine suspicor, sed suspicor tantum, arcas in quas conieciabantur serui, de quibus questio, erat habenda; sed & alij malefici interdum. Cicero pro Milone: subito accepti in questionem, tamen separantur à ceteris, & in arcas conijciuntur, nequis cum his colloqui possit. Arca autem ille olim robusteae erant, vnde & robur prisca appellabant. Festus: Robur, inquit, in carcere dicitur locus is, quo precipitatur maleficorum genus, quod ante Robusteis arcis includebatur. Quem locum etiam robustum Carcerem Plautus in Curculione vocauit. ex illis etiam arcis fontes interdum precipitabantur, & interficiebantur. Valer. Max. quin etiam familiae eorum, Nequis Reipublicae inimicis amicus esse vellet, de robore precipitati sunt, nisi quis de alto stipite intelligat. Haec Turnebus. Interpres autem loco citato Plauti. At ego vos ambo in robusto carcere, ut pereatis: dixit, inquit, in robusto carcere, vel pro invalido carcere: vel pro, in robore. Erat autem robur, seu robus, ut docet Festus, locus in carcere lignis, seu tabulis robustis septus, in quem malefici precipites agebantur. Robur igitur, docentibus his sanè permagnis auctoribus, locum in ipso carcere significat, ex quo vel in quem malefici precipitabantur. Primaria quidem significatione notatas reor arcas illas, siue angusta è ligno Conclauia, quibus includebantur; deinde profundiotem, depressumque humi locum illis arcis infessum, hiatuque structæ Cameræ patentem, quò damnati, oneratique vinculis, & ferro precipites agebantur; ut vel ijs collum obstringeretur, frangerenturque ceruices: vel fame, alioque teterrimo tormenti genere necarentur. Liuius: Q. Pleminius, qui propter multa in Deos, hominesque scelera Locris admissa in carcerem coniectus fuerat, comparauerat homines, qui pluribus simul locis Urbis nocte incendia facerent, ut in consternata nocturno tumultu Ciuitate refringi carcer posset. Ea res indicio consciorum palam facta, delataque ad Senatum est. Pleminius in inferiorem demissus carcerem est, necatusque. Hunc Calphurnius Flaccus robur Tullianum dixit. In hunc abiecti rei robur Tullianum aspiciunt, Nec alium Salustius describit. Non ergo, ut robur teneas, necesse est exire è Carcere, & ad saxum Tarpeium impingere. Quod si dicant in ipso saxo, & rupe*

Tar-

Tarpeia partem Carceris dictam Robur fuisse, rem non perinde credibilem dicunt, nempe apud Templum Iouis Capitolini locatū aliquid Carceris. Nam ad summum daret aliquis, Saxum, quod eduſi è Robore interdum ex eo præcipitarentur, Robur fortè appellatum. Erat enim totus Carcer ad radices Capitolij in ipſo Fori flexu, vt hodiequè conſpicimus. Ibi & ponte adibat, vt conſtat ex Paterculo: *In liſo*, inquit, *ca-* Lib. 2.
pite in pontem lapideum ianua Carceris, effuſoque cerebro expirauit. 7. Verr.

Porro idem Carcer, nam hoc quoque obijcitur, reſtè à Varrone vocatur, *Latomia*; Carcer, inquit, à *coërcendo*, quod exire prohibet. *In hoc* Carcer
pars, ſub terra Tullianum, ideo quod additum à Tullio Rege, quod *Syracufis*, ubi ſimili de cauſa cuſtodiuntur vocantur *Latomia*: & de *Latomia* Latomia-
tranſlatum, quod hic quoque lapidicina fuerunt. Quo nomine Liuius item rum.
ſæpe appellat. Triumviri Carceris Latomiarum interiorem cuſtodiam Dec. 4. l. 2.
habere iuſſi. Et: *Principes Aetolorum Romam deducti, & in Latomias con-* Dec. 4. l. 7.
nieſti ſunt. Et: *Cato Atria duo, Mænium, & Titium in Latomij. facien-* Dec. 4. l. 9.
da curauit. Dictæ ſunt ergo *Latomia*, quod quemadmodum effoſſi agri ſuburbani tophaceos rubri coloris lapides Romanis fabricis perpetuò ſuppeditant: ſic etiam Capitolium ſuppeditauit. Nec modo antiquitus, ſed hac noſtra ætate nos vidimus, eo ipſo latere Capitolij, cui Tullianus Carcer eſt affixus, inſtitutis ſub monte lapidum fodinis fuiſſe rubros tophos abundè diuquè cauſa ædificationis egeſtos. Quare credendum omnino eſt, ſimiles lapidicinas Anco Martio Tullioque Regibus occaſionem extruendi Carceris in cauſis Capitolinis præbuiſſe, & Robur nomen à deſoſſo rubro lapide fuiſſe deductum.

Reliquum eſt *Mamertini* nomen, quod huic Carceri pro Tulliano Eccleſiaſtici ſcriptores imponunt. At potuit id ab inſigni aliquo viro fortaiſſis inſtauratore proxime vè incolente ſuperaddi Tulliano. Non ſemel autem Mamertini referuntur in Faſtis, ſemel Commodo Principe, iterum Constantio Conſules. Qui verò in fronte Carceris titulo mutilato inſcribuntur literis pedalibus,

C. VIBIVS. C. F. RVFINVS. M. COCCEIVS. M. F. NERVA. EX. S. C.

Fuere Coſules, vt ex Onuphrio refert Riquus, Anno Urbis DCCLXXXIV. ſuffecti ex Kal. Iulijs.

Hæc de germano Fori ſitu prolixius forte, quam cogeſſet neceſſitas diſputata ſunt. Antiquarij enim omnes hætenus pro certo poſuere quod ſentimus, neque id in controuerſiam vocandum putabant. Blondus in Lib. 2.
Inſtaur. Rom. Fuluius de Foro Romano. Onuphr. in Vrbe Roma, de Ca- Lib. 3.
pitolio. Marlian. Bernard. Gamucc. L. Faunus. Raphael Volaterranus Lib. 3.
in Geographia. Pomponius Lætus. Franciſcus Albertinus, Vgonius, & cap. 15.
alij. Vt Iuſto Riquo, qui contra ſentiens nihil tamen noui ad proban- Lib. 1. de
dum attulit, videndum iure ſit, an recte inferat: ſiquis contra ſentiat, ni- Foro.
bil ſentiat. Immo ſi poſitum Fori ad S. Nicolaum ipſe conſtituit, videat, Lib. 2. c. 10
an id conſentiat cum ijs quæ ſcribit cap. 34. & 39. & 42. Ibi enim cliu- Lib. 6.
um Capitolinum collocat prope Aedem Concordiæ, quæ erat, inquit, in- Cap. 47.
cliuum de Capi-
tolio. Lib. 2. c. 10

cliuo Forum, & Comitium respiciens ad ipsum Arcis ingressum, eiusque Aedis porticum adhuc stantem prope Arcem Seueri recognoscit; Et in eodem cliuo Aedem Iouis tonantis; aitque; superant ex illa Aede, vt supra diximus, in cliuo Capitolino tres speciosissima Columna striati operis, ad Forum descendentes vicina incuria temporum, atque iniuria in terram nunc pœna defossa. Cum igitur hæ Columnæ adhuc extent prope Arcem Septimij: vbi & illas Concordiæ videmus; ex eius sententia ibi Forum. Quid ergò tanto interuallo diffitum aliò postea distrahit?

Fori Ornamenta. Cap. XX.

Fori appellatio-
nes.
Lib. 43.

IAM forma, & structura Fori describenda nobis est. Quoniam autem hoc præ cæteris Foris, quæ plurima in Vrbe fuerunt, amplitudine, & antiquitate commendatum est, Forum Romanum, Magnum, Vetus, & per antonomasiam Forum dicebatur. Dion: Forum, inquit, Cæsar extruxerat, quod ab ipso nomen obtinuit, Romano pulchrius, sed tamen Romani ex eo dignitas aucta est, vt Forum magnum diceretur. Strabo: At idem si in ἀγορῶν ἀρχαίων Forum vetus deinde progressus Basilicas, Porticus, Templaque contusatur, vna alteris identidem coniuncta. Ouidius:

Lib. 5.

3. Fast.

Et tenet in magno Templadicata Foro.

4. Fast.

Qui & Latium dixit, vt Papinius.

In equo
Domitiani.

Lib. 5. c. 1.
Forma
Fori.

Ludi in
Foro.

Lib. 1. de
Arte Amã
di.

Cæterum quod spectat ad formam Fori, quamuis de hac nihil certum veteres scripserint, tamen ex ijs quæ tradit Vitruuius, elici perspicue potest. Nam ibi præceptor ille ædificantium tradit, cum Fora Græci quadrata fecerint, Romanis longitudine, quam latitudine maiora placuisse; vt tertia parte longitudo latitudinem superaret. Hoc fecere, quod munera gladiatoria, & alia in Foro spectacula ederent, quibus cum adesset magna Populi multitudo maiori, quam Græci spatio indigebant. De spectaculis in Romano Foro præter cæteros Ouidius:

Hos aditus circusque nouo præbebit amori,

Sparsaque sollicito, tristis arena Foro.

Illasæpè puer Veneris pugnavit, arena,

Et qui spectauit vulnera, vulnus habet.

In vici
Grac.

In vici
c. 10. & 39

Lib. 19.
cap. 1.

Lib. 2. c. 1.

Porticus
circa Fo-
rum.

Plutarchus: Ludi Gladiatorij populo in Foro exhibendi erant. De spectaculis Cæsar Suetonius: Munere, in Foro depugnauit Furius Leptinus. Quo munere, vt ait Plinius, Forum velis obtexit. Dati tamen primo sunt in Foro Boario. Valerius: Gladiatorum munus primum Romæ datum est in Foro Boario. Arcem Fori porticus claudebant, concameratione duplici, nixæ columnis, aut pilis Tiburtini lapidis, quæ epistilijs ex eodem lapide ornabantur; quod, vt supra dixi, ante annos Urbis conditæ DCLXI. nulla teste Plinio, in publico stetit columna è marmore

Tar-

Tarquinius Quintus Rex has fecit porticus, & tabernas adiunxit. Liuius: *Circa Forum priuatis adificanda diuisa sunt loca: porticus tabernaque facta. Quæ fere argentariæ erant. Idem: Tabernas argentarias, quæ circa Forum Romanum tunc essent, iusserit venire. Ibidem litterarum ludi fuerunt* adeundi à pueris, & puellis, vt idem auctor est. De iisdem porticibus Plutarchus: *Ibi, inquit, multitudo discurret, non fuga se diffundens, sed porticus, & edita Fori, sicut Theatrum occupans.* Quo sanè tempore egregia structura fuit; nec mihi constat, an aliquis meliorem in formam post Tarquinium Regem restituerit. Verosimile quidem est, fuisse porticus instauratas, ornataque. Dion: *Nosque Senatores, uxoresque nostra accessimus in Forum funebri vestitu: ille in porticibus, nos sub dio sedebamus.* Suetonius de Foro Augusti non ab simili forma extructo: *Statuas omnium triumphali specie in vtraque Fori sui porticu dedicauit.* Nempè superiore, atque interiore. Ammianus: *Cum venisset Constantius ad Rostra perspectissimum prisca potentia Forum obstruxit: perque omne latus, quo se oculi contulissent, miraculorum densitate perstrictus.* Ex ijs porrò porticibus populus ludos spectabat, vt ex Plutarcho, loco supra citato colligi potest: Extructis præterea sub dio tabulatis, & subsellijs. Inter eas Porticus Basilicæ ad Negotiatorum, & ludicum Conuentus: Tempia ad Deorum cultum collocata sunt. Liuius; *Silentio, inquit, facto Tempia Deorum immortalium, quæ Foro imminet.* Tacitus: *Forum, & imminetia Foro Tempia præteruelli.* In eodem cancelli in superioribus porticibus positi. Cicero pro Sextio: *Tantus ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio: tantus ex Fori cancellis plausus excitatus.* Qui locus indicat porticus multitudine refertas, & spectante è mœnianis, & superioribus cancellis. Vitruuius: *Circum spectacula spatiosiora inter columnia distribuuntur, circaque ibi porticibus argentariæ tabernæ mœnianaque superioribus coactionibus collocetur, quæ ad usum, & ad veltigalia publica rectè erunt disposita.* Hæc forma Romani Fori. Eodemque modò reliqua Romæ extructa sunt.

Iam Fori latitudo protensa inter Capitolium, & Palatium. Longitudo autem à Templo Virginis cognomento à Consolatione, aut paulò amplius versùs Aedem D. Adriani. In quo errarunt, qui ab Arcu Septimij Seueri vsque ad Arcum Tiri Forum producunt. Nam, vt dixi, Sacra via adiunctis ædificijs tendebat vsque ad angulum Palatij, siue tres columnas stantes, reliquias, vt aiunt Iouis Statoris. Præterea Templum Pacis, quod Foro proximum appellat Suetonius, fuisse in Foro: neque alia Tempia, quæ ad radices Palatij, è regione Capitolij fuerunt, fuisse in Foro, de quibus supra.

Quæ postremo ad Forum pertinent, pauca quædam sunt ædificia, de quibus supra dictum non est. Arcus Septimij Seueri ad cliui Capitolini radices, & Foro proximus, sed ima sui parte terra obrutus, quæ vallem oppleuit. In eo præter cætera sigillis expressa veteris arietis mœnia pulfantis effigies cernitur. Vna inscriptione repetita ex vtraque parte notatur, litterarum ære sublato.

Liui. lib. 1.
Lib. 6.
Dec. 3.

Lib. 3.
Dec. 1.
In Galba.

Lib. 74.


Lib. 16.

Porticus
Basilicæ
Templa
in Foro.
Dec. 1. 1. 7.

Loc. cit.

Fori latitudo, & longitudo.

Arcus Seueri.



ARCUS SEPTIMIO ET ANTONINO A S.P.Q.R. ERECTVS.

IMP. CAES. LVICIO. SEPTIMIO. M. FIL. SEVERO. PIO. PERTINACI. AVG. PATRI. PATRIAE. PARTHICO. ARABICO. ET

PARTHICO. ADIABENICO. PONTIFIC. MAXIMO. TRIBVNIC. POTES. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET

IMP. CAES. M. AVRELIO. L. FIL. ANTONINO. AVG. PIO. FELICI. TRIBVNIC. POTES. VI. COS. PROCOS. P. P.

OPTIMIS. FORTISSIMISQVE. PRINCIPIBUS

OB. REM. PVBLICAM. RESTITVTAM. IMPERIVMQVE. POPVLI. ROMANI. PROPAGATVM

INSIGNIBVS. VIRTVTIBVS. EORVM. DOMI. FORISQVE. S. P. Q. R

LIBER II.

183

Templum TITI, & Vespasiani sub Capitolio, contra Palatinum, quod Domitianum dedicasse credibile est. P. Victor

Græcostas
fis in Foro.
ro.
Lib. 7. c. 6.

Templum Titi, & Vespasiani.
GRAECOSTASIS verò, *vbi nationum subsisterent legati, qui ad Senatum essent missi, ut ait Varro, sub dextra Curia, à Comitio locus substructus.*

Plinius: *Cum à Curia inter Rostra, & Græcostasim prospexisset Solem. Varro: Senatum id est Curia supra Græcostasim, vbi Aedes Concordia, & Basilica Opimia. ab Opimio vtraque condita post eadem C. Gracchi: atque in ea inscriptum à quodam est, Opus Veordia Templum Concordia fecit.* Plinius: *Aediculam aream fecit in Græcostasi, quæ tunc supra Comitium erat.* Sed ex his constat Græcostasim prope Curiam fuisse. Sicni autem placeat fuisse sub Curia, propter verba Varronis, Plinium animaduertat id citatis antea verbis pernegantem. Iulius Capitolinus ascribit Antonino Pio *Græcostasium post incendium restitutum.*

Lib. 12.
cap. 1.

In eodem Foro Columna Mœnia, cui Mœnius nomen dedit, de quo infra. Altera erecta C. Duilio, qui primus *naulem triumphum egit de Pœnis, quæ est etiam nunc in Foro.* Sic Plinius, vbi & Columnæ C. Mœnij meminit Latinorum Victoris, sed locum non ascripsit. Alia in Foro *Columna aenea pro solario horologio* Statua secundum Rostra, deportata ex Sicilia ut loco citato Plinius.

Columna
Mœnia in
Foro.
Et Duilij.
Lib. 34.
cap. 5.
Marsias
in Foro.

Ante eadem Rostra *Marsia Statua*, quò conuenirent litigatores. Horatius.

Lib. 2
Sat. 6.

Non sollicitus, mihi quod cras

Surgendum sit mane obeûdus Marsia. Plinius: P. Munatius, cum demptam

Lib. 21.
cap. 3.

Marsia coronam è floribus capiti suo imposuisset. Nam cum haud procul ab ea Statua causæ agerentur qui dicendo placuerant, Marsiam coronabant. Seneca: *Forum ipsum ac Rostra, quotidianum ad Marsiam concursum.*

Lib. 6. de
Benefic.
cap. 32.

In viij. regione Fori.

Minervæ delubrum in Foro collocat Sext. Rufus, cuius sane germanus locus positusque non liquet, nisi fortasse ad radicem Capitolij contra Palatium constituendum sit.

Statua Domitiani in Foro.

In medio item Foro *Colossus equestris Domitiani* ex ære inauratus fuit. Sed hic cum cæteris eius monumentis, ac titulis post eius mortem iussu Senatus sublatus, atque eversus est.

Et Dolio-
la.
Lib. 1.
Lib. 3. An-
tiquit.

Demum & locus *Doliola* dictus in Foro fuit in quo spueri non licebat, quod inuadentibus Urbem Gallis, Sacra quædam ibi dolijs inclusa, recondita fuerint. In eodem Foro *Horatia Pila*. Liuius: *Spolia Curiatorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur*. Dionysius; *Angularis columella, à qua altera Fori Basilica incipit, cui affixa fuerant Trigeminarum spolia, sed illa vetustate consumpta sunt, columella tamen priscam appellationem retinens, Pila vocatur Horatia*. Alia Fori ornamenta, præsertim statuas fufius recensere necesse non est. Illud addam, quod

Lib. 19.
cap. 1.

narrat Plinius. *Marcellus Octavia sorore Augusti genitus in Aedilitate sua Kal. Augusti velis Forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent*. Quantus enim tunc in Vrbe Solis ardor? Idem fecerat Cæsar in ludis.

Forum Cæsaris, eiusque Domus. Cap. XXI.

Lib. 36.
cap. 15.

In vita

Cæf. c. 26.

Lib. 2 de

Bel. ciuil.

Lib. 43.

HOC Cæsar inchoauit cum in Gallia bellum gereret, areaempta sextertium millies, id est vicijs quinquies cætenis milibus aureorum. Plinius testatur, & supra id stetit Suetonius. Appianus: *Atrium quoque Foro circumduxit, quod Romanum Forum esse voluit: non rerum quidem venalium, sed eorum qui ad iura conuenirent*. Dion. *Forum Cæsar extruxerat, quod ab ipso nomen obtinuit, Romano pulchrius*. Forma ædificij eadem fuit, ac Fori veteris, cum latitudo duas tertias complecteretur; pulchrioribus tamen porticibus, quas statuæ intercolumnijs positæ distinguebant. Inter has etiam, sibi Cæsar *loricatam dicari passus est, cum Romana militum, ac Ducum*

Lib. 34.
cap. 5.

Templum

Veneris

Genitr. in

medio Fo

ro Cæf.

Loc. cit.

Lib. 9. c. 35

Lib. 37. c. 1

Statua Thoracas ferrent, ut ait Plinius. Qui & locum inter Urbis ornamenta perspicuum fuisse affirmat. In medio Foro Templum Veneri Genitrici, nam ab ea genus ducere per Aeneam, & Iulum iactabat, extruxit; votum, teste Appiano ante prælium Pharsalicum, & Cleopatra, subdit idem, perillustrem Deæ imaginem Templo contulit, quæ à nobis adhuc visitur. In eodem Veneri consecrauit Cæsar Thoracem ex Britannicis margaritis factum: Ex sex dactyliothecis, ut ait Plinius. De Dactyliotheca idem alibi. Gemmas plures, quod peregrino appellat nomine Dactyliothecam; quasi Thecam gemmarum. Pro Aede statua Cæsaris ex ære inaurata fuit. Equus autem illi perfimilis, quo insigni fuerat usus pedibus, propè humanis, & in modum digitorum ungulis fissis, eumque non patientem sessoris alterius primus ascendit, cuius etiam instar pro Aede

In vita

Cæf. c. 61.

Veneris Genitricis postea dedicauit: Suetonius, & Plinius. quo etiam in loco

loco sedens Cæsar Senatum excepit, magna eiusdem Senatus indignatione, ut idem Suetonius. Equi porro effigiem fecerat ante Alexandro Macedoni Lysippus, expressam, ut arbitror è Bucephalo, quam Cæsar mutatis vngulis suæ Statuæ accommodauit, locauitque contra Templi frontem. Statius.

Lib. 8.
cap. 42.
In vita
Cæs. c. 78.
In Equo
Domitiani.

Cedat Eques, latine qui contra Templum Dionis

Cæsares stat sede Fori, quem tradere es ausus

Pellao Lysippe duci, mox Cæsaris ora

Aurata ceruice tulit.

Iam ut constet ubi esset Cæsaris Forum, primo ad Sacram viam est ponendum. Ouidius:

— hac sunt Fora Cæsaris, inquit,

Hæc est à sacris qua via nomen habet.

Lib. 3. de
Trist. El. 1.

Nec mirum, cum ibi esset domus Cæsaris. Nam post Pontificatum maximum, habitauit in Sacra via, domo publica, ut ait Suetonius: & Plinius scribens, A Cæsare Forum Romanum, & Sacram viam ab domo sua carbasinis velis fuisse contentam. Domus ergo Cæsaris in Sacra via prope Forum. Sed ubi tandem est ponenda ut de Foro Cæsaris statuatur? Fuluius, & Marlianus docent fuisse ubi Templum Pacis conditum postea est, eiusque reliquæ cernuntur. Aiunt enim domum Cæsaris fuisse euersam, ibique conditam porticum Liuiam, tum Pacis Templum. Quod & Ou. dij interpretes inculcant.

In vita
Cæs. c. 46.
Lib. 19.
cap. 1.

Lib. 3.
Lib. 3.
cap. 23.

Disce tamen veniens atas, ubi Liuia nunc est

Porticus, immensa tecta fuere domus.

Hæc æquata solo est nullo sub crimine Regni,

Sed quia luxuria visa nocere sua est.

Sustinuit tantas operum subuertere moles,

Totque suas heres perdere Cæsar opes.

Fast. lib. 6.

Aiunt, autem, domum Cæsaris, quæ deinde Augusti Pontificis maximi fuit, ab eodem fuisse euersam, quod Liuia Vxor, seu Iulia Filia, vel Neptis eam profuse exornasset; ibique porticum Liuiæ nomine excitatam. Sed neutrum veritati consentaneum est. legi equidem de Augusto apud Suetonium: *Ampla, & operosa prætoria grauabatur, & neptis quidem sua Iulia profuse ab ea extructa etiam diruit ad solum.* At ibi perspicue fermo est de Villis elegantioribus, earumquæ sumptuosis ædificijs, ut se-

In eius vi
ta cap. 72.

Domus
Pót. max.
publica.

quentia declarant: *Sua vero quamuis modica.* Domus autem Cæsaris post Lepidi obitum, Augusto non hæreditate, ut ait Ouidius de domo euersa, obuenerat (neque enim haberi sic poterat;) sed quia Lepidi successor in Pontificatu, in domum publicam transiturus erat, post obitum eiusdem Augusti ad alium item Pontificem transituram. Qui tamen ea uti noluit, teste Dione. *Augustus, inquit, cum esset creatus summus Pontifex, neque domum publicam accepit: sed cum omnino publicam esse Pontifici maximo habitationem oporteret, suarum ædium partem ipse publicam esse iussit. ac regis sacrificuli domum virginibus Vestalibus dedit, quoniam earum ædibus contigua erat.* Hæc domus, quam βασιλείως ἡγίερώων

Lib. 54.

gis

gis sacrorum Dion appellat, fuerat Cæsaris, & Pontificis maximi, qui eidem ἀρχιερέως *Princeps sacrorum*, seu *Pontifex Maximus* dicitur. Quare βασιλέως ἢ ἱερέων idem est hoc loco Dioni, atque ἀρχιερέως *Pontifex Maximus*. neque enim hic sermo est de *Rege sacrorum*, seu *Sacrificulo*, vt vertit interpres, qui alius erat à *Pontifice Maximo*, & curabat quædam sacra à Regibus olim fieri solita. Quod patet. Nam Augustus domum dedit Vestalibus, quæ vt Pontifici Maximo illi obuenerat, eamque ipse habitare noluit: ac deinceps Pontificibus in Palatio domum parauit. Quid? quod idem auctor testatur, alterius Aedem fuisse, in cuius area extructa est *Liuiæ porticus*. Vedius enim Pollio libertinus genere, & Equestris ordinis, nec magis diuitiarum copia, quam crudelitate nobilitatus, quod murænas in piscinis, traditis mancipijs aleret, moriens multis multa legauit: *Augusto autem magnam hereditatis partem, & Pausilypum villam inter Neapolim, & Puteolos iacentem: iussitque, vt is populo aliquod splendidum opus faceret. Eius operis causa faciendi verbo, re autem, ne quod Vedij in Vrbe restaret monumentum. ædes Pollionis funditus euertit Augustus: Porticuque ibi circumducta, non Pollionis, sed Liuiæ nomen inscripsit.* Hæc Dion. Quod ergo huius domum propter eximiam crudelitatem, & luxum Augustus diruere voluerit, scripsit Ouidius:

Hæc æquata solo est, nullo sub crimine regni;

Nam ædes diruebantur eorum, qui Romæ regnare voluissent, vt Sp. Melij, Sp. Cassij, M. Manlij.

Sed quia luxuria visa nocere sua est.

Porticus Liuiæ Templi Pacis Lib. 36. cap. 15. Lib. 14. cap. 1. In vita Traiani. Sed neque hæc domus fuit, vbi postea Templum Pacis. Nam cum Liuiæ porticus in eius area extructa fuerit; hanc post conditum Templum diu saperstitem, & simul extare Roma spectauit. Itaque Plinius qui *Pacis Templum pulcherrimum operum* appellauit, alibi; *Vna, inquit, vitis Romæ in Liuiæ porticibus subdiales inambulationes ombrosis pergulis opacat, eadem duodenis musti amphoris sæcunda.* In eadem Traianum Ciuibus aures dedisse saliquot annis post Vespasianum Templi Pacis conditorem testatur Dion. Et Martialis:

Claudia diffusas vbi Porticus explicat umbras.

Vltima pars aulæ deficientis erat.

Quo tempore, cum hæc Poeta scriberet, Vespasianus sua opera perfecerat. Cum igitur simul extarent Liuiæ Porticus, & Templum Pacis, hoc in area eius domus extructum non est, in qua fuerat ædificata Porticus Liuiæ.

Domus Cæsaris vbi esset. Atque vt rem difficilem quoquomodo concludam. Si domum Cæsaris, seu Pontificis ædibus Vestalium proximam ipsidem cecidit Augustus, perspicue elicitur ad radicem Palatini fuisse, vbi Vestæ Templum, & Aedes Vestalium erant: atque adeo Sacram viam, mediam inter hanc domum, & Templum Pacis fuisse productam. Hoc enim venientibus ab Arcu Titi dextrorsum, leuor. um domus occurrebat. At Forum Cæsaris in eo Urbis spatio productum est, quod patet post Templa Pacis, & Fau-

Et Forum eiusdem.

Faustinae. sic enim Sacrae viae, & Foro veteri, & ipsius domui propinquum, iuxta Forum Augusti collocabitur. Demum porticus Iulia ultra Forum Caesaris, Esquilij vicinior, & cliuo, quo ascenditur ad D. Petri cognomento ad Vincula. Quod clarius constabit, cum de domo Neronis infra dicemus.

Forum Augusti. Cap. XXII.

FORVM Augusti inter precipua eius opera numerat Suetonius. In vita cuius extruendi causa fuit hominum, & iudiciorum multitudo, Aug. c. 29. quae videbatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere. Itaque festinantius, nec dum perfecta Martis aede publicatum est. Scribit Macrobius: Cum multi Seuero Cassio accusante absoluerentur, & Architectus Fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita iocatum esse: Vellem, Cassius & meum Forum accusasset. Sed in eo sic publicato cautum est, ut separatim publica iudicia, & sortitiones iudicium fierent. Suetonius: Saturnal. lib. 2.

Ceterum Augusti Forum prope Forum Caesaris constituitur, ut ab illo ferè vsque ad Capitolium, & Templum nunc S. Martinae, ultra Aedem S. Adriani pateret, quam ut supra dixi, scriptores Ecclesiastici in tribus Foris nuncupant. Erat enim ibi antiquitus Saturni Aedes cum Aerario, media inter Forum Romanum, & Forum Augusti, cui post Templum Faustinae iungebatur Forum Caesaris. Forma Fori eadem cum superioribus. nisi forte propter angustias, quia non ausus est Augustus extorquere possessoribus proximas domos, vel longitudini latitudo, vel contra longitudo latitudini non respondebat. In medio Aedem Marti Vltori votam Philippensi bello, quod cum Bruto, & Cassio gesserat, posuit: Et statuas omnium Ducum Romanorum triumphali effigie in vtraque Fori sui porticu dedicauit: Professus edicto, commentum id se, ut ad illorum velut exemplar, & ipse dum viueret, & insequentium gratum Principes exigerentur à Ciuibus. Suetonius. Sed Fori, ac Templi ornamenta fusè complexus est Ouidius:

*Mars venit, & veniens bellica signa dedit.
Vltor ad ipse suos Caelo descendit honores,
Templaque in Augusto conspicienda Foro.
Prosperit armipotens operis fastigia summi
Et probat, inuictos illa tenere Deos.*

Nempe in Templi fastigio statuas Deorum. Et, quae deinde enumerat, Arma, & Spolia de hostibus capta, affixa postibus: Simulacra Illustrum Regum, & Romanorum longa serie ab Aenea vsque deductorum Romulum de Acrone triumphantem titulos subiectos statuis, & inscriptiones rerum praecclare gestarum. Addit fuisse votum ab Augusto Templum pro victoria, cum in vltionem Caesaris bellum civile gerendum suscepit.

*Templa feres, & me victore vocaberis Vltor.
Vouerat, & fuso letus ab hoste redit.*

In vita.
Aug. c. 31.
5. Fast.

Templum
Martis Vltoris.

Forum.
Augusti
prope
Forum
Caesaris.

Sueton. in
vita c. 36.

Cognomē
Vltoris vn
de traxe-
rit Mars

Nec

Signa red-
diderunt
& obli-
des .

Duo Tem-
pla Martis
Vltoris .
Cap. 19.
Vitæ Au-
gusti .
Lib. 50.

Lib. 2.
Annal.

In vita
Adriani.

*Nec satis est meruisse sui cognomina Martis,
Persequitur Partibi signa retenta manu .
Partbe refers Aquilas, victos quoque porrigis arcus ;
Pignora iam nostri nulla pudoris habes .
Rite Deo, Templumque datum, nomenque Bisultor,
Emeritus voti debita soluit honor .*

Ex quibus verbis ambigitur potest, an duplici cognomento Mars in eodem Templo sit cultus, an duo essent Tempula Vltoris, & Bisultoris. Riquus auctore Quidio. Duo Martis Tempula constituit Vltoris, & Bisultoris, & huius collocat in Capitolio, quod ante obseruauit in Suetonium Læuius Torrentius. Sed & Dion perspicue id tradidit, Templumque Martis Vltoris, quem Bisultorem appellat Quidius, statuit in Capitolio. Nam cum recepta ab Augusto de Phartis signa dixisset: *Itaque, inquit, & sacrificia eius rei causa, & Templum Martis Vltoris in Capitolio ad imitationem Iouis Feretrii, quo signa ea militaria suspenderentur, decerni iussit, ac deinde perfecit.* Duo ergo Tempula Martis Vltoris: sive Vltoris, & Bisultoris, alterum in Foro Augusti, alterum in Capitolio statuenda sunt. Quod autem erat in Capitolio, quia ad similitudinem Templi Iouis Feretrii factum est prope illud etiam probabiliter est collocatum. Structi sunt etiam Arcus ob signa recepta, ut apparet in nummis, & post, sub Tiberio ut ait Tacitus: *Structi & Arcus circum latera Templi Martis Vltoris cum effigie Cesarum Germanici, & Drusi, lectiore Tiberio, quia pacem sapientia firmauerat.* A Templo autem Forum ipsum Martis aliquando dicitur. Quod sane præter Romanorum Statuas, alijs quoque simulacris, & picturarum insignibus è Græcia aduectis decoratum est, & inter pulcherrima, que unquam operum adscriptum à Plinio, Adrianus, deinde auctore Spartiano instaurauit. Martis ludi in Foro Augusti facti. Dion. lib. 56. Martialis quærendos ibi carminum quosdam recitatores monet:

*Pompeium quæras, & nosti forsitan, Auclum,
Vltoris prima Martis in Aede sedet.*

Forum Neruæ. Cap. XXIII.

Forum
Neruæ
vbi fue-
rit.


FORVM Neruæ post Forum Augusti, & remotius à Foro Romano fuit. Quædam adhuc vestigia in via publica eius Fori superesse probabile est. Hæc, duæ sunt columnæ insculpto marmoreo parieti egregij operis adiunctæ. eodemque in loco superioribus annis Columnæ maiores imposito epistilio, fastigioque extabant; adiecto titulo: IMP. NERVA CAESAR.

Quæ




FORI NERVAE VESTIGIA.

LIBER SECUNDVS. 1851



FOND NERVAE VILLOIA



FORI VESTIGIA EX ALTERO ASPECTV.

In vita
Domit.
cap. 5.
Forum
Neruz cur
Transito-
rium.

Quæ deformata, ac pœne corrosa Paulo V. Pont. Max. deiecta festaque sunt in tabulas marmoreas ad Ianicularem Aquæ Bracchianæ fontem extruendum, & exornandum. Porro Suetonius de Foro Neruz: *Excitavit, inquit, Forum Domitianus quod nunc Nerua vocatur.* Occiso enim eodem, antequam absolueret, Domitiano, Nerua successor perfecit ac dedicavit; dictumquæ est Transitorium, non quia per illud in alia Fora viasque opportunè transiretur, vt Marlianus & alij putant; sic enim & Forum Augusti, & Cæsaris, & alia Transitoria dicerentur, nam & ab his transitus erat: sed quia, vt alijs dixi, Iani Templum haberet, cui quatuor inerant portæ, siue arcus. Iani autem eiusmodi quadrilateri transitiones dicebantur, quod semper transeuntibus paterent. Nam Nerua Ianum quadrifrontem ex humiliori delubro suum in Forum transtulit. Martialis:

Lib. 10.
Epig. 18.

*Publica quem primum vota precesque canunt,
Peruius exiguos habitabas antè Penates,
Plurima quæ medium Roma terebat iter.
Nunc tua Cæsareis cinguntur limina donis,
Et Fora tot numeras Iane quot ora geris.
At tu sancte pater tanto pro munere gratus,
Ferreæ perpetua claustra tuere sera.*

7. *Æneid.* Confirmat Seruius: *Sacrarium, inquit, Iani Numa Pompilius fecerat circa imum Argiletum, iuxta Theatrum Marcelli, quod fuit in duobus brevissimis Templis, duobus autem propter Ianum Bifrontem. Postea captis Phaleris Ciuitate Tusciæ inuentum est simulacrum Iani cum frontibus quatuor propter quod in Foro Transitorio constitutum est illi sacrarium aliud, quod nouimus quatuor portas habere.* Loquitur Seruius de sacrario quadrilatero, quod Iano conditum captis Phaleris idè esse probabile est, quod hodieque conspicitur in veteri Boario Foro, cui propterea Transitorio cognomen fuit. Verum ex eo translatum Iani simulacrum ad Forū Neruz transtulit secum & cognomen tum. Illi verò erant exigui Penates, quos vt ait Martialis, *peruius ante Ianus habitabat,*

Ianus quadrifrons.

Ita Ful-
uius lib. 3.
de Foro
Boario.

Plurima quæ medium Roma terebat iter.

De Cæsari-
bus in
Nerua.

Atque ex ijs peruius ipse asportatus, fecit etiam Forum Neruz appellatione peruium. Sic enim Aurelius Victor nominauit. In quo tot numeravit Fora, quot ora, nempe quatuor: *Romanum, Cæsaris, Augusti, Nerua.* nam de Traiano Foro, quod postea factum est, loqui Martialis non poterat.

Lib. 4.
Sylu.

Cæterum Neruz Forum fuisse ornatissimum, tria persuadent. primum, quia edificauit Domitianus quadam videlicet æmulatione Cæsaris, & Augusti, nec ille opera fecit nisi eximia, & egregia. Deinde, præter Templum Iani Aedem Palladis ibi extruxit, quam velut sibi propitiæ præcipuè colebat. De Iano Statius:

*Ianus agit, quem tu vicina pace ligatum
Omnia iussisti componere bella, nouique
In leges iurare Fori.*

De Templo Palladis Aurelius Victor; *Dedicato, inquit, Foro, quod appellatur Peruium. quo Aedes Mineruæ eminentior confurgit, & magnificentior.* Dubitat Lipsius an hæc Aedes Palladis, an illa Iani in medio Foro locata fuerit. nam & de hac scripsit Staius.

*Sed qui limina bellicosa Iani
Iustis legibus, & Foro coronat.*

Foro coronata, idest cincta Fori porticibus. Non dubitarim tamen, Aedem illam sublimem Palladis in medio: Ianum vero quadrifariam, peruium potius in transitu, adituquæ fuisse. Id enim videtur huic præsertim Deo tributum, quod extrema coniungeret. De Iano quidem Bifronte Ouidius:

Hic ubi iuncta Foris Tempora duobus habes.

Quod autem Aedes illa Palladis è medio Foro, eius duntaxat præsidis extaret, Forum dictum est Palladium. Martialis.

*Libertum docti lucensis quare Secundum,
Limina post Pacis, Palladiumque Forum.*

Obseruant id præter cæteros Onuphrius, & Lipsius, tanti viri. Sed mihi duo aliquam de ea re suspicionem iniiciunt. Primum: quod Martialis illud Epigramma scripsit, cum primo libros suos euulgare cœpit non omnes simul, sed vt quemque absoluerat, in lucem editos, circa initia, vt arbitror, Imperij Domitiani. Hic autem, cum quindecim annos imperarit, tunc fortasse non dum Forum inchoauerat, quod imperfectum tanto post moriens reliquit, aut certe minimam eius partem erexerat. Cur ergo nondum extructo iam cognomen inditum? Deinde cur Forum Neruæ, seu Palladium coniungitur cum Templo Pacis, cum intercederet Forum Cæsaris inter vtrumque, aut etiam Augulli? hæc ergo primum afferri debuerant. Itaque vel Martialis de alio Urbis ædificio scripsit: vel poeticè, quod potius dixerim, adulatorio, & suo more loquutus, nomen inchoato vix Foro dedit; & solum Flauia gentis ædificia, quamuis seiuncta recensuit, vt Domitiano assentaretur. Sed Palladium nomen cum Foro non perennauit; *Transitorio*, vel *Neruæ* post dedicationem appellato. Accessit tertio eiusdem Fori exornandi singularis cura Alexandri Cæsaris. Hic enim teste Lampridio, *Statuas Colossas, vel pedestres nudas, vel Equestres Diuis Imperatoribus in Foro D. Neruæ, quod Transitorio dicitur, locauit omnibus cum titulis, & columnis aris, qua gestorum ordinem continerent exemplo Augulli, qui summorum virorum statuas in Foro suo è marmore collocauit, additis gestis.* Ambigit Lipsius an aræ columnæ statuis essent pro basi; an additas porticus sustineret; dequæ ijs, & hoc Foro scripserit Pausanias, quod Fuluius, & Marlianus affirmant. Verba Lipsij sunt. *Quæ autem ista columna? an quibus loco basium insisterent, & acta inscripta essent? an & alias intellexit, quæ seorsim porticus sustinuerunt? Non de nihilo ambigo. Quoniam in Pausania lego de quibusdam ædificijs ex are solido differente: lego inquam fuisse talia vt Mineruæ Templum Sparta, quod Chalcicæon idè dicitur, atque item alibi, sed tum addit in fidem, presentaneis, & sui sui exempli, & papaliois,*

De Cæs. in
vita Ner-
uæ.

Lib. 3. de
Magn. Ro-
man. c. 7.

Lib. 1.
Fast.

Lib. 1.
Epig. 2.

Forū Ner-
uæ Palla-
dium.

In vita,
Alexand.
Lips. Mar-
lianus. Ful-
uius locis
citatis.
Forū Ner-
uæ orna-
tum ab A-
lexandro
Imperat.

inquit, ἡ ἀγορὰ μεγάλῃς ἔνεκα, ἔκατασκιδνῆς τῆς ἄλλης διῶμα ἔσαι παρέχεται ἢ ὄροφον καλεῖν. *Romanis Forū, quod ἔ magnitudine, ἔ alio apparatu omni instar miraculi est, exhibet tectum, ἔ camerationem græcā. Quod istud Forum tectō græco? vellem nominasset. nunc suspicari tamen fas est, de isto Neruz capiendum: nisi de alio ἔdificio quod Chalcidicum appellabant quodque Foris solet adiungi.* Hæc ille. Quod spectat ad columnas ab Alexandro additas putauerim vel bases statuarum fuisse, vel parerga Fori ad exornandum. Cæterum cum de Fori cameratione ærea scribit Pausanias, non loquitur de Foro Neruz, sed de Foro Traiani. Testimonio est locus alter eiusdem auctoris ferè cum illo geminus, loquens enim de operibus à Traiano in Vrbe factis inter quæ Thermas, Amphitheatrum, Circum enumerat: deinde eius Forum sic describit ἔ ἡ ῥωμαίων ἀγορὰ κοσμοῦ τε ἔνεκα τε λοιπῆς διας ἀξία, ἔ μάλιστα ἔς τὸ ὄροφον χαλεκῆ πεποιμηδύον. ἔ Forum Romanorum, tum reliqui ornatus causa spectari dignῆ, tum maxime propter camerationem ex ære factam. Hoc ergo Traiani Forum, de quo paulo post, eo loco nominavit Pausanias; neque eius verba aliò distrahenda sunt. Errat vero si quis pro cameratione, & fornice, tectum, & culmen intelligit æreis instructum tegulis. De ædificijs enim æreis loquitur Pausanias; & cum de Mineruz fano ex ære facta, ideoque chalcicæo dicto dixisset: ex hoc ærei culminis Romanorum Foro infert, non alienum esse à veritate Templum Apollini γυῖος χαλεκῆ factum esse aneum.

Ædificia
cum ca-
meratio-
ne ærea.

In vita
Alexan.

Murus in
Vrbe finis
Fori Neruz.

Denique omittendum non videtur, quod cum alia tria Fora iudicijis dedicata essent, in Foro Neruz rei aliquando supplicijis multati sunt. De Vetronio Turino qui acceptis muneribus multa petentibus nomine Imperatoris falsò promiserat, sic Lampridius: *In Foro Transitorio ad stipitem illum ligari precepit, Alexander, ἔ fumo appposito, quem ex stipulis, atque humidis lignis fieri iusserat, necauit, præcone, dicente: fumo punitur, qui vendidit fumum.* Spatium huius Fori certo definiri non potest. sed & illud exploratum est, veterem murum, qui hodiequè visitur, enormem, & angulosum è quadratis magnisque lapidibus, & arcu ad viæ transitum, intercisum in finibus Fori fuisse. Tres vero ingentes columnæ, quibus campanaria Turris Ecclesiaz S. Basilij Monialium imposita est, ad latus marmorei ædificij, reliquæ dicuntur esse Templi Neruz Cæsaris. De quo Plinius in Panegyrico; *Neruz lacrymis primùm, ut Filium decuit, mox Templis honestasti non imitatus illos qui hoc idem, sed alia mente fecerunt.* Eius & adiuncti totius operis ichnographiam, atque orthographiam multi egregiè descripserunt. Quamquam ambigendum iudico, an illud Templum Neruz an potius Mineruz, an alteri tribuendum, quodque ædificium eo nomine censendum sit.



N 2

EADEM VESTIGIA.

- A. Vetus murus e quadratis magnisq; lapidibus in finibus Fori.
- B. Tres Columnę Templi D. Neruę.
- C. Campanaria Turris Ecclesię Monialium Sancti Basilij.

Forum Traiani. Cap. XXIV.

PROXIMUM Foro Neruæ fuit Vlpium, & Traianum Forum. Cuius Cochlis Columna in medio olim posita hodieque index est. Hoc Forum Apollodoro insigni Architecto Traianus post bellum Dacicum ædificauit: Complanata Quirinalis môtis parte, & æquata vallibus, vt docet inscriptio in Columnæ basi. Fuit autem inter cætera Cæsarum opera Traiani Forum maximè admirandum testificatione Cassiodori: *Traiani, inquit, Forum vel sub assiduitate videre miraculum est.* Et Ammiani Marcellini: *Cum, inquit, ad Traiani Forum venisset, Constantius, singularem sub omni Cælo structuram vt opinamur etiam numinum assensione mirabilem, habebat attonitus per gigantes contextus circumferens mentem, nec relatu effabile, nec rursus mortalibus appetendos.* Quid potest de ædificio dici sublimius? Hac sane de causa, cum Fori atrium, quemadmodum cætera, columnis, epistilijs, coronis cingeretur, quidam Columnas crassitudine, ac celsitate Cochli fermè æquant. Qui enim alij fuere gigantai contextus præter has, & imensæ magnitudinis lapides, æreisque fornices, quos sustinebant? Atqui Columna, vt habet P. Victor, *est alta pedes CXXVIII.* At idem, *Forum Traiani cum Templo, & Equo aneo.* Num æneum Templum, sicut Equus? qui in medio atrij, teste Ammiano, ipsum Principem vehebat. Id quidem de Templo nõ facile dixerim, sicut de camerationibus, & tecto; hoc enim tradit Pausanias. At statuas in fastigio Temp'i positas, vt ostendit numisma Traiani, æneas inauratas fuisse, sicut in reliquis Fori fastigijs dubium non est. De his Gellius. *In fastigijs, inquit, Fori Traiani simulacra sunt sita circum vndique inaurata Equorum atque signorum militarium: subscriptumque est, Ex manubijs: id est, vt idem eo capite declarat, ex pecunia, qua ex venditione præda manucapta percepta sit.* Hæc autem præda ex bello Dacico redacta est, quo perfectio, Traianus Forum extruxit, & in eo Columnam posuit. Dion, *In Foro suo, ingentem Columnam statuit, siue vt ea pro sepulchro esset, siue in ostentationem eius operis, quod ille circa Forum egit. Clius surgebat, quem effossa quoquoersus terra ita complanauit, vt vndique Columna conspiceretur: Forumque deinde in arca modum aequatum mansit. Posthæc Armenijs, atque Parthis bellum inferre statuit:* At Columnæ inscriptio sic habet:

Lib. 1.
Var. Epist.

Traiani
Fori ad-
mirandū.

Columna
Cochlis
in Foro
Traiano.
Loc. cit.

Lib. 13.
cap. 23.

In Traia-
no.

SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS
IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO. AVG. GERM. DACICO. PONTIF
MAXIMO. TRIB. POT. XVII. IMP. VI. COS. VI. P. P
AD. DECLARANDVM. QVANTAE. ALTITVDINIS
MONS. ET. LOCVS. TANTIS. EX. COLLIBVS. SIT. EGESTVS



COLUMNNA TRAIANI

In postremo Inscriptionis
 versiculo aliqua desunt syllabae
MONS ET LOCUS TAN-
BVS SIT EGESTVS supplet
 Egnatius **TANTIS OPIBVS**
 Marlianus **TANTIS OPERI-**
BVS, melius Donatus **TAN-**
TIS EX COLLIBVS... atque
 I. Gruterus **TANTIS RVDE-**
RIBVS SIT EGESTVS, & hæc
 loquendi formula repetita com-
 probatur in Inscriptione Arca-
 dij, & Honorij de qua in r. lib.
OB INSTAVRATOS MV-
ROSET TVRRES EGESTIS
IMMENSIS RVDERIBVS.
 Porro sculptura anaglyptica in
 extrema facie admirandi operis
 M MD hominum figuras partim
 integras, dimidias partim,
 vel pectore tenus continet præ-
 ter equos, arma, & alia insignia.
 & (quod admirabilius est) vna
 manu, cuncta, vnoque scalpro
 insculpta videtur. Vnde triumphalis
 Columna exhibet profectio-
 nes, traiectus, castra ad locu-
 tiones, sacrificia, pugnas, Vi-
 ctorias, trophæa, sed in tam va-
 ria imagine duo adnotanda sunt:
 facinus foeminarum Daciarum,
 quæ in Romanos ita seuiunt,
 vt captiuos denudatos viues
 sacibus comburant, & fortitu-
 do virorum, qui seruitutis me-
 tu, incensa Vrbe, vnanimiter fe-
 stinant ad necem; ipsorum vo-
 e vase venenum ministrante, sin-
 gulis manus porrigentibus ad
 poculum; cum interim alij exa-
 nimes iaceant, & alij iam con-
 cidant morituri. Cæterum in
 Columnæ fastigio Colossus Tra-
 iani stetit hastâ tenentis, atque
 auream pilam, in quâ eisdem
 cineres recondidit Hadrianus.

Sculptura
 anaglyptica.

Colossus
 Traiani.

In Adriano.

In Chronico.

In eodem Eusebio.

Foro Traiani ornatu à Cæsaribus.

Loc. cit.

Spartian. in vita.

In eius vita.

In eius vita.

Loc. cit.

Indicia acta in Foro Traiani.

Loc. cit.

Indicia acta in Foro Traiani.

Loc. cit.

Indicia acta in Foro Traiani.

Loc. cit.

Indicia acta in Foro Traiani.

Loc. cit.

Ex quo inferes, Columnam rebus Dacicis insculptam prope Quirinalem non ipsum sibi, sed populum, ac Senatum Traiano statuisse. Eius quidem ossa ibi condita fuere ab Adriano. Dion, *Traiani*, inquit, *ossa in illius Columna condidit*: vel, ut ait Cassiodorus, *ossa in urna aurea collocata sub Columna Fori, que eius nomine vocatur, recondita sunt*.

Auxerunt postea Fori pulchritudinem alij Cæsares, Marcus enim Antoninus cum multi nobiles bello Germanico interiissent, *omnibus statuas in Foro Vlpio collocavit*. Alexander *statuas summorum virorum in Foro Traiani collocavit undique translatas*, ut in eodem Alexandro Lampridius. Pausanias præter alia Fori ornamenta statuas duas commendat, alteram Augusti Cæsaris ex electro, alteram ex ebore Nicomedis Bithyniæ Regis.

In eodem Foro obita alia Principum munera. Adrianus, cum gratiam hominum aucuparetur, & pecuniam, quæ fisco debebatur, debitoribus remitteret, syngraphas *in Foro D. Traiani quo magis securitas omnibus roboraretur*, incendit. Aurelianus tabulas publicas ad priuatorum seueritatem exuri in Foro Traiano semel iussit. Marcus verò Antoninus profecturus ad bellum Marcomanicum exhausto ærario cum extra ordinem aliquid prouincialibus imperare nollet, *in Foro D. Traiani*, teste Capitolino, *auktionem ornamentorum Imperialium fecit, vendiditque aurea pocula, & chrysellina, & murrhina: vasa etiam regia, & vestem uxoriæ sericam, & auratam, gemmasque etiam, quas multas in repositorio sanctiore Adriani repperat, & per duos quidem menses hæc venditio celebrata est*. Commodus, teste Lampridio, *cooptatus inter tres solos principes luuentutis cum togam sumpsit adhuc in pretexta puerili congiarium dedit, atque ipse in Basilica Traiani presedit*. Ibidem acta fuisse iudicia testatur Gellius: *Phauorinus*, inquit, *cum in area Fori, Traiani, ambularet, & amicum suum Consulem opperiretur causas pro Tribunali cognosc. ntem*.



Hæc autem iudicia in Basilica Vlpia eiusdem Fori celeberrima præcipue habebantur. Illud vero solemne, ac statum, quod Kalendis Ianuarij noui Consules in Foro Traiano seruos manumittere solebant, Ammianus:

Ma-

Mamertino, inquit, Consule Kalendis Ianuarijs ludos edente manus mittendis ex more inductis per admissionum proximum. Claudianus de Honorio Consulatum ineunte:

Lib. 22.

*desuetaque cingit
Regius auratis Fora fascibus Vlpia liëtor.*

In Paneg.
eiudem
Consulatus.

Idem de Eutropio Consule:

*libertatemque daturus
Quem nondum meruit, scandit sublime tribunal.*

Sidonius de Antemio Augusto Consule:

*Nam modo nos iam festa vocant, & ad Vlpia poscunt
Te Fora, donabis quos libertate Quirites,
Quorum gaudentes exceptant verbera mala.
Perge Pater Patria fœlix, atque omine fausto
Captiuos vincituro nouos, absolue vetustos.*

Eidem Foro Arcus additus est in honorum Traiani iam per Orientem victoris. Dion in eius vita: *Triumphalis, inquit, tunc Arcus, præter alia multa, que in honorem eius & decreta, & facta fuerant, in illius Foro subfructus est. At Templum de more positum in Foro, cuius supra mentionem fecimus, cui dicatum est? Num eidem Traiano relato inter Diuos? Traianus certe ibi Templum habuit. Spartianus: Cum opera vbi que infinita fecisset, Adrianus, numquam ipse, nisi in Traiani Patris Templo nomen suum scripsit. Videtur ergo hic esse Templi conditor. Gellius: Sedentibus forte nobis in Bibliotheca Templi Traiani. Quæ videlicet non minus Templi, quam Fori alterum insigne fuit ornamentum, sed Dion: Bibliothecas, inquit, Traianus extruxit. Igitur plures. Nam duæ fuerunt in eodem Foro. Meminit Sidonius, vbi statuam æream promeritus:*

In vita
Adriani.Lib. 11.
cap. 17.

In eius vita.

*Cum meis poni statuam perennem
Nerua Traianus titulis videret
Inter auctores vtriusque fixam
Bibliotheca.*

Lib. 9. E-
pigr. 19.

Et fortasse Porticu discretæ, vbi simulacra doctorum virorum Græcæ, Latinæque linguæ.

Librorum Bibliothecæ Vlpia meminit Vopiscus in vita Valeriani, Taciti, Probi, quos Linteos, & Elephantinos nominat. De Linteis, qui in vsu priscis erant, ad Monetæ inuentis, antiquior mentio apud Liuium. Porro in his Ephemeridas, resque Principum gestas præsertim adnotare solebant & in Bibliotheca Vlpia reponere. *Quæ omnia, inquit Vopiscus ex libris Linteis, in quibus ipse, Aurelianus, quotidiana sua scribi preceperat, pro tua sedulitate condidces. Curabo autem ut tibi ex Vlpia Bibliotheca, & libri Linteï proferantur: quasi reconditiores sanctioresque. Idem: habet, inquit, in Bibliotheca Vlpia in armario sexto librum Elephantinū, in quo hoc Senatus Consultum perscriptum est, cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. Nam diū hæc Senatus Consulta, quæ ad Principem pertinebant, in libris Elephantinis scribebantur. Libri autem Elephantini sunt eborei. quamquam alij minus verè è pellibus ipsius Elephantis confectos*

Dec. 1. 14.

In Aure-
reliano.

In Tacito.

In Probo. velint. Porrò ad ornamentum suarum Thermarum videtur Diocletianus eò transtulisse Traiani Bibliothecam. Indicat Vopiscus, *usus autem, inquit, sum præcipuè libris ex Bibliotheca Vlpia, atate mea in Thermis Diocletianis*. Sed quoniam hic auctor semper vnam, nos supra duplicem Bibliothecam fecimus; opinari aliquis posset, vnam fuisse ædificio, & structura: duplicem auctoribus vtriusque linguæ. In hac, vel in Basilica Fori Traiani Oratores, & Poëtæ solebant etiam recitare. Fortunatus:

Ad Bertrichramnũ Episc. Cironanẽsem.


*Vix modo tam nitido pomposa poemata cultu
Audit Traiano Roma verenda Foro.*

Spectantur in nummis Icones Fori Traiani, Templi, Columnæ, Basilicæ, quas apponimus. Præterea Arcum Septimij Seueri, Templum Cæsaris, Templum Augusti. Idemque restitutum duo Tempia Martis Ultoris, vnum in Foro, alterum in Capitolio cum signis receptis: Basilicam Aemiliam, Templum Faustinae, ex eodem insigni Musæo Francisci, & Bruti de Gottifredis.

Quamquam Templum Traiani, & Augusti restitutum, è Collegij Romani promptuario damus.

Fora

Concordiae



Augusti




Augusti



Augusti




Tiberij



Antonini

Pij



Traiani



Traiani




Traiani



Traiani



Faustinae



Antonini

Carac



Fora ad alterum Capitolij latus, inter quæ
Boarium. Cap. XXV.

QUATVOR Fora, quæ descripsimus ad Orientem suere sita. Quæ sequentur, Occasum versus, alterum Capitolij latus cingebant, inter hæc & priora interposito Romano Foro.

Boarium primo inspiciendum se offert, cuius fines anteperscripsimus. Nam à Circo Maximo ad Tiberim longitudo: à Templo S. Georgij ad radices Auentini latitudo producitur. Boarij nomen, vel Bouis ærei in medio positi effigies, vt placet Tacito, & Ouidio: vel boues ibi venditæ, vt placet Festo, & Varroni, fecerunt. Alij tertiam addunt causam, Taurum ab Hercule immolatum: Propertius quartam videtur addere, quod ibi Hercules pauerit boues suas:

Herculis ite boues, nostræ labor vltimæ clauæ.

Bis mihi, quæsitæ, bis mea præda boues.

Aruaque mugitu sancite boaria longo;

Nobile erit Romæ pascua vestræ Forum.

Certe vetusta, & culta religionibus eo loco Herculis memoria. Nam ab Hispania victo Geryone reuertentem, agentemque præ se boues ibi stetit: tum Cacus, qui duas in Auentini speluncam abegerat, siue occiso, vt tradit Virgilius, occidisse; postremo Aram, quæ Maxima dicta est, sibi locasse, ritumquæ sacrorum decreuisse Poëtæ pariter, atque Historici prodidere.

Virgilius: *Hanc aram luco statuit, quæ Maxima semper*

Dicetur nobis, & erit quæ Maxima semper.

Propter magnitudinem, vt placet Seruio: *cultum, & venerationem, vt*

Dionysio: *auctorem Herculem, vt Propertio:*

Ara per has, inquit, Maxima facta manus.

Sed postea sine luco culta est propior Circo, & Palatino, quam Tiberi. Auctor Tacitus, qui tradit, cum Romulus Vibem conderet, *sulcum designandi oppidi cœpisse à Foro Boario, vt magnam Herculis Aram amplecteretur.* Atqui cum sulcus per ima montis Palatini circumductus fuerit:

argumento est, non longe à monte Aram fuisse collocatam, adituque Circi. De hac Ara Solinus: *Suo quoque Numini Hercules instituit Aram, quæ Maxima apud Pontifices habetur, cum se ex Nicostrata Euan-dri Matre quæ à vaticinio Carmentis dicta est, immortalem comperisset.*

Ad eam, teste Dionysio, *Romani iusurandum, & conuenta, quæ vellent esse firma peragebant, & decimas facultatum ex voto sæpe illic offerebant: religione videlicet, & cultu, quàm apparatu, ornatuque potiore.* Pergit Solinus: *Sacellum Herculis in Boario Foro est. In illud neque Canibus, neque Muscis ingressus erat. Nam epulum daturus Hercules, Muscarum Deum dicitur imprecatus, & clauam in aditu reliquisse, cuius olfactu fugerent*

Lib. 12.
Annal.
6. Fast.
Lib. 4.
Eleg. 10.
Vnde no-
men Boa-
rio Foro.


Ara Her-
culis ma-
xim. in Fo-
ro Boario.
8. Æneid.
Ouid. 1.
Fastorum.
Propert.
lib. 4. Ele-
gia 10.
Lib. 12.
Annal.

Cap. 2.

Lib. 1.
Antiq.

gerent Canes. Id usque nunc durat, ait Solinus. Plinius: *Roma, inquit, Myagrū. in Aedem Herculis in Foro Boario, nec Musca, nec Canes intrant.* Aedem Lib. 10. nuncupat, quam facellum Solinus. Et adhuc extare quidam volunt, rotundi ambitus inter ripam Tiberis Templumque Virginis cognomento cap. 29. in Cosmedin, titulo S. Stephani decoratam. Sed eam Pomponius Læcus Matutzæ attribuit, & ex eo Marlianus, in alia eiusdem Fori parte, Herculis Aedem constituens, postea dirutam à Sixto IV. Pont. Max. inibi inuento æneo Hercule, qui visitur in Aedibus Capitolinis. Contra Fulvius ad Aram eius Maximam inuentum id simulacrum affirmat, quod ipse in medium relinquo. Constat tamen Aedem Herculis fuisse rotundam. Liuius, *In Sacello Pudicitia patritia, qua in Foro Boario est ad Aedem rotundam Herculis. P. Victor in regione o&aua. Aedes Herculis Victoris dua: altera ad portam Trigeminam, altera in Foro Boario cognomine Rotunda, & parua.* Porro alteram illam Aedem eiusdem Herculis fuisse tradunt ab O&auio Herennio consecratam iuxta Tiberim, vbi tunc porta Trigemina, olim, vt antea dixi, ad radices Auentini sita prope idem Templum Virginis in Cosmedin, & propinqua Foro Boario.

Aedes
Herculis
rotunda
in Foro
Boario,



HERCVLIS AEDES IVXTA TYBERIM.

In eodem Foro Matris Matutz Templum fuit à Seruio Tullio factum, refectum à Camillo, & cum arsisset iterum instauratum Q. Fulvio, Appio Claudio Cofs. anno Urbis DXLII. cum Aede Fortunæ, illi proxima ab eodem Seruio dedicata, quam nunc Aedem S. Mariæ Aegyptiacæ appellant. De Aede Matutz in Foro Boario Ouidius;

Pontibus & magno iuncta est celeberrima Circo

Area, qua posito de Boue nomen habet.

Hac ibi luce ferunt Matuta sacra parenti

Sceptriferas Serui Tempia dedisse manus.

Idem de Fortunæ Templo paulo post.

Lux eadem Fortuna tua est, auctorque, locusque.

Sed super iniectis, quis latet iste togis?

Porro Aedem Matutz, vt ait Liuius, Camillus dictator dictus vouit se refectam dedicaturum, iam ante ab Rege Seruio Tullio dedicatam; eodemque libro de eodem; *Dedicauitque Matuta matris Templum.* Idem auctor: *Triumviri bini vni sacris conquirendis donisque per signandis, alteri reficiendis Aedibus Fortuna, & Matris Matuta intra portam Carmentalem: sed & Spei extra portam, qua priore anno incendio consumpta fuerant.* Huius Aedis Fortunæ non meminit Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum, cum alias recenseret. De vtraque plura Ouidius. Liuius. *L. Stertinius de Manubijs duos Fornices, in Foro Boario ante Fortunæ Aedem, & Matris Matuta, & bis signa aurata imposuit.* Aedem Matutz perperam quidam locant ad radices Capitolij, nempe extra fines Boarij Fori, & contra Liuium, longè semotam à Tiberi. De sacello Pudicitiz iam dictum est, quod quidam putant fuisse, quod nos Fortunæ dedimus, nunc S. Mariæ Aegyptiacæ nuncupatum. Sed amplior videtur Aedes quam sacelli angustiz paterentur. Quidam eam Basilicam Caio, & Lucio Nepotibus Augusti attribuunt ab inuento inibi lapide, cuius inscriptio haberet vtriusque nomina, quibus sanè non assentior; Nam ædificium humilior est, ac rudius, quam vt Nepotum nomini factum videatur ab Augusto: & lapis, quorum antiquitus erat magna copia, cum inscriptione inuentus, quod inculcant, nisi rei aliqua memoria apud auctores sit, ædificium loco non affigit.

Aedes Matutz in Foro Boario.

Faß. 6. quidam legunt, Mötibus, sed non placet. Tullij Regis.


Lib. 5. Dec. 1.

Dec. 3. l. 5.

Aedes Fortunæ. Dec. 4. l. 3.

Sacellum Pudicitiz.

Lib. 4. Antiq.



TEMPLVM FORTVNAE VIRILIS IVXTA TIBERIM

Fuerit ergo Fortunæ Templum, dequè eo Dionysius: *Seruius*, inquit, *Plura For*
duobus Templis conditis, altero Bonæ Fortunæ ob perpetuum eius fauorem *tunæ Tē-*
in Foro Boario; altero Fortunæ Virilis, sicut hodiequè cognominatur in *pla.*
ripa Tiberis prouectus iam etate. In Templo Bonæ Fortunæ simulacrum *Loc. cit.*
Seruij erat velatum, de quo plura Ouidius loco citato, & nos vno eius
versu supra diximus: In Templo Fortunæ, ait Dionysius, ab ipso, Seruio,
condito, dedicata eius effigies inaurata lignea sola incendio superfuit inte-
gra, absumptis intus reliquis omnibus: & hodiequè Templum, & quidquid
inesst instauratum post incendium apparet esse noui artificij. Statua qualis
prius antiqui est operis, durat enim adhuc, & à Romanis colitur, Alterum
Virilis Fortunæ idem fortasse est Templum quod Fortis Fortunæ nuncu-
pat Varro, qui ait: dies Fortis Fortunæ appellatus est ab Seruio Tullio *Lib. 10.*
Rege, quod sanum Fortis Fortunæ secundum Tiberim extra Urbem Ro- *Dec. 1.*
manam dedicauit. Non igitur in Foro Boario. Fuit tamen prope illam
Aedem Bonæ Fortunæ, alia Fortis Fortunæ Aedes. De qua Liuius. Car-
uilius Cos. de reliquo gre Aedem Fortis Fortunæ de Manubijs faciendam
locavit prope Aedem eidem Deæ ab Rege Seruio Tullio dicatam.

Forum Piscarium, & Olitorium.

Cap. XXVI.

ABOARIO Foro exitus erat in Piscarium; quod ut ait Varro, secundum Tiberim fuit, vbi præter pisces varia vendebantur. Spatium Fori se ipsum demonstrat. Nam cum Boarium ad pontem nunc S. Mariz pertingeret: inde secundum Tiberim Piscarium protendebatur vsque ad Urbis mœnia, ut alibi dixi, à Capitolio ad Tiberim deducta iuxta Templum S. Nicolai in Carcere, quæ etate Augusti vix apparebant. *vbi esset*
Forum Pi-
scarium.

Id certo probat Forum Olitorium, vbi olerum copia, ut ait Varro, quod Piscario propinquum, nihilominus erat extra Urbem. Id antea ostendi, ac perspicue demonstrat Liuius: ait enim, *Aedem Spei quæ in Foro Olitorio est, fulmine iclam; quam postea ait fuisse extra portam Carmentalem: Aequata, inquit, omnia inter Salinas, & portam Carmentalem in Templis Fortunæ, ac Matris Matutæ, & Spei extra portam. Porro hoc Spei Templum vouerat Attilius primo bello Punico: postea Germanicus Cæsar instauratum sacravit, ut refert Tacitus.* *Aedes*
Spei.
Lib. 1. c. 4.
Dec. 3. l. 2.
Lib. 2.
Annal.

Templum Iani Gemini inter Forum Olitorium, & Piscarium fuit. Nec certo exploratum est, quis primo Aedem illam Iano condiderit indicem Pacis, ac Belli. Macrobius ante Sabinum bellum Aedem Iano locatam asserit. Ouidius pulsus Sabinis aram, & sacellum confestim positum. quod Seruius confirmat; *Postquam, inquit, Romulus, & Titus Tatius in fœdera conuenerunt, Iano simulacrum duplicis frontis effectum quasi ad imaginem duorum populorum. Nec Plutarchus, quamquam hic de simu-* *Quis Aedem Iani*
struxerit.
12. Aeneidem.
lacro

In vita Numæ. Lib. 1. 7. Æneid. 1. Fast. sacro loquitur, Numam Templi fecit auctorem. At Liuius de Numæ. *Ianum, inquit, ad infimum Argiletum, indicem Pacis bellique fecit; apertus ut in armis esse Ciuitatem: clausus pacatos circa omnes populos significaret.* Et Seruius: *Sacrarium hoc, inquit, Numæ Pompilius fecerat circa inum Argiletum iuxta Theatrum Marcelli, quod fuit in duobus breuissimis Templis.* Porro Iani Statua, ut ait Plinius, *dicata est digitis figuratis ad trecentorum sexaginta quinque dierum notam.* Cæterum cum hoc Templum ad inum Argiletum, prope Theatrum Marcelli, sub radicibus Capitolij Liuius collocarit, non dissentit Ouidius, qui Ianum alloquutus, sic ait.

*Cum tot sint Iani, cur sic sacratus in vno es,
Hic ubi iuncta Foris Tempia duobus habes?*

At quæ fuerunt hæc duo Fora, inter quæ Ianus? Boarium interpretes, & Piscarium intelligunt. Boarium enim à Circo Maximo pertinebat ad Tiberim. Huic adiunctum erat Piscarium *secundum Tiberim*, ut ait Varro *ad Iunonium*: idest *ad Ianum*. Ianum enim, ut loco citato Macrobius *Iunonium* dicebant, quasi non solum mensis Ianuarij, sed mensium omnium ingressus tenentem. In ditione autem *Iunonis* sunt omnes Kalendaræ. Hæc Piscarij, Boarijque Fori interpretatio non probatur. Nam Aedes Iani fuit extra portam Carmentalem: extra quam erat Forum

Templum Iani inter Forû Olitorium, & Piscariû. Lib. 2. Annal.

Olitorium, ut supra docuimus. Itaque hoc Forum potius intelligendum est, ut Ianus esset inter Piscarium, & Olitorium. Vbi aliud quoque Iani Templum fuit à Duillio extructum instauratum ab Augusto, dedicatum à Tiberio. Tacitus: *Et Iano, inquit, Templum Tiberius dedicauit, quod apud Forum Olitorium C. Duillius struxerat, qui primus rem Romanam prosperè mari gessit, triumphumque naualem de Pænis meruit.* Sed hoc erat Templum Iani Quadrifrontis, ut habent Augusti nummi apud Gulielmum Choulcium; *cum tamen geminum, ac bifrontem dedicauerit Numæ.*

Lib. 7. Æneid.

Seruius cum de Iano bifronte sito ad Theatrum Marcelli dixisset; *Captis, inquit, Phaleris Ciuitate Tbuscia, inuentum est simulacrum Iani cum frontibus quatuor. propter quod in Foro Transitorio constitutum est illis sacrarium aliud. Quod nouimus hodieque quatuor portas habere.*

In vita Numæ.

At illud Numæ apud Plutarchum dicitur *vetus dicitur Templum duarum portarum: quod, inquit, Belli Ianuam vocant.* Et Virgilius:

Sunt gemina belli porta.

Iani Quadrifrontes.

Templo ergo signoque Numæ immutato, extructa sunt alia Tempia quadrilatera Iano Quadrifronti. Vnum hodieque cernimus apud Aedem S. Georgij in Foro Boario. Quod illa ætate, ut ait Fuluius, Transitorium erat. Idque nomen postea, cum Iano translatum est ad Forum Neruæ; quod deinceps Transitorium dictum.



IANI TEMPLVM

Quia cum quadrilaterum, & quadrifariam peruium haberet Iani Templum, Transitorium ab eius transitionibus nominabant; vt supra dixi, & reliqua eiusmodi quadriformia, peruiaque ædificia Iani sunt dicti. Suetonius: *Ianos arcusque cum quadrigis, & insignibus Triumphorum per regiones Urbis tantos, ac tot Domitianus extruxit. P. Victor: Iani per omnes regiones incrustati, & adornati signis. duo præcipui ad Arcum Fabianum, superior, inferiorque.* Neque de hoc est loquutus Procopius de bello Gothico, sed de Iano bifronti Numæ. *Foro, inquit, in medio, & ex aduerso Capitolij sacellum extat paulo supra eum locum, quem nunc Romani tres Parcas appellant. Id vero Iani sacellum totum ex ære constructum fuisse sat constat, & quadrata quadam dimensione locatum: tantaque amplitudinis quanta integri Iani statua capi poterat, qua utique, & ipsa cum aenea sit, non minor quam quinquepedalis esse apparet. per cætera omnia mortali similis, capite duntaxat bifrons; ita vt facies altera in Orientem Solem diuerget, in Occidentem altera. Porta utrinque aenea in faciem alterutram versa, quas ferme in pace, & prosperis rebus occludi Romani veteres quondam instituerunt, contraque aperiri, dum interea bellum bis est.*

Lib. 1.
Quod For-
um nisi
Olitorio?

Huius Templi vestigium exprimitur in numismatis Neronis. Porro a



Templo Iani via quædam adiuncta dicta est Ianus, in qua fœneratores, & trapezitæ habitabant, eiusque partes summus, imus, medius Ianus di-

Li. 1. Ep. 1. &c. Horatius:

hec Ianus summus ab imo

Prædoet

Lib. 2. de Cicero: *A quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus. Et: Ianus medius in Antonij clientela sit.* Hic locus an esset ad Ianum bifrontem, an ad quadrifrontem definire non ausim; potius tamen ad quadrifrontem constituerem. In eodem Foro Iunonis Matutæ Aedes. Livijs: *Aedes Iunonis Matuta in Foro Olitorio vota, locataque quadriennio ante à C. Cornelio Conf. Gallico bello. Censor idem dedicauit.*

Dec. 4. l. 4.

Demum Columna Lactaria in Foro Olitorio dicta, quod ibi infantes alendos deferebant, vt scribit Festus.

Alia

Alia circum Capitolium sita . Cap. XXVII.

VELABRVM planiciem inter Capitolium, Palatinum, & Auentinum occupabat, in qua & Boarium Forum. Sed Velabrū latius, quantum videlicet aquæ olim Tiberis effusa inundaerunt stagnantis instar paludis. Quibus exiccatis, & coercitis, nomen nihilominus loco mansit. De eo supra scripsimus, in quo fuisse sepulchrū Accæ Laurentiæ testatur Varro. In eodem Velabro fuit & Vicus Tuscus. Nam Hetrusci, qui Porsena Rege venerant ad Urbem, cum deinde essent oppugnatum Ariciam fusi cæsiq; sunt. Pars exigua Romæ excepti, curatigæ, hospitem, Urbisque charitate retenti sunt. *His locus ad habitandum datus, quem deinde Tuscum vicum appellarunt, vt tradit Liuius. Dionysius: His, inquit, Senatus locum in Vrbe ad edificandum dedit, vallem Palatinum inter, & Capitolinum colles, quatuor ferme stadiis, hoc est passibus fere quingentis, protensam, qui vsque ad nostram ætatem Tuscus vicus Romana lingua vocatur, qua transitur à Foro in Circum Maximum.* Hæc ille, quibus patet amplitudo loci: & ambitus, opinor, non rectus vici processus describitur inter Forum Romanum, & Circum Maximum. At Varro scribit multo ante Romulum venisse Tuscos auxilio contra Sabinum Regem, & Cœlium montem habitasse: sed mortuo Cœlio Vibenna Duce, qui monti nomen dederat, ne nimis munita loca tenerent in planum deductos, & ab eis, inquit, dictus vicus Tuscus: & ideo ibi Vertumnum stare, quod is Deus Hetruria. Idem sensit Tacitus. Nam cum de Cœlij, eiusque copiarum aduentu non Romulo, sed Tarquinio Prisco regnante, & mora in monte Cœlio dixisset; *Cætera, inquit, non ambigua sunt, magnas eas copias per planætiæ, ac Foro propinqua habitauisse. Vnde Tuscum vicum è vocabulo aduenarum dictum.* Cæterum cum in parte Velabri Tuscus vicus esset; liquet, eundem locum varias ob causas, varias etiam appellationes sortitum. Nam quia olim lacunofus vehebat nauiculas, *Velabrum*: quia deriuatis in fluuiū aquis, Tuscis habitationi fuit, *Tuscus vicus est appellatus.*

In fine Vici, vt aliàs dixi, statua **VERTVMNI** fuit, siue à conuersis aquis inundantis fluminis: siue, quod hic esset Hetruria Deus, vt ait Varro: siue à perceptis fructibus vertentis anni; quod addit Propertius. Aliam addit causam Asconius, quod esset inuertendarum rerum, id est mercatura Deus. *Signum Vertumni, inquit, in ultimo vico Thurario est, sub Basilica angulo stentibus se ad postremam dexterâ partem.* Vicus Thurarius, siue Iugarius à porta Carmentali mittebat in Forum, & vico Tusco iungebatur in Velabro. Sic cum Varro, ali que auctores dicant Vertumni signum fuisse in vico Tusco, non dissentiant ab Asconio, erat enim in fine vtriusquæ vici, vbi iungebantur. At quæ Basilica, cuius meminit Asconius? Sempronia videlicet, extructa vbi antea Aedes P. Africani. *Liuius: Tiberius Sempronius ex ea pecunia, qua ipsi attributa erat, pondere Veteres ad Vertumni signum, lanceasque, & Tabernas conuersiones in publi-*

Lib. 5.

Lib. 2.

Dec. 2.

Antiq. l. 9.

Lib. 4.

Antiq.

Vnde vico Tusco nomen.

Statua Vertuni.

In 3. Orat. in Verr.

Basilica Sempronia. Dec. 5. l. 4.

- cum emit, Basilicamque faciendam curauit, qua Sempronia appellata est. Ideo multa ibi mercimonia. Nam Basilicæ pro actis Iudicum, & antiquitus mercatorum extruebantur. Horatius quidem ad Vertumnum*
- Li. 1. Epist. Ep. vlt. *mittebat librum suum, eo scilicet vico vendibilem:*
Vertumnum, Ianumque liber spectare videris:
Scilicet ut prostes sociorum pumice mundus.
- Adiunxit Ianum. Erat enim Ianus via Templo Iani proxima, ut supra, celebritate vendentium frequens.
- Argiletū. Nec longe aberat ARGILETVM sub Capitolio, siue ab Argilla, siue ab Argo Euandri hospite ibi sepulto dictum, ut ait Varro. Sed Virgilio posterior causa videtur probari:
Nec non & sacri monstrat nemus Argileti
Testaturque locum, & letum docet hospitibus Argi.
7. Æneid. Argileti ima pars definebat ad Theatrum Marcelli, vbi nunc Forum vulgò Montanarium: summa circa finem Velabri, & vici Tusci. Seruius de Templo Iani: *Sacrarium hoc Numa Pompilius fecit circa imum Argiletum iuxta Theatrum Marcelli.* Sed aliter Martialis:
- Lib. 1. Ep. 118. *Quod quaris, propius petas licebit:*
Argi nempe soles subire letum.
Contra Cæsaris est Forum Taberna;
Ihinc me pete
- Lib. 2. Ep. 17. Et: *Tonstrix Suburra faucibus sedet primis,*
Cruenta pendent quæ flagella tortorum,
Argique letum multus obsidet futor.
- Hæc sine dubio pugnant. Nam Forum Cæsaris erat post Templum Pacis, vbi & principium Suburræ, longè à Theatro Marcelli. Aut ergo fuit duplex Argiletum, alterum ad radices Capitolij versus Tiberim, alterum ad initium Suburræ: aut Seruius, vel Martialis errauit. Potius inferri potest, duo fuisse; nisi doctiores meliora proferant. Cum autem idem Poëta dixerit, suos versus emi posse prope Forum Cæsaris, in capite Suburræ; ibi quoque videntur collocandæ Tabernæ, de quibus ait, alloquens librum suum:
- Argiletanas mauius habitare Tabernas,*
Cum tibi parue liber serinia nostra vacent.
- Eod. lib. Ep. 2. Eodemque loco librum supra collocauerat:
Limina post Pacis, Palladiumque Forum.
- At vicus Tuscus non modo frequens mercibus, sed etiam turpi questu infamis fuit, quare apud Horatium: *Tusci turba impia vici: & similia*
- Li. 2. Sat. 3. In Curcul. & Cistel. apud Plautum.
- Iam vero Liuius Aedes P. AFRICANI constituit prope VETERES. cui sane locutioni non dissimilis alia est, *sub Veteribus, sub Nouis.* Suetonius: *Bisariam laudatus est Augustus: Pro Aede D. Iulij à Tiberio, & pro Rostris, sub veteribus à Druso Tiberij Filio.* Nec sane laudabiliter id quidam explicant, *Pro Rostris veteribus,* cum fuerint etiam noua referente Asconio; quid enim, *sub,* reijcitur? Plautus: *sub veteribus, vbi sunt*

sunt qui dant, qui quæ accipiunt scænore. Subintellige ergo, Tabernis, In Curc.
 aut alijs ædificijs peruetustis, in quibus scæneratores, & qui scæneri acci- act. 4. sc. 1.
 piunt versantur. Varro: Curia Hostilia, cuius id vocabulum, quod pri-
 mus ædificauit Hostilius Rex sub veteribus. Idem: Sub nouis dicta, pars Lib. 5. de
 in Foro ædificiorum: quod vocabulum eius peruetustum, ut noua via qua ling. Lat.
 no scuto Cimbrico, sub nouis distortum eiecta lingua, buccis fluentibus. Lib. 2. de
 Liuius: Eodem tempore septem Tabernæ, qua postea quinque, & argen- Orat.
 taria, qua nunc noua appellantur, arsere. sic apud eundem, pone vete- Dec. 3. l. 5.
 res, nempe Tabernas, vel domos veteres. Qui locus erat propinquus
 Foro versus Circum Maximum, ibi enim Vertumnus.

Quod spectat ad reliqua; Liuius, Omnia, inquit, inter salinas, ac por- Dec. 3.
 tam Carmentalem, cum Aequimelio, Iugarioquæ vico latè vagatus ignis,
 sacra, profanaq; multa absumpsit. Salinæ talis publici officinæ, ac recepta-
 cula fuere prope portam Trigemina, & Forum Boariū versus Auentinū.

AEQVIMELIVM, Area domus Spurij Melij Foro item Boario Pro domo
 propinqua, & vico Iugario, Capitolium versus. Cicero: Sp. Melij Regnū sua.
 appetentis domus est complanata. Ecquid aliud æquum accidisse Melio po-
 pulus Romanus iudicauit? nomine ipso Aequimelij, stultitia pœna compro-
 bata est. Idem Liuius, qui & Melij vici mentionem fecit: Lupus, inquit,
 Tusco vico, atque inde Melio per portam Capenam prope intactus euase- Dec. 1. l. 4.
 rat. Quare proximi fuere vici Tuscius Iugarius, Melius. Dec. 4. l. 3.

De porticibus Octauix, & Theatro Marcelli, alibi dicemus.

De eius Carceris sede, ubi nunc Marcelli Theatrum est, quod ait Pli- Lib. 7.
 nius, iam diximus, & Tullianum esse pernegauimus. Nec mittendum cap. 36.
 hoc loco est, Aedem S. Nicolai ibi conditam, etiam apud Ecclesiasticos
 veteres scriptores dici in Carcere, non addito, Tulliano. Quare in Actis
 Alexandri III. Pontificis apud Cardin. Baronium leges Oddo Diaconus Ann. sal.
 Card. S. Nicolai in Carcere. iam vero eruditore seculo, vtrumque pas- 1159. To-
 sim vsurpatur, in Carcere Tulliano, aut solum in Carcere: & habent Bul- mo 12.
 læ Pontificum, quibus subscripti sunt Cardinales. In Bulla Clementis
 VIII. Canonizationis S. Hyacinthi Benedictus Pater, leges: Ego Petrus Bullarium
 S. Nicolai in Carcere Diaconus Card. Aldobrandinus. In Bulla Canoni- Tom. 3.
 zationis S. Philippi Nerij edita ab Urbano VIII. Rationi congruit, le-
 ges; Ego Carolus S. Nicolai in Carcere Diaconus Card. Pius. In Bulla Bullarium
 Sixti V. de prohibitione ad Arma, Dum pro communi, leges; Ego F. Tom. 4.
 Sfortia Card. Diaconus S. Nicolai in Carcere. Et alibi compluries. Qua- Bullarium
 re vetus appellatio iam diminuta quam vim habet, vt ibi dicatur fuisse Tom. 2.
 Carcer Tullianus?

Ex priuatis ædificijs recenseri potest domus MARIJ propè Forum In vita
 Romanum. Plutarchus; Domum, inquit, extruxit propter Forum, vel Marij.
 vt ipse dicebat, ne clientibus suis esset longius ire, graue: vel quod ea re
 crederet fore, vt plures alij domum suam celebrarent. Vicinior Capitolio
 domus Milonis, in Cluio, vt supra. Domus Quidij iuncta fuit Capito- Li. 1. Trist.
 lio. Idem memoriæ mandauit. Eleg. 3.

*Hanc ego suspiciens, & adhuc Capitolia cernens,
Quæ nostro frustra iuncta fuere lari:
Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,
Iamquæ oculis numquam Tempa videnda meis.*

Coniuncta autem ædificia vt alibi ex Tacito memorauimus, in altum edita solum Capitolij æquabant.

In coniu-
rat. Catil.

Domus D. BRVTI Foro propinqua. Salustius. *Ille eos in domum D. Bruti perducit quod Foro propinqua erat.*

Lib. 15.
Annal.

De Aedibus ATTICI Vestini Consulis quem, detecta multorum coniuratione, Nero quamuis innoxium occidit, idem Tacitus. *Quia Vestinus imminentes Foro Aedes, decoraque seruitia, & pari ætate habet. Id vero pro crimine habitum.*

In Curc.
A. 4.
sc. 1.

Demum placet in Plauto nonnulla aut iam explicata aut explicanda inspiciere.

- a. *Qui periurum hominem vult conuenire, mitto in Comitium.*
- b. *Qui mendacem, & gloriosum apud Cloacina sacrum.*
- c. *Dites damnosos maritos sub Basilica querito.*
- d. *Symbolarum collatores apud Forum Piscarium.*
- e. *In Foro infimo boni homines, atque dites ambulant.*
- f. *In medio propter canalem, ibi ostentatores meri.*
- g. *Confidentesquæ, garruliquæ, & maleuoli. Supra lacum
Qui alteri de nibilo audacter dicunt contumeliam.*
- h. *Sub Veteribus vbi sunt qui dant, quiquæ accipiunt scenore.*
- i. *Pone adem Castoris, ibi sunt, quibus credas male,*
- l. *In Tusco vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese venditant.*
- m. *In Velabro vel pistorem, vel lanium, vel baruspicem.
Vel qui ipsi vortant, vel qui alijs subuersandos præbeant;*
- n. *Dites damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.*

Lib. 15.
cap. 29.

a. Comitium iam diximus fuisse in Foro Romano ad radices Palatij.
b. *Venus Cluacina prope Sacram viam colebatur, vbi factum scædus inter Tatium Regem, & Romulum. Plinius. Quippe ita, inquit, traditur: myrtea verberna Romanos, Sabinosque, cum propter raptas Virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacina habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.*

Tres anti-
quæ Basi-
licæ.
Dec. 4. 19.

c. Quænam Plauto significetur BASILICA, planè ambigo. Tres enim ex antiquioribus Basilicæ fuere, Porcia, Sempronia, Opimia. Porciam M. Porcius Cato Censor faciendam curauit, de qua Liuius: *Cato atria duo, Manium, & Titium in Latomijis, & quatuor tabernas in publicum emit: Basilicamque ibi fecit, quæ Porcia appellata est.* Plutarchus: *Multum etiam ei obstrepuit, cum Basilicam faceret, quam pecunia publica sub Curia Foro adiunxit, & Basilicam Porciam appellauit.* Afcionius: *Curia flagrauit, & item Porcia Basilica, quæ erat ei iuncta, ambusta est.* In ea Tribuni Ciuibus aures præbere soliti erant. Ex quibus liquet Basilicæ locus, Curia enim erat in Foro sub Palatio. Quod autem dicitur Mænij atrium coëmisse; hic est ille Mænius, qui vendito atrio, ac domo,

vnam

vnam sibi columnam fertur reseruasse, vt ex ea, tignis supra impositis, & extrorsum proiectis, ludos in Foro, eiusque posteri spectarent. Vnde Mœniana, & Mœniæ columnæ celebre nomen. Iamvero Plautus floruisse exorto Punico bello secundo, & vita excessisse dicitur Catone Censore. Gellius. *Bellum secundum aduersus Pœnos sumptum est. Atque non nimium longe M. Cato Orator in Ciuitate, & Plautus Poëta in scena floruerunt.* Nono quidem eius belli anno M. Marcello III. M. Valerio Læuino Coss. Basilicæ in Vrbe non erant, vt ait Liuius. Quare dubium, an Plautus Porciam Basilicam viderit factam à Catone Censore, anno post circiter XXVI. Quam si vidit, non nisi extrema ætate, parum idonea pangendis versibus. Non paucis post annis facta est Basilica Sempronia in Vico Tusco; Et multo post Opimia in Foro prope Curiam, & Græcostasim. An fuerit aliqua alia antiquior, quàm Porcia, eamquæ Plautus intelligat mihi est ignotum. Ab hac subbasilicani negotiatores, & deambulantes in Basilica. Idem.

Lib. 17.
cap. vii.Lib. 6.
Dec. 3.

Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in Forum.

d. Iam *symbolarum collatores*, idest collectarum, portionumquæ, quas pro se quisque fert, quærendi apud Forum Piscarium, vbi nempe variorum copia cibariorum venditioni exposita.

In capti-
uis.
Act. 4.
sc. 1.

e. *In Foro infimo*: in ima parte Fori alij degunt. s. alij verò in media secundum *canalem*. Canales enim in medio Foro, sicut & in vijs silice stratis positi erant, quibus flueret aqua. Vidi ego aliquot huiusmodi viarum canales, cubitum fermè latos, factosquæ ex Tiburtino lapide à fossoribus egeri. porro hi, qui circa canales Fori consisterent, homines pauperes, dicti *canalicola forenses*, vt ait Feltus. g. de lacu Curtio. h. Veteribus Tabernis. i. Aede Calloris. l. Tusco vico dictum supra satis est.

Canales
in Foro,
& vijs
Vrbis.

m. *In Velabro* sunt, qui vel pistorem, vel lanium fraudant, vel alijs tradunt fraudandos. Ibi enim obsonia vendebantur. Horatius.

Lib. 2. Ser.
Sat. 3.

Cum sarris factor, cum Velabro omne Macellum.

Nec inde aberant *baruffices*; quippe qui Hetrusci vel in vico Tusco parte Velabri, vel prope vicum habitabant.

n. *Leucadia Oppia* quid, aut vbi fuerit, egregij Interpretes eruditis videndum relinquunt, & versum vt minime Plautinum, quamuis alij aliter legant, & sentiant, amouendum putant. Vt me quoque, illis nescientibus, nescire non pudeat.

Fuerunt præterea in Vrbe alia quædam, præter ea, quæ descripsimus, Fora. *Suarium* in quo sues vendebantur ad radices Quirinalis. *Archemorium*, siue Archimonium ad Aedem S. Nicolai de Archimonijs. Hæc duo recenset P. Victor in regione septima Viæ latæ. Forum *Cupedinis*, à *Cupedio*, vt ait Varro, quod multis Forum *Cupidinis* à *cupiditate*. nam hoc in Suburra, in qua cibaria venum exponebantur. Forum *Flaminium*, & *Iulium* pro locis negotiationis apud Festum, ab eorum, inquit, *nomini- bus, qui ea loca constituenda curarunt.* quæ duo Fora an Romæ fuerint, dubitari potest. Forum *Salustij*, Aedi S. Susannæ propinquum, *Pistorium* etiam *Diocletiani*, *Gallorum*, *Rusticorum* recenset P. Victor.



DE VRBE ROMA

LIBER TERTIVS.



Situs, & nomen Palatini Collis. Cap. I.

Lib. 4. de
ling. Lat.

Vnde Pa-
latini no-
men.



DOST Forum erigitur mons Palatinus, prima se-
des Urbis, & postea Imperij. Varias nominis ori-
gines adducunt Varro, & Festus. *Quarta regionis,*
inquit Varro, *Palatium, quod Pallantes cum Euan-*
dro venerunt: aut quod Falatini, qui & Aborigines
ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, ibi con-
sederunt. Sed hoc alij à Palatia uxore Latini puta-
runt. Eundem hunc locum à pecore dictum quidã
putant. Itaque Navius Balantium appellat. Festus:
Quod ibi pascens pecus balare consueverit: vel quod palare, idest errare
ibi pecudes solerent. Alij quod ibi Hyperborei Filia Pallanto habitauerit,
quæ ex Hercule Latinum pepererit. Alij eundem quod Pallas ibi sepul-
tus sit existimant appellari. Demum Virgilius, quod Arcades cum eò
venissent Euandro Duce:

Delegere locum, & posuere in montibus Urbem,

Pallantis proavi de nomine Pallanteum.

Mamertinus in Genethliaco Maximiani: *Primam in ea sedem Numinis*
vestri, sanctum illud, venerandumquè Palatium Regem aduenam condi-
disse. Principem illum tui generis, ac nominis Herculem Pallantea mœ-
nia adijisse victorem, & parua licet tunc Regia, summa tamen Religione
susceptum futura Maiestatis dedisse primordia, ut esse possit domus Cæsa-
rum, qua Herculis fuisset hospitium. Fines Palatini Collis exurgentis è
vallibus ipsi se se produnt. A Septemtrione clauditur Foro Romano, &

Situs, &
fines Pala-
tini.

anti-

antiquo Velabro, seu valle ipsum interiacente, & Capitolium. Ab Occasu valle inter Palatium, & Auentinum sita, vbi olim Circus Maximus. A meridie valle inter eundem Palatinum, & Cœlium intermedia, in qua olim Septizonium Seueri, viz quæ Appiæ fines. Ab ortu via olim Sacra, & planicie, quæ Palatio adiacet, Cœlio, Esquilino, & Quirinali. Forma paulo longior quadrata: olim fortasse rotundo propior. In eo primum spectandæ Aedes Augustales.

Palatium Cæsarium. Cap. II.

AEDIBVS Cæsarium dedit nomen Palatinus. Dion: *Imperatoris, inquit, Aedes Palatium nominatur, non quòd ita aliquando decretum sit, sed quod in Palatino Augustus Cæsar habitabat, ibique pratorium eius erat, ac domus eius ab eo monte, propterea quod ibi quondam Romulus habitabat, multū splendoris accepit; ideoquæ etiam si alibi Imperator domicilium suum habeat, tamen id quoque Palatij nomen obtinet.* Domus autem Romuli, vt aliàs dixi ex Plutarcho, fuit ad pulchri littoris gradus, qui locus imminebat, de uexusque erat in vallem, in qua conditus postea est Circus Maximus contra Auentinum. At Cæsarium Aedes modicæ primò sub Augusto, postea in eximiam amplitudinem à successoribus auctæ sunt. Ille cum habitasset primò iuxta Romanum Forum in domo, qua Calui Oratoris fuerat, postea in Palatio; sed nihilominus Aedibus modicis Hortensianis, & neque laxitate neque cultu conspicuis; vt in quibus porticus breues essent Albanarum columnarum, & sine marmore ullo, aut insigni pavimento conclauia: ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hyeme, & æstate mansit.

Lib. 53.

Sueton. in
vita c. 72.

In huius parte domus Templum APOLLINIS Palatini excitauit, quam fulmine iclam desiderari à Deo Aruspices pronunciarunt: editam, & gradibus sublatam. Ouidius:

Templum
Apollinis
Palatini.

*Inde timore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida Tempia Dei.*

Sueton. in
vita c. 29.
Lib. 3.

Additæ porticus cum Bibliotheca Latina, Græcaquæ. Idemquæ Augustus libros Sibyllinos delectu habito condidit duobus forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. Huius statuæ auctorem facit Scopam Plinius. Meminit, & Dion eius Templi: *Apollinis, inquit, in Palatio Templum, & Bibliothecas perfecit Augustus, & dedicauit.* De iisdem Ouidius:

Trist. El. 1.
Sueton. in
vita c. 31.
Lib. 36.
cap. 5.

*Quæque viri docto veteres fecere, nouique
Pectore, lecturis inspicienda patent.*

Bibliothe-
ca Augu-
sti.

Propertius de Porticu:

*Queris cur veniam tibi tardior? aurea Phœbi
Porticus à magno Cæsare aperta fuit.*

Lib. 3.
Trist. El. 1.
Lib. 2.
El. 31.

*Tantam erat in speciem pœnis digesta columnis,
Inter quas Danaï fœmina turba fœnis.*

Quod explicat Ouidius:

Ibid.

Signa

*Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis
Belides, & stricto stat ferus ense pater.*

Ibidem Apollinis statua.

Ibid.

*Hic equidem Phæbo visus mihi pulchrior ipso
Marmoreus tacita carmen biare lyra.
Atque aram circum steterant armenta Myronis
Quatuor artificis viuida signa boues.*

Dein Templum interius.

*Dum medium claro surgebat marmore Templum,
Et patria Phæbo carius Ortygia.
Auro solis erat supra fastigia currus,
Et valua lybici nobile dentis opus.
Altera deiectos Parnassæ vertice Gallos:
Altera mœrebat funera Tantalidos.
Deinde inter matrem Deus ipse, interque sororem
Pythius in longa carmina veste sonat.*

Hæc fuere Templi ornamenta, quorum non postremum *Dactyliotheca* fuit, quam *Marcellus Octavia* genitus in *Palatina Apollinis Aede* consecrauit, vt ait *Plinius*. Et aureæ *Cortinæ*, de quibus *Suetonius*: *Argentearum Statuas olim sibi postas conseruit omnes, ex quibus aureas Cortinas Apollini Palatino dicauit*. Et *Lychnus*, de quo *Plinius*: *Placuerunt, & Lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes. Quale est in Templo Apollinis Palatini. Quod Alexander Magnus Thebarum expugnatione captum in Cime dicauerat eidem Deo*. Denique vt Templum *Martis Ultoris* votum, & postea sacrum est propter *Philippense bellum*: sic *Aedes Apollinis Palatini*, *Propertio* referente occasione *Adiaci belli* destinata est, atque condita. *Aedificium*, vt ait *Iosephus* *admirandis opibus exornatum, cum ante apud Aetium vetus Apollinis Templum Augustus ampliasset*. In hac Aede referente *Horatio* etiam *Poetae* sua carmina recitabant.

Lib. 37.
cap. 1.
In Aug.
cap. 52.
Lib. 34.
cap. 3.

Li. 4. Eleg.
El. 6.
De bello
Iud. lib. 2.
cap. 4.

Lib. 1. Sat.
Sat. 10.
Li. 1. Epist.
Ep. 2.
Li. 4. Fast.

*Quæ nec in Aede sonent certantia Iudice Tarpa,
Spectamus vacuum Romanis vatibus Aedem.*
Et:
In eodem Augusti Palatio Aedes *VESTÆ* dedicata est ex decreto & auctoritate *Senatus*. Testis *Ouidius*:

*Aufert Vesta diem, cognati Vesta recepta est
Limine: sic iusti constituere Patres.
Phæbus habet partem, Vestæ pars altera cessit,
Quod superest, illis tertius ipse tenet.
State Palatinæ laurus, prætextaque quercus,
Stet domus, aternos tres habet vna Deos.*

Nec solum *Ouidius* eo loco alijsquæ, meminit *quercus*, & *laurus* affixæ *augustis* postibus, sed *Plinius*, *Valerius*, *Dion*, alijsque meminerunt. Nam *Laurus*, teste *Plinio*, *gratissima domibus ianitrix Cesarum, Pontificumque, quæ sola domos exornat, & ante limina excubat*. *Lauro* autem superposita est, teste *Dione*, *Quercea Corona*, data *clementiæ Augusti*, ac

Li. 16. c. 4.
Lib. 2. c. 3.
Lib. 53.
Lib. 17.
cap. 30.

dein-

deinceps aliorum Imperatorum. Hæc autem cum daretur ob seruatos Id. loc. cit.
Ciues, Augusto, ac cæteris data est, perinde quasi non solum Ciues, sed
genus humanum seruassent vniuersum. Quas coronas, & titulos multa
veterum Augustorum numismata testantur.

Cæterum cum arisset Palatium, ab Augusto refectum est. Suetonius: *Palatium
Ex qua summa pretiosissima Deorum simulacra mercatus vicatim dedi- incensum,
cabat, aliaque in restitutionem Palatina domus incendio absumpta: Dion: & refe-
Cum forte Palatium incendio perisset, refectam domum Augustus totam ctum.
publicam esse iussit: siue quod ad eam edificandam populus pecuniam con- Lib. 55.
tulisset, siue quod Pontifex Maximus esset, ut simul in proprijs, ac publicis
ædibus habitaret. Adiecit ibi Arcum in honorem patris. Plinius: *Ex Lib. 36.
honore apparet in magna auctoritate habitum Lysie opus, quod in Palatio cap. 4.
super Arcum Diuus Augustus honori Octauij Patris sui dicauit, in Aedi-
cula columnis adornata: idest quadriga, currusque, & Apollo, ac Diana
ex vno lapide.**

Post Augustum, auctum est Palatium DOMO TIBERIANA, quam Domus Ti
Tiberius habitauit, aut etiam struxit, quamuis id silentio suppresserit beriana.
Suetonius, cum opera Tiberij referret. Hanc autem Circum Maximum, In vita
& Auentinum spectasse conijcitur ex Tacito, Suetonio, Plutarcho. Nam cap. 47.
vt refert Tacitus: Galba sacrificante pro Aede Apollinis, Otho, qui in Lib. 1.
eum coniurauerat, digressus per Tiberianam domum in Velabrum, inde Hist.
ad Milliarium aureum sub Aedem Saturni perrexit. Plutarchus: *Per
Tiberij, inquit, domum, quam vocant, descendit in Forum. At Sueton-
nius. Quasi venalem domum inspecturus abscessit, proripuitque se postica
parte Palatij ad constitutum. Posticam Palatij partem nuncupat, quam
alii domum Tiberianam; An eandem intelligit, cum de Claudio scribit?
egre, nec nisi postico euadere in Palatium valuerit. Nec mirum, ex ea
Othonem venisse in Velabrum, quod Circo Maximo iungebatur, ideo In eius vi-
que rectè inferitur, anticam Palatij partem, eiusque gradus, atque vesti- ta cap. 18.
bulum fuisse conuersa ad Sacram viam, & Templum Pacis. In Tiberia-
na domo, vt refert Iulius Capitolinus, habitauit Antoninus Pius, Cum In eius
Apollonium, inquit, quem Chalcide acciuerat ad Tiberianam domum, in vita.
qua habitabat, vocasset. Idem Pius Marcum Consulem designatum eodè
auctore in Tiberianam domum transgredi iussit, & aulico fastigio reniten-
tem ornauit. Marci Frater L. Verus educatus est in domo Tiberiana, vt In eius
idem scriptor affirmat. Et postea: quem sagis fucis tinctis coopertum in vita.
Tiberianam ad se adduci iubebat. Videtur & ibi fuisse Bibliotheca Princi-
pum, & libri præsertim ad Imperium pertinentes. Nam Vopiscus in vi-
ta Probi testatur, usum se præcipuè libris ex Bibliotheca Vlpia: Item ex
domo Tiberiana. Dion. conscendit Palatium, ignis, vbi adeo multa exis- Lib. 73. in
ta sunt, vt *καὶ τῆ ἀρχῆ πρῶτον* libri scripturæque ad Im- Comm.
perium pertinentes, omnes ferè interierunt. Quamuis autem vergeret ad
Circum, & Auentinum, prospectum nihilominus habebat in Forum, &
Capitolium. Suetonius de Vitellio, cum ab eius militibus Capitolini In vita
louis Templum incederetur. Cum, inquit, & praelium, & incendium è cap. 15.
Tibe-*

Tiberiana proficeret domo. Sed cum pars esset Palatij, fere eius nomine comprehenditur, vt apud Dionem vidimus. Iulius Capitolinus cum dixisset Apollonium Marci magistrum vocatum à Pio in domum Tiberianam, in qua habitabat, venire noluisse; subdit, Risit eum Pius dicens: facilius fuit Apollonio à Chalcide Romam venire, quàm à domo sua in Palatium.

Caius auget Palatium.

Post Tiberium Caligula Palatium maximè amplificauit: Suetonius. *Partem, inquit, Palatij ad Forum usque promouit, atque Aede Castoris, & Pollucis in vestibulum transfigurata.* Igitur, dicit aliquis, frons Palatij spectabat Forum, quò pertinebat vestibulum, non autem Sacram viam, & Templum Pacis, vt diximus. Verum id ex verbis Suetonij non rectè inferitur. Hoc enim Caligulae vestibulum inusitatum fuit, eoque mortuo, Templo Castorum sua forma restituta est, conseruato Palatij additamento. *Restituit, ait Dion, Templum suum Geminis Claudius Caij successor.* Et fortasse de alio Palatij vestibulo idem Suetonius loquitur, de eodem Caio scribens. *Stetitque in vestibulo adium Kalend. Ianuarijs ad captandas stipes.* Cæterum quod ad incrementum Palatinæ domus sub Caio spectat; Plinius eam comparat cum domo Neronis, quæ tota stabat in Vrbe. *Bis, inquit, vidimus Urbem totam cingi DOMIBVS Caij, & Neronis.* Suetonius longissimas porticus illi attribuit. *Ideoque, inquit, Caius magna parte noctis, vigilia cubandique tadio nunc thoro residens, nunc per longissimas porticus vagus inuocare identidem, atque expectare lucem consuevit.* Idem Caius, scribente Dione, *in Palatio sibi properato Templum posuit, in quo cum statuisset Iouis Olympij simulacrum suam in effigiem commutatam collocare, id perficere non potuit.* De eodem Templo Suetonius. *Templum nomini suo proprium, & Sacerdotes, & excogitatissimas hostias instituit. In Templo simulacrum stabat aureum iconium: amiciebaturque quotidie, veste quali ipse vteretur.* At *Tæplorum Grecanicorum, vt ait Iosephus nullum in Spoliatum reliquit, & omnes insignis artificij tabulas, atque statuas edicto ad se comportari imperauit. quidquid ubique terrarum pulchri esset in pulcherrimo loco, hoc est Romana sede Spectari debere dilectans.* His Spolijs Palatium suum, & hortos exornauit, aliosque secessus per Italiam. Idem Iosephus ibidem sic ait: *Contulerunt se ad ades Germanici, cuius filium Caium tum necauerant: Ha fuerunt contigua Palatio: quod ita vnum erat, vt tamen excultum esset adificijs per partes à singulis Imperatoribus, quorum appellationem retinebat.*

Lib. 60. In vita cap. 41.

Lib. 36. cap. 15.

In vita cap. 50.

Lib. 60.

In vita Cal. c. 22.

Lib. 19. antiquitatũ Iudaic. c. 1

Lib. 15. Annal. Lib. 62. in Nero. Lib. 12. cap. 19. Nero Palatium incensum reficit.

Arfit Palatium sub Nerone Claudij, qui Caio successerat, successore: Tacitus. *Neque tamen, inquit, ignis sisti potuit, quin & Palatium, & domus, & cuncta Circum haurirentur.* Idemque testatur Dion. Arfit hoc incendio Templum Augusti ibi à Liuiã adificatum. Plinius: *In Palatij Templo, quod fecerat D. Augusto coniux Augusta.* Paulo post, donec id delubrum incendio consumptum est. Tum Nero qui domum auream, & multa in Vrbe sua pecunia extruxit, Palatium quoque magnificentissime reficiendum curauit. Non habeo hac super re verba scriptoris.

Sed

Sed quid neget, neget Solem in meridie. Indicat Tacitus, qui postea Lib. 15.
 sic de Nerone. *Tigillinum, & Neruam ita extollens, ut super trium-* Annal.
phales in Foro imagines, apud Palatium eorum effigies quoque sisset.
 Igitur iam refectum. Idem, Galba iam Principe; *circumsteterat, in-* Lib. 1.
quit, interim Palatium publica expectatio magni secreti impatiens. Ibi Hist.
 dem: *Otho in Palatium veetus.* An Vespasianus, qui deformem Urbem
 incendijs ac ruinis instauravit: Et Titus Filius, sub quo Romæ sædum
 incendium per triduum fuit, Palatium vel refecerint, vel auxerint, atque
 exornauerint, mihi non liquet.

Domitianus in immensum amplificauit, exornauitque. Plutarchus;
 In vita Poplicolæ. *Qui, inquit, Capitolij magnificentiam admiratur.*
 εἰ μίαν ἄδενεν οἰκίαν δομυπανῶσαν, ἢ βασιλικὴν ἢ βαλανεῖον, ἢ παλλα-
 κίδων διαίταν: si unam videat in DOMITIANI DOMO Porti- Domitia-
 eum, vel Basilicam, vel Balneum, vel Pellicum diatam (gynæceum, & ni domus,
 domicilium scæmularum, an cœnationem?) quasi æqua videns Capito- vt Tibe-
 lia, admirationem deponet. Et hæc fecisse Domitianum, constat ex se- riana do-
 quentibus. *gaudes cum in adificia omnia profundas, qui ut Midas ille,* mus ad-
omnia tibi aurea fieri, & gemmea cupis. Suetonius: *solicitor in dies, por-* dita Pa-
titicium, in quibus spatium consueuerat, parietes Phengite lapide distinxit; latio.
è cuius splendore per imagines quidquid à tergo fieret, prouideret. Maio-
 ra Poëtæ proloquuntur. Marcialis negat ante fuisse commodam conui- In vita
 uiarum sedem. Domitian.
 cap. 15.

*Qui Palatina caperet conuiuia mensa,
 Ambrosiasque dapes, non erat ante locus.*

Idem externis, & laudatis ædificijs sublimius, & pulchrius, & Cælo par
 ostendit.

*Regia Pyramidum, Caesar, miracula ride;
 Iam tacet Eoum barbara Memphis opus.
 Pars quota Parrhasia labor est Mareoticus aula;
 Clarius in toto nil videt Orbe dies.
 Septenos pariter credas assurgere montes,
 Thessalicum breuior Pelion Ossa tulit.
 Aethera sic intrat, nitidis ut conditus astris
 Inferiore tonet nube serenus apex.
 Et prius arcano satietur lumine Phœbi,
 Nascentis Circe quàm videt ora patris.
 Hoc Auguste tamen, qua vertice sydera pulsat,
 Par domus est Cælo, sed minor est domino.*

Staius:

*Tectum augustum, ingens, non centum insigne columnis
 Sed quantæ superos, Cælumque Atlante remisso
 Sustentare queant stupet hoc vicina Tonantis
 Regia, teque pari latantur sede locatum
 Numina, ne magnum properes ascendere Cælum.
 Tanta patet moles, effusaque impetus aula,*

Syluar. l. 4.
 in epulo
 Domitia-
 ni.

Libe-

*Liberior campi multumque amplexus aperti,
Aethereo & tantum Domino minor. ille penates
Implet, & ingenti genio iuuat, amulus illic
Mons Lybis, Iliacusque nitent, & multa Syene,
Et Cbios, & glauca certantia Doride saxa,
Lunaque portandis tantum suffecta columnis.
Longa super species; fessis, vix culmina prendas
Visibus, auratique putes laquearia Caeli.*

Palatij or-
namenta.
Lib. 15.
Annal.

Nec solum tam varijs marmorum seu glebis, seu crustis omnia distinguebantur, sed argento, auro, ac gemmis. Argenti, aurique mentionem, supra fecit Plutarchus. aurum item ac gemmas conijcias ex Tacito: *In qua, inquit, Domo Neronis, haud perinde gemma, & aurum miraculo essent, solita pridem, & luxu vulgata.* Si hæc vstrata in ædibus Ciuium, multo magis in Palatio Principis. Multas eiusmodi gemmas, sed præsertim in pocula conflata conformatas Traiano Principe in Capitolium translatas testatur Martialis:

Lib. 12.
Ep. 15.

*Quidquid Parrhasia nitebat aula,
Donatum est oculis, Deisque nostris.
Miratur Scythicas virentis auri
Flammas Iuppiter, & stupet superbus
Regis delicias, grauesque luxus.*

Lib. 36.
cap. 5.

Plinius delubrum statuit in Palatio, quod videlicet, vt placet Seruio, sub vno tecto plurima complexum est Numina. *Roma, inquit, eius opera sunt, Latona in Palatij delubro.* L A R A R I V M, aut ego fallor, intelligit. Hoc autem duplex fuit, Lampadius in Alexandro: *Virgilij imaginem cum Ciceronis simulacro in secundo Larario habuit: ubi & Achillis, & magnorum virorum. Alexandrum vero magnum inter Diuos, & optimos in Larario maiore consecrauit.* Vnius meminit Capitolinus in Marco, *Vt imagines magistrorum aureas in Larario haberet.*

Frons, &
gradus Pa-
latij.

3. Hist. or.

Ep. 71. l. 1.

Iam vero quia nondum de gradibus deuexis in Sacram viam, versus Arcum Titi dictum est, pro certo habendum, G R A D V S, & F R O N T E M Palatij ex ea parte fuisse, quòd inde in Palatinum Collem, ipsaque Cæsarum Aedes ascendebatur. Tacitus. *Interclusum alterum iter; idque solum quod in Sacra via pergeret, patebat. Tum consilij inops in Palatium redijt.* Martialis:

*Quæris iter? dicam: vicinum Castora cana
Transibis Vesta, Virginèamque domum.
Inde sacro veneranda petes Palatia cliuo,
Plurima qua summi fulget imago ducis.*

Loc. cit.

Paria scripsit Ouidius:

*Hæc est à Sacris quæ via nomen habet.
Hic locus est Vesta, qui Pallada seruat & ignem,
Hæc fuit antiqui Regia parua Numæ.
Inde petens dextram, Porta est, ait ista Palati,
Hic sator, hoc primum condita Roma loco est.*

Dion.

Dion. *Ducunt via Sacra, ut perducant in Palatium.* Idem de Vitellio: *Lib. 77. in*
Cesarem à Palatio, ubi magnas voluptates ceperat, deducunt, trabuntque Antonin.
via Sacra. Herodianus: *Raptum Palladium Vestales Virgines media Sa-* Carac.
cra via in aulam Imperatoris transfulerunt. Gradus Palatij memoran- Lib. 69. in
 tur à Suetonio in Nerone: *Proquè Palatij gradibus Imperator consalu-* Vitellio.
tatus. Ab eodem in Vitellio: *Statimquè pro gradibus Palatij apud fre-* Lib. 1.
quentes milites. A Dione in Traiano: *Plotina uxor Palatium ascendens* Cap. 8.
ex gradibus ad Populum conuersa. De AREA ante Palatium, Theatri Cap. 15.
 capace, & porticu inibi extructa: Iosephus: *extructa, inquit, ante* Lib. 18.
Regiam scena, conueniunt eò spectatum Romanorum nobiles. Deinde vero: Iud. Anti-
confedit, Caius, inter amicos in teatro, quod compactile instaurabatur quit. c. 1.
per singulos annos hoc modo. Duas habet Ianuas: alteram versus subdi- Area, Ve-
ualem aream, alteram versus porticum, per quam actores ingrediebant- stibulum,
tur, & egrediebantur. VESTIBULI Palatini meminit Gellius: *In* Porticus
vestibulo, inquit, Aedium Palatinarum omnis ferè ordinum multitudo op- Palatinæ.
perientes salutationem Cesaris constiterant. Ex quo deprehenditur laxi-
 tas loci. De eodem Suetonius: *Dicitur etiam uidisse quondam per quietem*
stateram in media parte vestibuli Palatina domus positam examine In Vespas.
aquo. De PORTICIBVS Iulius Capitolinus in Pertinace. *Ingres-* cap. 25.
sique porticus Palatij usque ad locum, qui appellatur Sicilia: sed apud P.
Victorem, impressione Aldi, Suelia: fortasse Subuelia. Velia enim celsa
 pars Palatini Collis. An Porticus Sicilia dicitur, sicut de Augusto
 scribit Suetonius? *Erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas, &*
περχόπουον vocabat.

Ibidem COENATIO IOVIS, vt apud Plutarchum Lucullus,
 Cœnabimus in Apolline, idest in Triclinio, & Cœnatione Apollinis. Qui-
 bus nempe apposita eorum Deorum præcipua simulacra atque imagines
 nomen fecerant. Sic in eodem Palatio Diætæ MAMMEAE, idest
 Cœnationes ab Alexandro Seuero nomine matris insignitæ. Lampridius
 in eius vita. *In matrem Mammeam vnice pius fuit, ita vt Roma in Pa-*
latio faceret dietas nominis Mammea, quas imperitum vulgus hodie ad
Mammam vocat. Ibidem Cœnatio Domitiani MICA nomine de qua
 Martialis:

Mica vocor. quid sim cernis? Cœnatio parua.

Ex me Cesareum prospicis ecce tholum.

Frangere thoros; pete vina, rosas cape: tingere nardo

Ipse iubet mortis te meminisse Deus.

HERMAEVM, aliam Palatij diætam, seu Cœnationem Mercurij,
 vocat Suetonius in Claudio. *In diætam cui nomen est Hermaum, recess-* Cap. 10.
erat. Ibidem TRICLINIA versatilia è quibus vnguenta, & flores
 effunderentur. Lampridius in Heliogabalo; *Oppressit Triclinijs versatili-*
bus parasitos suos violis, & floribus sic, vt animam aliqui efflauerint, cum
eripi ad summum non possent. Idem, eodem auctore, *strauit, & Tricli-*
nia de rosa, & lectos, & porticus, & sic per ea ambulauit, idque omni florũ
genere, lilijs, violis, byacintbis, & narcissis. Maximum numerum Aula-
 rum,

Lib. 1.
Ep. 59.

rum, Conclauium, Cubiculorum indicant illa Plinij iunioris ad Traianum. *Nulla obijces, nulli contumeliarum gradus, superatisque iam mille liminibus, ultra semper aliqua dura & obstantia.* De VIRIDARIO Lampridius. *Montem Niuium in viridario domus astat fecit Heliogabalus aduectis niuibus.* De BALNEIS Palatinis Iosephus: *Mox ubi regiam ingressi sunt, deflexit ad infrequentem quandam cryptam ducentem ad Balineas.* Has deinde admirabilius Domitianus extruxit, ac deinde Heliogabalus. Lampridius in eius vita: *Lauacrum publicum in aedibus aulicis fecit, simul & palam populo exhibuit.* De Plateis marmore stratis idem in eodem: *Stravit & saxis Lacedaemonijs, ac porphyreticis plateas in Palatio, quas Antonianas vocauit, qua saxa usque ad nostram memoriam manserunt, sed nuper eruta, & erecta sunt.* De excelsa turri ab Heliogabalo exadificata idem: *Fecerat & altissimam Turrem substratis aureis, gemmatisque ante se tabulis ex qua se praecipitaret, dicens etiam mortem suam pretiosam esse debere.* Sed hæc in Palatio an alibi ponenda est? probabilius in Palatio, in quo habitans superuenientibus coniuratis se praecipitando eriperet. De Atrio, quod Seuerus transferre voluit contra Caelium Montem, & Templum nunc S. Gregorij, Spartianus in Seuerus: *Nisi absente eo per Praefectum Urbis simulacrum eius esset locatum, aditum Palatinis aedibus, id est Regium atrium ab ea parte facere voluisset.* Non fecit, structo in subiecta valle Septizonio. De Porticu stabuli Vopiscus in Carino. *quos in Palatio circa Porticum stabuli pietos vidimus.* De marmoreis crustis, & ornamentis Lampridius in Alexandro: *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc est porphyretico, & Lacedaemonio primus instituit in Palatio exornatis.* Auditor Panegyrici ad Constantinum: *Ne contemnerent qui viderent deambulare, & tantum in illo Palatio marmoratis parietibus incedere.* De Domus amplitudine, innumerisque conclauibus Plinius in Panegyricus. *Nulla obijces, nulli contumeliarum gradus, superatisque iam mille liminibus ultra semper aliqua dura, & obstantia.* Videtur & titulus Palatio à Nerua inscriptus, **ARX PVB LICARVM AEDIVM.** Idem ibidem: *Magno quidem animo parens tuus hanc ante hos Principes Arcem publicarum Aedium nomine inscripserat; Frustra tamen, nisi adoptasset, qui habitare ut in publicis posset. Quam bene cum titulo isto moribus tuis conuenit? quamquam omnia sic facis, tamquam non alius inscripserit.* Itaque post Domitianum amplioribus semper ornamentis Palatium instructum est. An Traianus quidquam adiecerit, cum dubitem, affirmare non ausim. Plinius in Panegyricus: *At quam magnificus in publicum es? Hinc Porticus, inde delubra occulta celeritate properantur.* Sed aliquis Porticus Fori Traiani intelliget.

Sub Commodus, tertio conflagrauit. Dion. *Incendium noctu excitatum è quibusdam Aedibus ad Templum Pacis peruenit: consumptisque Tabernis, in quibus merces Aegyptiorum, & Arabum erant, conscendit Palatium; ubi adeo multa exusta sunt, & libelli qui ad Principatum pertinebant, omnes ferè interierint.* Et paulo post. *Incendium nisi consumptis*

Lib. 19.
Iud. antiq.
cap. 1.

Plateæ Pa
latij.

Turris.


Atrium,

Porticus.

Amplitu-
do.

Titulus Pa
latij.

Palatium
iterum in-
censum,
& refe-
ctum.



P

PALATII ANTIQVI IMPERATORVM ROMANORVM
 ex heis quæ supersunt vestigijs, reliquijs, parietineis, vetustis que Lapi-
 dum, nummorum, et Librorum monumentis certis-
 sima delineatio Onuphrij Panuinij

Lib. 10. in
Commo-
do.

ptis rebus omnibus, quibus adhaferat, restingui non potuit. Idem tradit Eusebius in Chronico. Eutropius. Deinde aliud incendium Roma exortum est, Aedem Vestæ, & Palatium plurimamq; Urbis partem solo equavit. Herodianus item plurima, & pulcherrima Urbis absumpta esse testatur. At quis instauravit? Idem Commodus, qui & suum illi nomen, ut plerisque alijs, immo & ipsi Romæ commodavit, quam Colonia Commodianam dixit. Lampridius: Datus in perpetuum ab exercitu, & Senatu in Domo Palatina Commodiana conseruandus. Refecisse etiam multa Seuerus credendus est, qui teste Spartiano, Roma omnes Aedes publicas, qua vitio temporum labebantur, instauravit, nunquam prope suo nomine ascripto seruatis ubique titulis conditorum. Denique ab alijs Augustis sic auctæ sunt Aedes Palatinæ, ut totum fere montem insiderēt:

In Paneg.
de 6. Cōs.
Honor.


sic exornatæ, ut terrarum Dominis pares haberentur. Claudianus:

*Non alium certe decuit rectoribus Orbis
Esse Larem, nullòque magis se Colle potestas
Assumat, & summi sentit fastigia iuris,
Attollens apicem subiectis Regia Rostris.*

Lib. 7. Var.
Ep. 5.

Theodorico Rege Italix iam Palatij fabricæ timebatur. Itaque scribente Cassiodoro ipse testatur. Quando pulchritudo illa mirabilis si subinde non reficitur, senectute obrepente vitiat. Et refici imperavit. Hinc est, quod sublimitatem tuam ab illa indictione curam Palatij nostri suscipere debere censemus; ut & antiqua in nitorem pristinum contineas, & nouo simili antiquitate producas. Quia sicut decorum corpus uno conuenit colore vestiri: ita nitor Palatij similis debet per uniuersa membra diffundi.

Nunc tanta moles vel suis obruta ruinis est: vel lateritijs parietibus, ac porticibus informis; vel transit in amœnitatem Farnesiorum Hororum.



CIRCUS Meridies et Auentinus MAXIMVS

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

17

CLIPPER



1872



UNIVERSITY OF TORONTO



PALATII, ET CIRCI VESTIGIA.

Alia Palatini Collis Ædificia. Cap. III.

TOT circum delubra videt, tantisque Deorum
Cingitur excubijs: &c.

Solis Tem-
plum in
Palatino.

Sic pergit Claudianus. Vbi non modo intelligit Capitolina
Templa, sed multo æquius Palatina viciniora. Heliogabali,
ideſt SOLIS, Templum iuxta Palatium ædificauit Heliogabalus. Lã-
pridius in eius vita: *Heliogabalum in Palatino monte iuxta Aedes Im-
peratorias consecrauit, eique Templum fecit studens, & Matris typum,
& Vesta ignem, & Palladium, & Ancylia, & omnia Romanis veneran-
da in illud transferre Templum, & id agens, nequis Romæ Deus, nisi He-
liogabalus coleretur.* Ibi Templum Orci fuerat; vt idem affirmat.

Templum
Cæſarum.

Templum Diuorum CAESARVM Tacitus Imperator fieri iussit,
*in quo essent statuæ Principum honorum, ita vt iisdem natalibus suis, &
parilibus, & Kalendis Ianuarijs, & votis libamina ponerentur.* Ita Vo-
piscus in eius vita. At hoc Templum est ne in Palatino collocandum,
vtpote propinquum Ædibus Augustorum? Ibi fortasse fuit. Martialis
aliquot Palatij ædificia nobis carmine depingit librum alloquens:

Lib. 1.
Ep. 71.

*Inde sacro veneranda petes Palatia cliuo,
Plurima quæ summi fulget imago Ducis.
Nec te detineat miri radiata Colossi,
Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus.
Fleſte vias hæc, quæ madidi sunt reſta Lyæi,
Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus.
Protinus à læua clari ſub fronte Penates,
Atriaque excelsa ſunt ad eunda domus.*

Aedes
Bacchi,
Cybeles,
Victoriæ.
Dec. 3. 1. 9.

Hæc domus Proculi, de quo ſcribit, erat. Coloffus ad radices montis
prope Sacram viam, vt dicemus infra. De Lyxi, ideſt BACCHI Ae-
de, eiusque fundatore, & forma plura, quæ dicam, non habeo. Aedes
Matris Deum, ſeu CYBELES in Palatio fuit, vbi & Aedes VICTO-
RIÆ. Liuius: *In Aedem Victoriæ, quæ eſt in Palatio pertulere Deam,
Cybelem, Fridie Idus Aprilis, iſque dies feſtus fuit. Populus frequens
dona Deæ in Palatium tulit.* Hæc fortasse eſt Aedes Victoriæ de qua Li-
uius: *Poſthumius Conſul Aedem Victoriæ, quam Aedilis Curulis ex mul-
tatiua pecunia faciendam curauerat, dedicauit.* Prope hanc altera fuit

Lib. 10.

Dec. 4. 1. 5.

Aedicula Victoriæ. Liuius: *Aediculam VICTORIAE VIRGI-
NIS prope Aedem Victoriæ M. Porcius Cato dedicauit biennio poſtquam
voui.* Iuxta quam collocant Aedem SOSPITE IVNONIS.

Eod. libro
4. Faſt.

Porro de Templo Cybeles Liuius. *Aedem Matris Magnæ in Palatio
faciendam locauerunt Cenſores.* Structum eſt Templum collocata ſtipe.
Quidius:

*Naiſca accepit: Templi non perſtitit auſtor,
Augustus nunc eſt: antè Metellus erat.*

Contu-

*Contudit es populus, de quo delubra Metellus
Fecit, ait, dande mos stipis inde manet.*

Tredecim annis postquam locata erat, dedicauit eam M. Iunius Brutus, ludique ob dedicationem eius facti, quos primos scenicos fuisse Valerius Antias est auctor Megalesia appellati. Liuius. Cicero de Arusp. Respon. Dec. 4. 1. 6. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante Templum in ipso Matris Magna conspectu Megalesijs fieri, celebrarique voluerunt.

Aedes Deorum **PENATIVM** in ea montis parte fuit, quæ respicit Aedem SS. Cosmæ, & Damiani. Tacitus prope Templum Vestæ videtur posuisse; cùm incendio Neroniano, *Aedes, inquit, Statoris Iouis vota Romulo, Numaque Regia, & delubrum Vestæ cum Penatibus Populi Romani exusta. Liuius. Aedes Deorum Penatium in Velia de Coslo tacta erat.* Sed cum esset summa, & ima Velia, Aedes circa imam erat. Summa enim Velia in summo iugo, vt supra dixi. Penates autem fuere Dij, quos credebatur Aeneas aduexisse Troia. Hector Aeneam alloquens apud Virgilium.

Sacra suosque tibi commendat Troia Penates.

Et postea. ————— *feror exul in altum,*

Cum socijs, natoque, Penatibus, & magnis Dijs,

Dionysius sic Templum, locique formam describit. *Templum Roma non procul Foro ostenditur, situm in loco obscuro propter circumiecta & edificia, qui Romanis vulgò sub Oliuis dicitur. In eo posita sunt Troianorum Deorum imagines, quas cuius fas est inspicere, cum inscriptione, Denates, quæ Penates significat. Videntur enim mihi illi prisca ante inuentum P usurpasse pro eo D litteram. Sunt autem hastati duo Iuvenes habitu sedentium admodum antiqui operis. Alia quoque in antiquis Templis horum Deorum idola conspeximus, & in omnibus duo Iuvenes militari habitu.* Hæc ille.

CVRIA Saliorum in eodem colle, de quibus postea.

Templum **FIDEI** in Palatio constituit P. Victor: auctor non facile proditur. Quidam vetustissimam Templi originem à Troianis temporibus astruunt. Sed hoc probabiliter Templum est, quod fecit Numa. Dionysius: *Primus publica Templum sacrauit Fidei assignatis ex ærario vicijs, quemadmodum Dijs ceteris. Recepta enim semel in Ciuitatem firmitudo Fidei apud singulos etiam ciues erat valitura plurimum. Liuius: Sola Fidei solempne instituit. Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vebi iussit, manuque ad digitos vsque inuoluta rem diuinam facere, significantes, Fidem tutandam, sedemque eius etiam in dextris sacratam esse.* Fuit etiam Aedes Fidei in Capitolio. Plinius: *Spektata est in Aede Fidei in Capitolio imago senis.* Cicero: *Qui iusiurandum violat, is Fidem violat: quam in Capitolio vicinam Iouis Opt. Max. vt in Catonis Oratione est, maiores nostri esse voluerunt.* Publius Victor eodem loco statuit Deæ **VIRIPLACAE** Aedem. De ea Valerius, seu facello: *In sacellum Deæ Viriplacæ, quod est in Palatio veniebant, cum in eo coniuges simultates de-*

Aedes Penatium.
Lib. 15.
Annal.

Dec. 5. 1. 5.

Lib. 2. Æneid.

Lib. 3. Æneid.

Lib. 1. antiquit.

Dion. lib. 2.

Liui. lib. 1.

Lib. 35. cap. 10.

Lib. 3. de Offic.

Val. lib. 2. cap. 1.

3. de nat. Deor. & Valerius, qui eiusdem duo Tempia alijs in locis dicata commemorat.
 1. de Leg. Val. lib. 2. Ibidem Templum IOVI VICTORI collocatur, quod bello Samnitico, in quo P. Decius filius se pro legionibus Romanis deuouit, votum est ab eius collega Q. Fabio. Liuius: *Ipsè Aedem Ioui Victori, spoliaquè hostium cum uouisset ad Castra Samnitium perrexit.* Postea dicatum Idibus Aprilis canit Ouidius:

*Occupat Aprilis Idus cognomine Victor
 Iuppiter; hæc illi sunt data Tempia die.*

Hoc Templum sponte patefactum prodigio fuit ante mortem Claudij Cæsaris vt refert Dion.

In eodem Palatio PORTICVS Q. Catuli, quam ille post Cimbricam Victoriam erigendam curauit in area euerse domus Fuluij Flacci, qui cum C. Gracco occisus est. Quam postea prolapsam Consules ex Senatus consulto restituendam locarunt. Et quamquam ad teetum pœne perducta, deiecta iterum à Clodio, resecta tamen, & perfecta aliquando est. In proximo DOMVS eiusdem Catuli. nec altera longe aberat L. Crassi Oratoris. Plinius: *Domus ei Crasso magnifica sed aliquanto præstantior in eodem Palatio Q. Catuli, qui Cimbro cum C. Mario fudit.* De domo Catilinæ Suetonius: *Docuitquè Verrius Flaccus in atrio Catilina domus, quæ pars Palatij tunc erat, idest domus Augustæ.* De domo M. Scauri, qui Syllam vitricum habuit, Afconius: *Demonstrasse uobis memini me, hanc domum in ea parte fuisse Palatij, quæ cum ab Sacra uia descenderis, & per proximum vicum, qui est à sinistra parte prodieris, posita est.* De domo Tiberij, & Caij Gracchorum Plutarchus; *Reuersus primum Caius ex Palatio demigravit sub Forum, uelut locum magis popularem, ubi frequentissimi abiecti, & pauperes domicilia habebant.* De Vitruuij Vaccii fundani domo Liuius: *Vitruuius Vaccus uir non domi solum, sed etiam Roma clarus. Aedes fuere in Palatio eius quæ Vaccii prædicatorio edificio, publicatoquè solo, appellata.* De eodem Cicero pro domo sua. In eodem colle domus Flaminis Dialis fuit. Dion: *Ignisquè ab ea ad Vestæ usque grassatus, itaut Sacra à Vestalibus in Palatiis sint translata, & in domo Flaminis Dialis posita.*

In eodem DOMVS CICERONIS, quod ipse testatur in Pisonem. *An tu eras Consul, cum in Palatio mea domus ardebat? Et: erat non solum domus mea, sed totum Palatium Senatu, Equitibus Romanis, Ciuitate omni, Italia cuncta refertum.* Pro Sextio. *Domus ardebat in Palatio.* Pro domo sua. *In conspectu præterea totius Urbis domus est mea.* Et de Porticu, quam incensa domo inibi erexerat Clodius. *Hanc uero in Palatio atque in pulcherrimo Urbis loco porticum esse patiemini? Cum igitur id unum toties, constanterque Tullius prædicet, miror à Fuluijo, & Marliano collocari ad radices Palatij iuxta Templum Iouis Statoris. Fuit enim in edito, & summo Colle; in conspectu totius Urbis, & pulcherrimo eius loco; non autem in ualle infima, ut uideri uix posset. Quod si obijciant Plutarchum scribentem in uita Ciceronis habitauit iuxta Palatium:*

tium: Græcè habet *ἐν τῷ παλάτιον*. Quæ præpositio cum accusandi casu etiam, *in*, significat: & verius interpretes vertisset, *in Palatio*, ut ait Cicero. Iidem non rectè emptam volunt de L. Crasso, hic enim orator fuit, qui ante decesserat. Empta autem est de P. Crasso. Salustius *in Ciceronem. Cum in ea domo habitares homo flagitiosissime, quæ P. Crassi viri Consularis fuit.* deinde in domo L. Crassi sex loti arbores fuerunt, quæ, teste Plinio *durauerunt ad Neronis principis incendia*, quibus cremavit Urbem annis post CLXXX. *culti virides, iuuenesquæ, ni princeps illè accelerasset etiam arborum mortem.* At domus Ciceronis Clodiano incendio penitus corrupta, omniaquæ in eo consumpta, & solo æquata sunt, superstructa porticu Libertatis. Porro de eius emptione ipse scribit ad Sextium: *Scripseras velle te bene euenire, quod de Crasso domum emissem. Emi eam ipsam domum millibus nummum XXXV. aliquanto post tuam gratulationem.* Et Gellius. *Cum emere vellet Cicero in Palatio domum, & pecuniam in presens non haberet, à P. Sylla qui tum reus erat mutua H.S. vicies tacite accepit.* Quæ sunt L. millia aureorum. Fuerant ante M. Liuij Drusi, qui Tribunus cum de danda Italicis populis Ciuitate leges ferret, occisus est. Velleius. *Cum edificaret, Drusus, Domum in Palatio in eo loco, ubi est, quæ quondam Ciceronis (Crassum omisit, qui ante Ciceronem possedit) mox Censorini fuit, nunc Statilij Sisennæ est; promitteretquæ ei architectus, ita se eam adificaturum, ut libera à conspectu, immunis ab omnibus hominibus esset, neque quisquam in eam despicere posset; Tu vero, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut quidquid agam ab omnibus perspicere possit.*

Plin. lib.
17. c. 1.

Lib. 5. Ep.
fam. Ep. 6.
LXXXVII
millib. &
D. auro.
Gel. li. 12.
cap. 12.

Vell. lib. 2.

Proximè habitabat P. Clodius Ciceronis inimicus. Idem Cicero de Arusp. Respon. *Itaque nequis meorum imprudens introspicere possit tuam domum, ac te sacra illa tua facientem videre, tollam altius te ctum, non ut eo te despiciam; sed tu ne aspicias Urbem eam, quam delere voluisti.* De his Aedibus Clodij Plinius: *P. Clodius, quem Milo occidit, sestertium centies, & quadragies octies domo habitauerit: quod equidem non secus ac Regum insaniam miror.* Ibidem Q. Frateris domum fuisse ex ijs, quæ Cicero scribit ad Atticum perspicuè inferitur. Ibidem & M. Antonius habitauit. Dion: *Cumquæ domus in Palatino monte, quæ prius Antonij, deinde Agrippæ, & Messalæ concessa fuerat, incendio esset absumpta, argento Messalæ donauit, Agrippam in suam domum ad se recepit.* At domus Tarquinij Romanorum Regis V. prope Iouis Statoris Templum, iuxta Palatium fuit. Liuius: *Ex superiore parte Aedium per fenestras in novam viam versus (habitabat enim Rex ad Iouis Statoris.) Demum obseruandum est, Aedes Ciuium postea cecidisse Palatio Principis, ut totum ferme Collem infederit.*

Lib. 36.
cap. 15.
Trecentis
septuaginta
millibus aure-
orum.
Lib. 4.
Ep. 2.
Dion. lib.
53.
Lib. 1.

Romuli, & Pacis Tempia, & Arcus Titi. Cap. IV.

Templum
Romuli.

SPHAERICAM Aedem, & quadratam adiunctam Sanctorum Cosmae, & Damiani, quadratisque magnis lapidibus olim extructam alij REMO, cuius Aedem P. Victor locat prope Templum Pacis: alij ROMVLO, seu QVIRINO attribuunt. Hic quidem videtur fuisse Aedes Quirini, quam Liuius in fine Libri decimi prope Forum collocat: *Aedem Quirini, quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem inuenio, ab Dictatore patre vota filius Consul Papyrius dedicauit, exornauitque hostium spolijs: quorum tanta multitudo fuit, vt non Templum tantum, Forumque bis ornaretur, sed socijs etiam colonisque finitimis ad Templorum, locorumque publicorum ornatum diuiderentur.* Nouissimè quidam Castori, Pollucique ascripserunt. Verum, vt antea probaui, Aedes Castorum non exiguo interuallo distabat, ad radices Palatij in ipso Foro sita. Cum vero hic duo fuerint Aedes: altera rotunda, altera quadrata; suspicari aliquis posset, vtrumque fratrem Romulum, ac Remum gemina Aede cultum fuisse. Jam rotunda quasi vestibulum alterius est. Quod sane Templum situm in Sacra via, & à Felice Papa IV. SS. COSMAE, & DAMIANO fuisse dicatum, cum alij auctores, tum Anastasius in vita eiusdem Felicis, & Hermannus Contractus docet in Chronico. Idem ab Urbano VIII. nuper exornatum est: vt alibi referam.

Pagliarius
lib.1. in
Tacit.






ROMVLI ET REMI TEMPLVM

LIBER TERTIUS



Biblioteka Śląska

ROMANI ET REMI TEMPLUM



ROMVLI, ET REMI TEMPLVM

Prout exabat antiquitus ante Urbani VII. Pont. Max.
instaurationem.

Templum Pacis. *Templum PACIS, cuius insignes adhuc extant ruinae, post multa bella Ciuilia ædificauit, teste Suetonio, Vespasianus Augustus, pulcherrimam operum qua unquam, vt Plinius; vt Herodianus, opus cunctorum tota Vrbe maximum, atque pulcherrimum. Idem: Templorum omnium opulentissimum, egregiequè munitum, multoque ornatum auro, & argento quippe vniuersi ferme suas illic diuitias quasi in thesaurum congeriebāt. Nec pauciora ingesserat Vespasianus. Iosephus: omnia in illud sanum collecta, ac deposita sunt, quorum visendorum studio per totum Orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur. Plinius. Coronas ex cinnamomo interrasili auro inclusas primus omnium in Templis Capitolij, atque Pacis dicauit Imperator Vespasianus Augustus. Idem, Statuam Nili ex basalte ferrei coloris, atque duritia, ibi dicatam scribit, sexdecim liberis circa ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augmentis se amnis eius intelliguntur. Hoc Templum in quo candelabrum, cæteraquè Templi Hierosolymitani vasa, & ornamenta, teste eodem Iosepho, reposita sunt, centum circiter post annos, quam fuerat ædificatum, seu fortuito, seu oblato incendio, arsit, Principe Commodo, vt Herodianus, & Dion (qui ait, erupisse vicinis ædibus) tradiderunt; cum Aedes quoque Vestæ, plurima, & pulcherrima ædificia, Vrbiquè partes conflarunt, plurimosque dies peruagatum incendium non prius sedatum est, quam repentinis imbribus extingueretur. Infausto sane prodigio, vt idem ait, quod Pace sublata grauissima deinde in Orbe Romano bella non sine Ciuium innumerabilium sanguine gesta sunt. Vnam huius Templi, quæ superfuerat è marmore, immanem, striatamque Columnam olim sustinendo fornici impositam Paulus V. Pont. Max. transtulit ad Aedem B. Virginis cognomento Maiorem, & in area ante vestibulum Basilicæ ex ære inauratum simulacrum eiusdem Virginis sustentem collocauit.*

Lib. 1. Lib. 73. in Comm. *Habuit Templum Pacis adiunctam Bibliothecā, cuius meminit Gellius Commentarium, inquit, de Proloquijs Lalij docti hominis, qui magister Varronis fuit, studiosè quaesiuimus; eumque in Pacis Bibliotheca reperiuntur legimus. Hæc, opinor, cum Templo arsit.*

Lib. 16.
cap. 8.



TEMPLVM PACIS



TEMPLE M. PACIS



VESTIGIA TEMPLI PACIS

Arcus Ti-
ti.

ARCUS TITI non longe abest. omnium qui cum titulo extant, antiquissimus, & quod plerique putant, sic triumphalis, vt triumphan- tibus Vespasiano, ac Tito fuerit erectus. Sed hanc opinionem Arcus infringit Inscriptio. Sic enim habet.

SENATVS

POPVLVSQVE. ROMANVS

DIVO. TITO. DIVI. VESPASIANI. F

VESPASIANO. AVGVSTO

Alterum vero in altera fronte titulum vetustas submouit. Eius porro Inscriptiois quædam verba paulo fusius explicabo, vt eliciam, Arcum illum non triumphanti, sed mortuo Tito decretum, & dicatum fuisse.

Tria ergo, quæ habet Inscriptio: Quod Arcus TITO fuerit erectus, quod ille cum Patre Vespasiano vocetur DIVVS, quod idem dicatur AVGVSTVS, ostendunt, Arcum post eius obitum fuisse extructum. Confecto quidem bello Iudaico, cum ambo, & primus quidem, teste Iosepho, Vespasianus curru vectus fuerit in triumpho, mirum est, Arcum Tito Filio, non autem Patri Vespasiano Augusto dicatum. Nisi fortè dicant, Vespasiano alterum dicatum fuisse, cum eius neque in terræ solo, neque in annalium monumentis vllum extet vestigium. Aut asserant, Arcum hunc vtrique in vno triumpho fuisse communem, & Vespasiani titulum in aduersa, & exesa parte consumptum desiderari. Sed mirum item est, anteriorem potioremq; partem, quam primo triumphantes inibant, titulo Filij, posteriorem vero Patris nomine fuisse inscriptam.

Qui Au-
gusti, qui
Cæsares
vocaren-
tur.

Dion. l. 53

Difficilius soluitur, quod in eo triumpho Titus fuerit Augustus. Non enim Augusti nomen ab Octanio Augusto deductum assumebant nisi Imperatores, quorum esset absoluta potestas in vniuersam Republicam. Qui vero successores siue cognatione sanguinis, siue adoptione futuri erat, Cæsares dicti, *Nam Cæsaris*, inquit, Dion, & *Augusti vocabula* nihil eis quidem ea potentia adijciunt peculiaris; sed alterum successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis significat. Spartianus in Aelio Vero. *Illos vero, qui vel Cæsarem nomine appellati sunt, nec Principes, aut Augusti fuerunt.* Et postea. *Aelius Verus nihil habet in sua vita memorabile, nisi quod tantum Cæsar est appellatus, non testamento vt antea solebat, neque eo modo, quo Traianus est adoptatus, sed eo prope genere, quo nostris temporibus à vestra clementia, Maximianus, atque Constantius Cæsares dicti sunt, quasi quidam Principum filij viri & designati Augustæ Maiestatis heredes.* Ante Vespasianum quidem, Tiberius Augusti successor, vt refert Suetonius, ne Augusti quidem nomen, quamquam hereditarium vllis, nisi ad Reges ac dynastias epistolis addidit. Id ipsum de Tiberio, & alijs quos recenset; adnotauit Iulius Bulengerius.

Suet. in
vita Tib.
cap. 26.
Buleng. l. 1.

tius. *Caligula*, inquit, *Cæsar dictus non Augustus*, eodem Suetonio teste. Immo, referente Dione, Caligula aliquando cum populus exclamasset; *Iuuenis Auguste, ratus sibi iniuriam factam, multos occidit.* Claudius ne Imperator quidem dici voluit Cæsar dictus est. vt etiam Nero, & Galba apud Suetonium. Vitellius cognomen Germanici delatum ab vniuersis cupide recepit, Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum repudiavit, narrante eodem Suetonio. His addatur Otho, qui eodem auctore, non Cæsar, sed *ab infima plebe appellatus Nero nullum indicium recusantis dedit, primisque epistolis suis Neronis cognomen adiecit.* Acceperit ne Vespasianus Augusti cognomentum, idem non memorat, sed credibile est accepisse. Tribunitiam quidem Potestatem, & Patris Patriæ appellationem non nisi sero recepit.

de Imper.
Rom. c. 17
Suet. in
vita Cali-
gul. c. 22.

Suet. c. 8.
Id. in vita
Oth. c. 7.

At viuente Patre Titum Augustum fuisse appellatum nemo persuaserit, nisi verba ex veteri auctore promat. Contra Xiphilinus αὐτοκράτορας ἑσπασιανοὺς, Ἐπιτάγες ὅτι τίτῳ, Ἐὶ δομιτιανὸς ἀπεδέχθησαν. Imperator Vespasianus, & Cæsares Titus, & Domitianus declarati sunt. De Tito quidem reuerso in Urbem Suetonius. *Neque ex eo destitit participem, atque etiam tutorem Imperij agere.* Cenfor idem vnâ cum Patre, Tribunus, & Consul; non tamen Augustus, cum ille viueret; hoc enim solum Patri datum. Plinius in Præfatione ad Titum. *Triumphalis, & Censorius tu, sextumque Consul, ac Tribunitia Potestatis particeps: quod bis nobilius fecisti, dum illud patri pariter, & Equestri Ordini præstas, Præfectus Prætorio eius, omniaque hæc Reipublica.* Quæ consentiunt Suetonij loco citato. Quomodo autem Augustus, si Prætorij Præfectus? Quod si Titus ibi à Plinio appellatur Imperator: sic ille veteri more, vt alij duces, re bene gesta, fuerat proclamatus ab exercitu. Cæterum octuaginta circiter post annos cœpere simul esse duo Augusti. Iulius Capitolinus in vita Marci: *Fratrem, inquit, sibi participem in Imperio Marcus designauit, quem L. Aurelium Verum Commodum appellauit, Cæsaremque atque Augustum dixit, atque ex eo pariter cœperunt Rempublicam regere. Tuncquæ primùm Romanum Imperium duos Augustos habere cœpit.* Aliud autem esse participem Imperij, & Augustum, Bassianum, tradit Spartianus in Seuero. *Ob hoc etiam, inquit, filium eius Antoninum, qui Cæsar appellatus iam fuerat, ætatem xiiij. agentem participem Imperij dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Cæsarem dixerunt: eundem Antoninum, vt plerique in litteras tradunt, appellantes.* Hæc acta in Oriente, nondum absoluto bello Parthico. Postea vero reuersus triumphans in Urbem Seuerus cùm bellum intulisset Britannæ, eodemque auctore; pedibus æger bellum moraretur, idque milites anxie ferrent, eiusquæ filium Bassianum qui vnâ erant, Augustum fecissent; *tolli se, atque tribunal ferri iussit. Adesse deinde omnes Tribunos centuriones, duces, & cohortes, quibus auctoriibus id acciderat: fisti deinde filium, qui Augusti nomen acceperat. cumquæ animaduerti in omnes auctores facti præter filium iuberet, rogareturque omnibus ante tribunal prostratis, caput manu contingens ait: Tandem sentitis ca-*

Suet. c. 6.
in vita.

Caracalla non ri-
te factus
Augustus
vivo Pa-
tre.

In vita
Seu. Anto-
nin. Caracal-
læ, &
Getæ.
Herod. l. 3
Bul. c. 9.

Ammian.
lib. 27.

put imperare, non pedes. Peccarunt igitur in Principem merito irascentem, qui Augustum fecerant: cum tamen ante participem Imperij faciundo, donatiuum largissimum meruissent. Quare quod Bulengerius scribit, à Seuero viuente Caracallam, & Getam Augustos appellatos, non legi apud Spartianum, sed solum dictos Antoninos. idquè solum de Caracalla scripsit Herodianus: eum Antoninum vocatum, Marci insuper cognomen ex patris voluntate sumpsisse. Immo ipse Bulengerius; *Primus, inquit, omnium Valentinianus Valentem, & Gratianum Augustos non Cæsares fecit, præter Marcum, qui Verum socium Imperij ad-* *sciuit, vt Ammianus.* Lampridius in Diadumeno refert, hunc cum Macrino Patre Imperatorem dictum ab exercitu: eiusque epistolæ initium recitat, *Patri Augusto Filius Augustus*, quam videlicet eius nomine magister Celianus Afer scripserat. At ibidem refert, Herodianum scripsisse *Diadumenum tantum Cæsarem à militibus appellatum.* Sed non solus Herodianus; Iulius quoque Capitolinus id scripsit in Macrino: *sciendum, inquit, præterea, quod Cæsar fuisse dicitur, non Augustus Diadumenus puer, quem plerique pari fuisse cum Patre Imperio tradiderunt.* Itaque cum res in incerto sit, tantundem fidei, quantum veritatis, habeat necesse est.

Duo simul
Augusti
post Mar-
cum sero
fuerunt.

Herod. l. 4

Postea fuere duo simul Augusti, aut etiam plures, vt ante Marcus, & Verus. Sed ad Vespasiani tempora ea consuetudo referri non potest. Quare Titus viuente patre nec dictus est, nec fuit Augustus.

In eodem titulo Titus cum Vespasiano dicitur **D I V V S**. Atqui vterque post mortem *Diuus* factus est; nempe per Apotheosim, & consecrationem, quæ mortuis contingebat. Herodianus. *Mos est enim Romanis consecrare Imperatores, qui superstitionibus filijs, vel successoribus moriuntur. quique eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter Diuos.* Quod sane nemini tribuebatur nisi corpore iam affecto sepultura: perfectisque ceremonijs, & pyra incensa, *Ex illo, ait Herodianus, vna cum cæteris numinibus Imperator colitur.* Solebant quidem etiam Proconsulibus decerni Diuum honores, poni Aræ, ac Tempa in Prouincijs. adeo

In eius vi-
ta.
In eius vi-
ta.
In vita
cap. 52.

superstitio valebat, & vanitas. Tito Flaminio, teste Plutarcho, Græci sacrificabant inter libandum, & Præana canebant *Dijs, & MARIO*, vt idem ait; *populus Romanus in cæna libauit.* Suetonius de Augusto: *Tempa quamuis sciret etiam Proconsulibus decerni solere: in nulla tamen Prouincia, nisi communi suo, Romæque nomine recepit. Nam in Vrbe quidem pertinacissime abstinuit.* Nummi passim occurrent inscri-

Li. 4. Ann.

pti, *Romæ, & Augusto.* Tiberius apud Tacitum. Volente Hispania il-

Li. 4. Ann.

li, ac Liuiæ delubrum condere: *Cum Diuus, inquit, Augustus sibi atque Vrbi Roma Templum apud Pergamum sibi non prohibuisset.* Idem Tacitus: *Decreuere eidem Tiberio Asia Vrbes Templum, Matriquè eius,*

Dion. l. 58

ac Senatui, & promissum statuere. Dion: *Ad statuas etiam Seiani, tanquam Tiberij solebant, Romani sacrificarunt.* Idem. *Edixisset etiam Tiberius, ne cui homini sacrificaretur. atqui res sacra Seiano fieri solebat.* Suetonius de Iulio Cæsare: *Tempa, Aras, simulacra iuxta Deos, pul-*

uinar,

uinar, *Flaminem* *lupercos*, ac nonnullos honores ad libidinem cepit, ac dedit. Id ipsum de Augusto Tacitus: *Nihil Deorum honoribus relictum, cum se Templis, & effigie Numinum per Flamines, & sacerdotes coli vellet.* Facta sunt alijs sacra, & oblatae victimae ac dona; vt Tiberio, & Caio Gracchis. de quibus Plutarchus: *Loca, in quibus interempti fuerant, consecrantes, primitias ibi omnium, qua temporum articuli ferunt, libabant. Multi etiam ibi sacra faciebant, & adorabant, eò sicut ad Deorum Tempa commeantes.* Vt C. Caligulae: Qui, teste Iosepho, se Deum putabat, & volebat vocari: seque pro Deo gerebat non contentus humanis honoribus coli à subditis, Iouemque appellatione fratris salutabat. Idemque, referente Suetonio, *consistens saepe inter Fratres Deos, Calto-rem, & Pollucem medium se adorandum aduentibus exhibebat. Templum etiam nomini suo proprium, & Sacerdotes, & excogitatissimas hostias instituit: cum caetera gentes, auctore Iosepho, eidem sacrificia ultro facerent dicatis Aris ac Templis.* Vt Neroni, cui eodem Suetonio referente, *incedenti passim victima casa, sparso per vias identidem croco, ingestaque aues, ac lemnisci, & bellaria.* Vt Claudio, cui *Templum, & Aras Britannici posuerunt.* Vt Vespasiano, & Adriano, qui sibi Tempa Bulengerio teste erexerunt. Vt Domitiano, de quo Plinius: *Cum seuissimi domini atrocissima effigies tanto victimarum cruore coleretur, quantum ipse humani sanguinis profunde-
bat.*

Quamuis ergo hisce superstitionibus Romani Imperatores colerentur, non tamen assequuti sunt, vt viui dicerentur Diui. Immo plerique eorum, quos recensui, ne post mortem quidem Diui sunt facti: & quidam vitij detestabiles in communi odio mortalium omnibus execrationibus, & conuicijs merito lacerati sunt. Qui vero meritis, ac virtute habebantur insignes, ij post mortem ac sepulturam in Diuorum numerum relati. Quamuis & improbis interdum id tribuerit vanitas successorum, vt Commodus Seuerus. Sic enim conciliata populi beneuolentia firmabat Imperium. Tacitus de Augusto: *Sepultura more perfecta, Templum, & caelestes religiones decernuntur.* Velleius: *Sacrauit parentem suum Caesar, Tiberius, non imperio, sed religione, non appellauit eum, sed fecit Deum.* Iulius Capitolinus in Marco: *Denique priusquam funus conderetur, vt plerique dicunt, quod nunquam antea factum fuerat, neque postea, Senatus, Populusque non diuisis locis, sed in vna sede propitium Deum dixit.* Tacitus. *Reperio in commentarijs Senatus, Cerialem Anticum Consulem designatum pro sententia dixisse, vt Templum Diuo Neroni, qui tum viuebat, quam maturrime publica pecunia poneretur. Quod quidem ille decernebat tamquam mortale fastigium egresso, & venerationem hominum merito: quod ad omina olim sui exitus verteretur. Nam Deum honor Principi non ante habetur quam agere inter homines desierit.* Symmachus: *Diui recepti Caelo Imperatores mortui.* Tertullianus. *Maledictum est, ante ἀποδεύων Deum Casarem nuncupare.* Plinius ad Traianum: *Quem tu, Neruam, lacrymis primam, ita vt filium decuit, mox Templis honestasti, non imitatus illos, qui hoc idem, sed alia mente*

Ann. lib. 1.
In eorum
vita.

Lib. 2. de
Bell. Iud.
cap. 9. &
Ant. Iud.

Lib. 19.
cap. 1.
In vita Ca
lig. c. 12.
Ioseph. Iud.
Ant. l. 18.
cap. 18.

Euseb. l. 2.
Hist. Eccl.
c. 5. & 6.
Lib. 1. c. 4.
aut 9. de
Imp. Rō.

In Paneg.

Tac. lib. 1.
Annal.
Vell. lib. 2

Tacit. lib.
15. Annal.

Sym. lib 4.
cap. 9.
In Apol.
cap. 34.
In Paneg.

fecerunt. Dicitur Cælo Tiberius Augustum, sed ut Maiestatis numen induceret: Claudium Nero, sed ut irideret: Vespasianum Titus: Domitianus Titum, sed ille, ut Dei filius, hic ut frater videretur. Ex quo sane constat Vespasianum, & Titum non ante obitum; sed à successoribus Diuos appellatos & factos. Vespasianus quidem, narrante Suetonio, *prima morbi, quo mortuus est, accessione, ut, inquit, puto, Deus fio.* Huc pertinet quod Adrianus adoptato Aelio Vero languido ac perituro, dixit, auctore Spartiano: *Ego mihi Diuum adoptavi, non filium.* Quod item Antoninus Caracalla apud eundem Spartianum, occiso fratre Geta, cum vereretur Tyrannicam ex parricidio notam, audiretque posse mitigari facinus, si Diuum fratrem appellaret, dixisse fertur; *sit Diuus, dum non sit viuus.* Scio Augustum, & Domitianum Deos, dum viuerent appellatos. Propertius de Augusto.

In vita
cap. 23.

In vita
Antonin.
Geta.

Prop. li. 3.
Eleg. 4.
Mar. lib. 5.
Epigr. 8.

Arma Deus Caesar dices meditatur ad Indos.

Martialis de Domitiano.

Edictum Domini, Deique nostri.

Idemque alij de utroque. Sed Augustum Poëtarum vanitas, & popu-
lorum adulatio. Domitianum eiusdem arrogantia, tumorque ita nomi-
nauit. Se enim ipse Deum, ac Dominum dixit in Epistola. quod reliqui
deinceps prosequuti sunt. Hic tamen post mortem Diuus non fuit. Illa
enim veneratio priuato studio, metuque à populo exhibita est, non pu-
blico decreto: nec Diui cognomentum solemnī sanctione ac more ma-
iorum tribuebat; quod scilicet consecratio post mortem attulit, & de-
creta cum publicis cæremonijs Apotheosis. Concludam cum Tertul-
liano. *Qui Pater Patria est, quomodo Dominus est? Sed & gratius est
nomen Pietatis, quam Potestatis. Etiam familia magis Patres, quam
Domini vocantur, tanto abest, ut Imperator Deus debeat dici, quod non
potest credi, non modo turpissima, sed & pernicioſa adulatione. Desine
alium Deum credere, atque ita & hunc Deum dicere, cui Deo opus est.*

Sueton. in
vita c. 13.

Diui co-
gnomen
ex S. C.
non da-
batur vi-
uis.
Tertull.
loc. cit.

Non desunt Romæ eruditi viri veterum numismatum diligentes inue-
stigatores, qui putant multos inueniri nummos cufos viuente Augusto
cum inscriptione *Diui*. Quos enim, ut aiunt, post eius obitum successo-
res excudi Augusto curarunt, suam quoque ipsorum imaginem inscri-
ptionemque nummis indiderunt; quæ desunt nonnullis Diui Augusti nū-
mis. Ex quo inferunt, *Diui* appellationem Augustum ante mortem
consequutum.

Non sem-
per cuso-
ris nomen
est in nū-
mis.

Sed verum non est, id semper successores fecisse, ut nummis, quos de-
functorum honori cudebant, suam effigiem, nomenque apponerent.
Nam siue ob maiorem eorum cultum, siue alias ob causas, eiusmodi
nummis suam ipsorum imaginem ac nomen non raro detrahebāt. Quod
ipsa indicant Augusti effigie signata numismata, ut alia præteream. Vnū
enim altera parte expresso Augusti capite sic inscribitur, *Diuus Augu-
stus Pater*. altera vero designatam Templi frontem cum inscriptione
ostendit, *Providentia. S. C.* Quis autem dubitet, quin hoc à Tiberio
cufum fuerit, cuius nomen supprimitur? Alterum præter caput Augusti,

& In-

& Inſcriptionem, *Diuus Auguſtus*, Aquilam verſa facie ſemipaffis alis globo infidentem, aut potius attolentem, & S. C. oſtendit. Id ſane poſt Apotheoſim ſe cuſum demonſtrat, in qua Aquila è pyra euolans in altum ferebatur: eademque frequenter in nummis antiquis, vt ſignum conſecrationis viſitur. Neque vero ex Senatus Conſulto dictus vnquã, vel tamquam *Diuus* cultus eſt viuens Auguſtus, qui, vt ſupra dicebam, ab hiſce honoribus pertinaciſſime abſtinuit. Ijdem cultores antiquitatis Tito viuenti nummum *Diui* appellatione fuiſſe cuſum volunt. Nam & *Conſulatus* in eodem aſcribuntur qui *Diuis* poſt mortem aſcribi non ſolent. Sed neque hoc vrget. Nam etiam poſt mortem in nummis *Diui*, & *Auguſti* non omnes quidem, at complures nominantur, cum ſimul honores diuinos atque humanos illis componerent. Sic dicitur *Diuus Claudius Aug. Pat. Diuus Traianus Aug. Pat. Diua Fauſtina Auguſta*. Et in Arcu Titus *Diuus & Auguſtus*, qui ab obitu Auguſtus non erat. Ibidem curru veſtus, & triumphans, & ſpolia de Iudæis capta viſuntur. At ſub Arcu eiufdem effigies volanti Aquilæ inſidens inſculpta eſt. Quod certum eſt argumentum conſecrationis factæ poſt mortem. Quare honores viuents, vitaque ſuncti in eo monumento ſane quam pulcherrimo expreſſi ſunt. Quod autem aiunt, eodem nummo æreo mediæquæ magnitudinis *Tito Diuo Conſulatus* aſcribi; alij periti veterum nummorum, & antiquitatis eum reiſciunt, tanquam ſuppoſitum, & à falſarijs nuper cuſum: Quia nec hætenus quiſquam in numiſmatis vidiffe dixit, neque in eodicebus hæc de re impreſſis legiſſe ſimul *Diui* nomen, & *Conſulatus*, ac *Tribunitias poteſtates*.

In nummis Auguſti non ſunt dicti Diui ante mortem.

His conſcritur, Diuorum cognomena non conuenire Tito, ac Veſpaſiano triumphantis. Et Arcum illum poſt obitum vtriuſque erectum fuiſſe à Senatu, Populoque Romano, vel ſub Principe Domitiano, qui Titum Diuum fecerat: vel Traiano imperante, quem certe in honorem Titi nonnulla ædificaffe conſtat: & vetus docet Inſcriptio, quam celabat epiftilium columnarum Baſilicæ veteris S. Petri in Vaticano. quem lapidem ex altero ædificio tranſlatum religio Constantini in uſum Aedis ſacræ conuerterat. Hæc porro Inſcriptio cum vetus Baſilica Paulo V. Pont. Max. ad nouæ ædificationem dirueretur, ita ſe nobis aperuit.

Arcus Titi poſt eius obitum erectus.

D. T I T O

D. VESPASIANI. F. AVGVSTO

IMP. CAESAR. D. NERVAE. F. NERVA. TRAIANVS

GERMANICVS. DACICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. COS.

PP. FECIT

Vbi Titus iam mortuus & Diuus, & Auguſtus dicitur.



TITI ARCVS

Adde Inscriptionem, quâ, viuente adhuc patre, Titum, & Domitianum, Cæsares tantum, non Augustos constat fuisse appellatos:



Gruterus pag. 244.

<i>T. Cæsari</i>	<i>Imp. Cæsari</i>	<i>Cæsari. Aug. F</i>
<i>Vespasiano</i>	<i>Vespasiano. Aug</i>	<i>Domitiano</i>
<i>Pontif. Tr.</i>	<i>Pont. Max. Tr. Pot</i>	<i>Cof. Desig. II</i>
<i>Pot. II. Imp. III</i>	<i>IV. Imp. IX. Cof. IV</i>	<i>Principi. Iuuentutis</i>
<i>Cof. II</i>	<i>P P</i>	

C. Papius. Aequos. 7. Leg. III. Aug. Testamento. Poni. Iussit
Ex. Auri. P. X

Nec obstant nummi I, & II. Consulatus Titi, in quibus habetur VICTORIA AVGVSTI. PAX AVGVSTI: hæc enim, in obsequium patris, sunt potius intelligenda, qui solus erat Augustus; vt ex titulis, vtriusque patet nummi, absque Augusti nomine, Tito inscriptis: Occo in Tito.



Atque eadem Pacis, Victoriæque monumenta, in Vespasiani quoque nummis, recensentur. Animaduertendû insuper est, in alijs nummis IV. & VI. Consulatus eiusdem Titi, per Occonem editis, non integras legi Inscriptiones; itaut Titum Augustum dictum iisdem Consulatibus, posse videri. IMP. T. CAES. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. IV. & VI. supple IMP. T. CAES. VESP. AVG. F. P. M. TR. P. P. P. COS. IV. hoc est *Imperator Titus Cæsar Vespasiani Augusti Filius Pontifex Maximus, Tribunitia Potestate Pater Patriæ Consul Quartum.*

Gruterus pag. 103.

VICTORIAE AVG. SACRVM
 PROREDITV
 IMP. CAES. T. FLAVI
 VESPASIANI AVG. F
 PONT. MAXIM.
 TRIB. POT. COS. II. P. P
 STATVAM EX AERE
 ORDO SPOL. CONLOC

Alterum verò Diui nomen, non nisi post mortem, consecuti sunt Romani Imperatores, atque inde colligit Donatus Arcum, Tito iam vita functo fuisse erectum annuente Domitiano; vt is non tantum Filius, sed etiam Dei Frater videretur. Typum verò Consecrationis Titi Aquilæ insidentis, sub Arcus fornice, insculptus exhibet lapis.

Plin. in Panegyri.

Adde

Adde Apotheoseos, siue consecrationis pompam, quæ sub Inscriptio-
ne, per totum epistilium orientalis frontis, paucis quidem figuris, victi-
marios, flamines, arasque designat; lectum item, cum imagine Impera-
toris accumbentis. Tabula vetò vtrimque, sub fornice, hæ sunt Titus
in triumphali quadriga: à tergo Victoria Idumeam palmam altera gerit
manu; alteraq; super eius caput, lauream sustinet. Roma ipsa, hasta
galeaque insignis equorum regit habenas. Incedunt Magistratus lau-
reati, ramos ferentes, lictoresque XII. Testimonio scriptorum constat,
Titum, cum patre triumphasse at solus hic aspicitur in curru, quod Ar-
cus erectus fuit, post eius mortem à S. P. Q. R. In opposita tabula cer-
nicur triumphi pompa, atque inter laureatos Arcum ingredientes duò
præcipue fercula cum mensa aurea, & septilustre Candelabro.

Domus Neronis Aurea. Cap. V.

HÆC Domus cum Domino stetit; bis à Nerone ædificata,
bis conflagrauit. Semel cõmuni totius Urbis incendio, quod
ipse parricida furiarum tædis agitatus excitauit. Iterum ab
eius obitu, cum alijs ædificijs locum dedit. De finibus, & si-
tu ædificij ambigi iure potest, quem nos inuestigamus in præsentia, tum
formam ædificij, & opes demonstrabimus.

Lib. 15.
Annal.
In vita
Ner. c. 31.
& 58.

Lib. 1.
Epig. 2. de
Spectac.

Fines do-
mus Ne-
ronis.

Tres potissimum auctores ad AVRÆ DOMVS terminos inue-
stigandos nos quasi manu ducere possunt, Tacitus, Suetonius, Martialis.
Tacitus. *Non ante, inquit, Urbem ingressus est, quam domui eius, qua
Palatium, & Mæcenatis Hortos continuauerat, ignis propinquaret.* Sue-
tonius. *Domum à Palatio Esquilias vsque fecit, quam primo Transito-
riam, mox incendio absumptam, restitutamquè Auream nominauit.* Ex
quibus locis patet domum inter Palatium fuisse, & Hortos Mæcenatis
Esquilinos. At Martialis fines eisdem describendo, eiusdem Domus
partes designat.

Hic, ubi sydereus propius videt astra Colossus,

Et crescunt media pægmata celsa via;

Inuidiosa feri radiabant atria Regis,

Vndæque iam tota stabat in Vrbe Domus.

Hic, ubi conspicui venerabilis Amphitheatri

Erigitur moles, stagna Neronis erant.

Hic, ubi miramur velocia munera Thermas,

Abstulerat miseris tecta superbus ager.

Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,

Vltima pars aula deficientis erat.

Stagnum Vt igitur secernamus certa ab incertis; ubi est Amphitheatrum Flauii
domus au nunc Colossæum, & TAGNA Neronis erant, hoc est, vt loquitur Sue-
reæ ubi est tonius in eius vita, stagnum maris instar circumseptum ædificijs ad Vr-
Colossæu. bium speciem. Ab Amphitheatro Orientem versus ascenditur in Esqui-
lias,

lias, vbi Templum Sancti Petri cognomento ad Vincula, & dextrorsum inter vineta spectantur Titi Cæsaris THERMAE, vulgari vocabulo, septem Aulæ. De his Suetonius: *Amphitheatro dedicato, Thermissque iuxta celeriter extructis, Titus munus edidit apparatissimum, largissimisque.* Hæc etiam pars Vrbls septis Neronianæ Domus inclusa est: Nam teste Martiale:

*Hic vbi miramur velocia munera Thermas,
Abstulerat miseris tecta superbus ager.*

Hic enim erant rura hortensia, & sylvæ sep̄ is domus inclusa. Igitur hæc ex parte Domus cum HORTIS Esquilinum Collem infederat vsque ad Templum S. Martini cognomento in Montibus, nisi ampliori adhuc spatio producebatur. Et quia, teste Tacito, *Hortos suos, & Domum Nero MOECENATIS HORTIS continuauerat*, hinc illi sumebant initium ad Orientem extensi in parte Collis, vbi Esquilinæ Virginis vulgò Maioris, Diuinquè Antonij Tempa: desinebantquè in hortis Perettinis. Porro cum Hortos Mæcenatis Nero possideret, quod Mæcenas Augustum hæredem dixerat, & ab illo ad Cæsares successores bona deuenerant, eosdem Domui suæ Nero adiecit; vt à Colle Palatino, Palatioque Principum totas fermè Esquilias occuparent, & non immerito Urbem domum factam dictam sit. Hæc vero explorata sunt, & veritati consentanea. Non ita certa locum designare possum, vbi vastissimum atrium, & frons ipsa Domus Neronis fuit; tamen, vt arbitror, scire cupientibus fiet fatis. Redeundum ergo est ad Amphitheatrum, vbi Stagnum erat. Propè, ATRIVM cum porticibus, cœnationibus, & aulis visebatur. Sed statim ambigitur, an Atrium vergeret ad Arcum Titi; ibique cum Palatio coniungeretur domus: an vero vltra Constantini Arcum vallem inter Cœlium, & Palatinum occuparet. Blondus, & Marlianus hic putant fuisse. A quibus vt dissentiam, aliæ me rationes grauiores monent. Nam de atrio, seu vestibulo sic Suetonius. *Vestibulum eius fuit, in quo Colossus CXX. pedum staret ipsius effigie; tanta laetitia, vt porticus miliaras haberet.* At Martialis:

*Hic vbi sydereus propius videt astra Colossus,
Et crescunt media peggmata celsa via.
Inuidiosa feri radiabant atria Regis.*

Porro vtriusque auctoris locum componendo; Martialis propriè atrium intelligit, seu vestibulum domus, non totam domum poetice, vt quidam interpretantur. Vestibulum autem interdum accipi pro atrio docet Gellius. At Suetonius id intelligit vestibuli nomine, quod verè, germanèquè significat. Est enim, vt idem Gellius, *Vestibulum non in ipsis aedibus, neque pars aedium, sed locus ante ianuam domus vacuus, per quem à via aditus, accessusque ad ades est. Qui domos igitur per amplas antiquitus faciebant, locum ante Ianuam relinquebant, qui inter fores domus, & viam medius esset. In eo loco qui dominum eius domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant: & neque in via stabant, neque intra ades erant.* Hæc ille. Vestibulum quidem dicit aliquis, vt ex his deduc-

In vita
Titi c. 7.

Celeriter
à Tito ex-
tructas.

Horti Mœ-
cenatis
ad Tem-
plū S. Ma-
riæ Maio-
ris.

Amplitu-
do Domus
& Horto-
rum Nero-
nis.

Vbi esset
frons, &
atrium
domus.

Sueton. in
vita c. 32.
Vestibulū
domus, &
Colossus.

Gell. lib.
16. c. 5.

dedu-

deducitur, erat tecto coopertum. Quare Colossus capere non poterat, qui ob excelsam sublimitatem locum sub dio apertum exigebat; nempe atrium, seu cauedium, è quo sese supra tecta extolleret. Verum hic repetendum est, quod supra dicebam ex Tacito, Palatium Cæsarem fuisse domo continuatum. Cum ergo domus Neronis, & Augusta coniungerentur, verisimile est admirandis columnationibus, aliqua saltem parte fuisse coniunctas, vt spatium inter vtramque instar atrij relinqueretur, in quo staret Colossus. Ab eo aditum in domum, ideoque vestibulum, idem tamen dici atrium à Martiale. Quod etiam indicat, vbi situm esset domus vestibulum, nempe in Sacra via, & parte cliui Palatini complanati. Idemque collatis explicatisque Suetonio, Martiale, Gellio, Dione, Spartiano, Prudentio, clare, nisi fallor, deprehendi. In quo necesse habeo digredi paulisper ad Colossus; vt Aureæ Domus germanam sedem decernam.

COLOSSVS AVREAE DOMVS.

Positum, figuram, & magnitudinem consideranda præbet: cum quibus quando loco fuerit motus, exponendum.

Positus ergo est à Nerone, stetitq; olim Colossus prope Sacram viam, qua cliuo ascensus erat in Palatinum Collem: Et prope Amphitheatrum, vt Colossæum ab illo dictum sit. Stetisse ad Sacram viam docet Martialis.

Hic vbi sidereus propius videt astra Colossus.

Et crescunt media peggmata celsa via.

Hæc enim via Sacra est iuxta interpretes, per quam lignæ compa&ilesq; machinæ immittebantur in Amphitheatrum, cum agerentur ludi. Aut potius machinas, & peggmata intelligit onusta spolijs, & præda, quæ eadem via in triumphis vehebantur. Dion: *Colossus Vespasiano Principe Sacra via collocatus.* & idem Martialis.

Inde sacro veneranda petes Palatia Cliuo.

At in Palatium ascendentem quid in Sacra via morari poterat?

Nec te detineat miri radiata Colossi,

Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus.

Nempe tam immanis vt esset altitudine centum viginti pedum, placet enim magis Suetonium audire, quam Plinium, tanta artificij elegantia, quantam ostendere potuit figurando marmore Zenodorus aui Neroniani nobilissimus Statuarius. *Et statua, inquit Plinius, indicauit interisse fundendi aris scientiam; cum & Nero largiri aurum, argentumque paratus esset, & Zenodorus scientia fingendi calandique nulli veterum postponeretur.* E marmore igitur, at radiatus; nam postea Martiale, Plinioque spectante, Vespasianus detracto Neronis capite radiatum Solis caput reposuit, & Colossus dicatus *Solis venerationi est, damnatis sceleribus illius Principis: Radij septem suere, & singuli longitudine pedum viginti duorum, & semis vt ait P. Victor in Regione quarta.* Nec solum à Vespasiano Solis facie, ac radijs illustratus, sed etiam refectus est. Suetonius: *Colossi, inquit, refectorem insigni congiario, magnaue mercede dona.*

Ioseph. 10
co supra
citato.
Dion. l. 66
sive in
Vesp. Xi-
ph.
L. 1. Ep. 71
Palmer.
nostratiū
Roman.
160.

Li. 34. c. 7.
vbi scribit
fuisse pe-
dum cen-
tum dec.

Plin. loc.
citato.

In Vespas.
cap. 18.

donavit. Eusebium in Chronico: *Colossus*, inquit, *erectus habens altitudinis pedes 107*. Verum Eusebius vt numerando pedes aberravit, sic fortasse lapsus est Colossus erigendo. Nisi velit, ibi fuisse repositum, vbi ante fuerat erectus; neque enim loco est motus ante Adrianum. Sed cum domus conflagrauerit aut euerfa fuerit, aliqua sui parte mutilatus: tum sublato capite refici debuit, aut si forte collapsus, quod non scripsit Suetonius, erigi. Et vero loco motum non fuisse, constat ex Martialis saepe citato Epigrammate.


Hic vbi sydereus propius videt astra Colossus,

Et crescunt media peggmata celsa via.

Inuidiosa feri radiabant atria Regis.

Significat enim, vt aiebam, Colossus fuisse in vestibulo domus Neronis, vbi ab eodem collocatus est. Et scribebat Martialis post Vespasianum, & Dion. l. 66. statuam resectam. Quod si Dion scribit, *Vespasiano VI. & Tito IV. Colossus Templum Pacis dedicatum est, & Colossus Sacra via collocatus: quem ferunt fuisse altum pedes centum. Imago Neronis erat, vel Titi, vt ab alijs traditum est*, explicandus est, vt Eusebius. Nempe, Colossus, vel in eodem loco vbi ante fuerat, fuisse repositum, vel solum resectum, ac restitutum. Quod si aliud Dioni placet, audiendus non est. Tam enim id consonat veritati, vt alia duo, videlicet Colossus fuisse altum centum pedes: & effigiem Neronis, vel Titi, hunc expressisse, contra Suetonium, & Plinium.

Annos triginta septem post Vespasianum regnare coepit Adrianus, qui Colossus loco motum aliò transtulit. Testis Spartianus. *Fecit, inquit, & sui nominis Pontem, & Sepulchrum iuxta Tiberim, & Aedem Bonae Deae. transtulit & Colossus stantem, atque suspensum per Decianum Architectum de eo loco, in quo nunc Templum Urbis est, ingenti molimine, ita vt operi etiam elephantes viginti quatuor exhiberet.* Colossus loco motus. Est autem aduertendum, quod de Adriano subdit Spartianus, *Et cum hoc simulacrum post Neronis vultum, cui antea dicatum fuerat, Soli consecrasset: de Commodo idem affirmare Lampridius: & quod ante vidimus, Plinium de Vespasiano. Colossi caput dempsit, ait Lampridius, quod Neronis esset, ac suum imposuit, & titulum more solito subscripsit.* Dubium an idem asserat Xiphilinus in Commodus, *Abscisso capite Colossi, sui capitis imaginem reposuit.* Quare aut abscissum Colosso caput tanquam Hydrae multiplicatum succrescebat, aut aliquis horum aetorum fabulam comminiscitur. Equidem, vt Spartiano assentior, quo auctore Colossus ab Adriano translatus accepimus, sic censeo Plinium audiendum, cuius narratione idem Colossus resectus habetur, & Soli dedicatus. Hic enim quod viderat, scripsit. alij quod legerant, & audierant, multo post tradiderunt auctori Diocletiani. Xiphilinus Solis ne, an Neronis caput Commodus absciderit, vt suum reponeret, non refert. Alijs autem aures dare non possum, qui aiunt Neronis caput saepius ablatum, atque repositum. Verum ex his abundè opinor confirmatum est, Colossus propè Sacram viam fuisse positum à Nerone, neque loco motum vsque ad Adrianum, ideoque Aureae domus frontem ibi spectandam.



Dec. 5. l. 3.
Id retule-
runt anno
Vrb. 584.
Anno Vr-
bis 559.
Tac. lib. 4.
Annal.
Anno Vr-
bis 887.
Templum
Veneris,
& Romæ.

Id ipsum offendit; ad illud enim secundo digredior, quod translato Colo-
llo, in ea sede, vbi ante steterat, ædificauit Adrianus. Ait enim Spar-
tianus: *translulit, Adrianus, Colossum stantem, atque suspensum de eo lo-
co, in quo nunc Templum Vrbis est. Puit enim & Romæ Templum, quæ
tanquam Dea impiè colebatur ab Romanis. Alabandæ pridem in Ci-
uitate Cariæ, quæ regio est Minoris Asiæ, factum fuerat, de quo Lilius:
Alabandenses Templum Vrbis Romæ se fecisse commemorauerunt in Sena-
tu, ludosq; anniuersarios ei Diuæ instituisse. Ante hos fecerant, & Smyr-
næ, quos Tacitus in eodem Senatu loquentes inducit, se primos Tem-
plum Vrbis Romæ statuisse M. Porcio Consule. At Romæ fecit Adrianus,
eiquè Templum VENERIS adiunxit. Dion in Adriano ἀὐτὸς ἑρῶν γὰρ
τῶν ἀφ' ἐοδὶ τῆς τῆς τε πόλεως καὶ τοῦ θεοῦ ἑρῶν ἀὐτὸς πέμψας: quod male
vertit Interpres, descriptionem, & formam Templi Veneris, quod Romæ
fabricauerat, ad eum misit, vertendum enim fuerat: Ipse quidem, Adria-
nus, descriptionem Templi Veneris, & Romæ ad eum mittens, Apollodo-
rum insignem architectum: quippe significans, pergit Dion, sine illius ope-
ra, & ministerio etiam ingentia adificia extrui posse, quærebat, an adi-
ficium illud rectè, & commode se haberet. Rescripsit de Templo, sublime
illud, & concauum fieri oportere, ut ex loco superiori in Sacram usque
viam insignior prospectus esset, & magis conspicuus. Concauum ad exci-
piendas ludorum machinas, qua in eo latenter compingi, & item ex occul-
to in Theatrum duci possent. Cassiodorus in Chronico: His, inquit, Con-
sulibus Templum Romæ, & Veneris factum est, quod nunc Vrbis appel-
latur. Eusebius in Chronico Veneris tantum appellat: Templum, in-
quit, Veneris ab Adriano Romæ factum. P. Victor, Templum Veneris in
Regione quarta. Notitia Imperij, Templum Veneris, & Romæ. Tem-
plum Vrbis Spartianus. Et Ammianus: Vrbis, inquit, Templum, Fo-
rumque Pacis. Sed quod est Forum Pacis? An sanum, potius legen-
dum? Prudentius:*

Prud. lib. 1
Contra
Symm.

*Lanigerosque Deum Templis astare ministros,
Ac sacram resonare viam mugitibus ante*

Delu-

*Delubrum Roma; solitur nam sanguine & ipsa
More Dea, nomenque loci, ceu Numen habetur:
Atque Urbis Venerisque pari se culmine tollunt
Templa, simul geminis adolentur thura Deabus.*

Claudianus:

Elusa, domina pergunt ad limina Roma

Et:

*Conueniunt ad tecla Dea, qua candida lucent
Monte Palatino.*

Lib. 2. in
Stilic.

Ex quibus locis Templi sedes, & pulchritudo deprehenditur. Erat enim in Colle Palatino, quæ deuexus est in Sacram viam prope Arcum Titi. Anastasius alibi collocat. ait enim in Felice IV. *Hic fecit Basilicam SS. Cosma, & Damiani in Vrbe Roma, in loco, qui appellatur via Sacra, iuxta Templum Urbis Romæ.* cui quidem assentiri non possum. Nam si ibi fuit Urbis Templum, vnde transferri eximia magnitudinis, & polituræ Tiburtinos lapides nuper vidimus; in depresso, & humili loco situm, non in edito, & Monte Palatino fuit. Idem ergo sit Anastasio iuxta Templum Urbis, ac non longe à Templo Urbis. Vbi autem Aedes est SS. Cosmæ, & Damiani, fuisse Templum Quirini, vel Romuli simul, & Remi non improbabilis opinio fert, vt supra dictum est. Porro frons Templi Romæ, vt indicat Dion, & Prudentius, Sacram viam è superiori loco spectabat; vt area ante Templum ex eadem via cœpisse videatur, & inde sublata gradibus eminentiorem fecisse prospectum Templi. Magnificentiam ostendit Claudianus. Quod enim Aedes candida luceret, vim Parij, aliorumquæ marmorum ostendit, quibus conuëstita commédaretur inter Cæsarium moles. Et Ammianus post Capitolium, & Pantheon memoratu dignam duxit. Et quia quærebatur ab Adriano simul Veneris, & Romæ, quasi parentis ac sobolis cultus; idè Aedes magnificentior ac pulchrior ab illo est facta. Tectum sane tegulis æreis instructum fuit, quas ad Templum S. Petri translatas ab Honorio I. Pontifice testis est in eius vita Anastasius. *Cooperuit, inquit, Ecclesiam omnem B. Petri ex tegulis æreis, quas leuauit de Templo quod appellatur Roma.* At Prudentius dum canit:

Atque Urbis, Venerisque pari se culmine tollunt.

Videtur Temp'la duo simul iuncta constituere. Cur enim ait *pari*, nec potius, *uno se culmine tollunt*? An licentia poetica loquutus rei veritatem inuoluit; historiæ luce euoluendam? An fortè significat, vt quemadmodum in Templo Capitolino tria sacella sunt posita Ioui, Iunoni, Mineræ: ita hoc Templum communi ambitu, tectoque pares duas ædificulas Veneris, ac Romæ comprehenderet? Inter nummos æreos Antonini Pij vnus est cum effigie Templi pulcherrima, inscriptus: *Aeterna Roma.* Credibile est, Templum ab Adriano patre extractum, ab Antonino in imperium ascito fuisse aliqua parte restructum, aut perfectum. Hæc de Urbis Templo.

Iam vt redeam ad Domū Neronis; cum Colossum Adrianus loco mouerit; in quo deinde Urbis Aedem ædificauit paulum supra Sacram viam, quam

Templum
Romæ v-
bi esset.

Frons Tē-
pli cōuer-
sa ad Sa-
cram viā.

Tectum
Tēpli Ro-
mæ cum
tegulis æ-
reis.

Domus
Aurea
cur primo
Transito-
ria.

quam è superiore area despiciebat: Colossus autem steterit in vestibulo, adituque domus: ibi quoque hanc incepisse, frontemque explicasse necesse est. Ibi iuxta Tacitum Palatio iungebatur. Ex quò causa afferri potest, cur TRANSITORIA, ante quam Aurea, dicta sit à Nerone. Suetonius: *Domum à Palatio Esquilias vsque fecit, quam primo Transitoriam: mox incendio absumptam, restitutamque Auream nominavit.* Cum enim Aedibus Augustalibus iuncta, ad quas è Sacra via ascendebatur, inde domus versus Esquilias laxaretur in planicie, vbi Arcus Tiri, & S. Mariæ cognomento Nouæ Templum est, Sacram ipsam viam cum alijs vicis sibi subiectam inclusit, atrioque recepit, sic vt omnes illac transire, & libere commeare possent. ATRIVM porro à Palatio Esquilias vsque protensum & Suburram, ibi desinebat, quà nunc mollis cliuus exurgit versus frontem Aedis Sancti Petri ad Vincula. Hæc Atrij longitudo. Nam latitudo spatium à Templo Pacis vsque ad Amphitheatrum, eoque amplius patens compledebatur. STAGNVM autem, quod, referente Martiale fuerat, vbi postea Amphitheatrum, etiã vltra eius molis terminos Orientem versus, extensum, credo, est; vt deinde aliquam eius partem Amphitheatri structura solù occuparit. Quod sufficit explicando Martiali, ampliorque sit, & magnificentior atrij latitudo. In atrio fuere PORTICVS triplices, & milliariæ. Porticus triplices capiunt triplicem ordinem columnarum quod rarum, & omnino magnificum fuit. Milliariæ vero non tophaceæ, vt imperitè quidam apud Beroaldum, sed vel mille passus, vel mille columnas complexæ, vt alij alitè explicant. Meminit Cicero faciendæ porticus mille passuum: *eaque cingemus excelsa porticu, vt mille passuum conficiatur.* Vt hanc quoque passuum mensuram in fabricis Romanis admittat Leuinus Torrentius; qui, quod velit eas metiri pedibus, atrium quoque Neronianum redigit ad mille pedes; quamquam non magnopere contra sententibus repugnaturus. Certe nimium detraxit, qui pro passibus pedes subiecit, passus enim quinque pedes sunt. Nec video, cur Romani, qui decempeda, seu decempedali calamo ædificia metiebantur: eadem calamo quinquepedali, qui est passus, metiri non potuerint. Cæterum dicere aliquis posset, porticum vtrumque habuisse mille columnas, & passus; tanto enim interuallo triplici ordine columnæ potuere disponi, vt mille passuum circuitus vndique efficeretur. Iulius Capitolinus *Basilicas centenarias* appellauit in Gordiano iuniore, centum sorte columnis fultas, & passibus dimensas. Aliam huiusmodi porticum milliariensem memorat Vopiscus in Aureliano. *Milliariensem, inquit, denique porticum in Hortis Salustij ornauit.* De altitudine ædificij nihil accepimus: sed cum tanta esset longitudo, credibile est optimos Architectos Seuerum, & Celerem, sic enim Tacitus nominat, superiores porticus, aulas, conclauia, & cœnationes ita extulisse, vt longitudini ad symmetriam, & aspectum responderent.

Sragnum
in domo
Neronis.

Quæ porticus
milliaris
fuerint.

Lib. 4. ep.
ad Attic.
Ep. 15.

Basilicæ
centenariæ.

Sueton. lo
co citato.

Quod ad reliquum ornatum spectat; *Cuncta, inquit, Suetonius, auro lita, distincta gemmis unioinumque conchis erant. Cœnationes laqueata tabu-*

tabulis eburneis, versatilibus, ut flores: fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. Præcipua Cœnationum rotunda, qua perpetuo diebus, ac noctibus vice Mundi circumageretur. Balinea marinis, & albulis fluentes aquis. Illæ porro Cœnationes, & Aulæ fuisse videntur prope porticum Liuiam, quæ ut dicebam, ultra Templum Pacis, & Forum Cæsaris propinqua fuit Esquillijs. Martialis.

Epigr. cit.

*Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras,
Vltima pars aulae deficientis erat.*

Aut certe Domum ipsam Poëta significat extremo ibi angulo cõuersam? Sed quomodo Liuia porticus dicta est Claudia? Quidam duas faciunt: vnã ab Augusto extructam, alteram à Claudio: Alij vnã, sed binominem, quibus assentior. Eam quidem porticum probabile est arsisse Neroniano incendio, quod & Domus Neronis proxima, & reliqua circum ædificia conflagrarint. *Delubra Deum*, inquit Tacitus, & porticus amœnitati dicatae latius procidere. restitutam deinde ab ipso Claudio Nerone: & priori Liuiæ nomini additum Claudiæ. Quare à Martiale Claudiæ: à Plinio, P. Victore, & Ouidio dicta est Liuia. Dion aliorum nomini etiam ascribit: *Porticus*, inquit, *Liuia in honorem C. & L. Cæsariæ ædificata, tum dedicata fuit.*

Porticus
Liuia eadem quæ
Claudiæ.
Tacit. lib.
15. Ann.

Dion. l. 56.

Iam quæ de Cœnationibus, cõclauibus, parietibus Domus Aureæ dicta sunt, quamquam admirationis modum excedunt; tamen, ut refert Tacitus, *gemma, & aurum baud perinde miraculo fuerunt, solita pridem, & luxu vulgata, quàm arua, & stagna, & in modum solitudinum hinc sylua, inde aperta spatia, & prospectus.* Et Suetonius. *Rura aruis, atque vinetis, & pascuis syluisque varia, cum multitudine omnis generis pecudum, ac ferarum.* omnia vna domo contenta, quæ magnis Urbibus contineri vix possunt. Accedunt ornamenta picturæ. Meminit Plinius Amulij grauis, feueri, floridi pictoris, qui ibi tantum fere artem exercuit. *Carcer*, inquit, *eius artis Domus Aurea fuit, & ideo non extant ex Templo alia magnoperè.* Idem de signis: *Ex omnibus, inquit, quæ retuli, clarissima quæque in Vrbe iam sunt dicata à Vespasiano Principe in Templo Pacis, alijsque eius operibus violentia Neronis in Urbem conuecta, & in sellarijs Domus Aurea disposita.* Quare in illa inuisa, ut ait Tacitus, & spolijs Ciuium extructa domo rarus egressu, atque in Hortis Nero morabatur. Eam tamen cum absolutam dedicaret, referente Suetonio, hætenus comprobauit, ut se diceret quasi hominem tandem habitare cœpisse. Peiora Vitellius, qui teste Dione, dicebat, *Nerone male habitasse, vsusque fuisse paruo, & humili apparatu.* Atqui splendidior illo esse quis poterat? summam quidem erogata pecuniæ computare non possum, quod de ea mirum apud auctores silentium. Suetonius de Othone. *Nec quidquam, inquit, prius pro potestate subscripsit, quàm quingenties sextertium ad peragendam Auream Domũ;* idest duodecies centena quinquaginta millia aureorum. Hic vero quid illi addere tandem potuit, quàm ante, eodem Suetonio auctore, Nero absolutam dedicauerat? Quare ex tantulo Othonis additamento conijci potest, quid

Tacit. lib.
15. Ann.Plin. li. 35.
cap. 10.Plin. li. 34.
cap. 8.Tacit. loc.
citato.

Dion. l. 75.

Sueton. in
vita c. 7.

Tacit. lib. Nero insumpserit. Conferendis pecunijs, ait Tacitus, peruaftata Italia, 35. Annal. *Provincia euerfa, socijquè populi, & qua Ciuitatum libera vocantur: In- què eam prædam etiam Dijs cedere fpoliatis in Vrbe Templis, egeftoque au- ro, quod Triumphis, quod Votis omnis populi Romani atas prospere, aut in metu facrauerat. Enimuero per Afiam, atque Achaïam non dona tan- tum, fed fimulacra Numinum abripiebantur.* Et fi tantam vim auri, non modo in fuâ Domus, fed aliorum etiam ædificiorum structuram Nero effudit. Sed quamuis tantus fuerit impendij furor, ac splendor ædificij, tamen Ioannes Baptifta Villalpandus neque impensis, neque opere Do- mum hanc Auream celeberrimo Salomonis Templo contendit effe cõ- ferendam; quod veriffimum reor.

Tom. 2. in
Ezech. 15.
cap. 64.

Cœnatio
rotunda.

Illud postremo adijciam, quomodo intelligi queat, *precipuum Cœ- nationum rotundam* perpetuo motu circumactam. Nam quia Cœnatio erat, Cæsarem in ea non raro cœnasse credibile est; cum præsertim ebo- reis, ac versatilibus è tabulis supernè vnguenta, & odores per fistulas effunderentur. At quomodo pauimentum stabile, si omnes circum pa- rietes mouebantur? quomodo ad illam patebat ingressus, ianuis conti- nuo lapsu vel sublatis, vel depressis? quomodo sphæricum hoc Cœlum compactum? quibus machinis mouebatur? Haud sane dubito, quin alij hæc ingeniosius vel cogitatione comprehendant, vel sermonibus euul- gent; ego tamen sic mente complector. Primo concipiendi animo sunt quatuor recti, quadratique parietes ad perpendicularum, & normam ere- cti, quibus Cœnatio sphærica suspendebatur. Hæc in medio stabilem, ac magnum massæ ferreæ axem habeat, duobus parietibus dextra, læua- que affixum in plano æqualitèr collocatum, atque immobilem. Iam cum axe valida tigna, & asseres committi possunt, arctissima inuicem commissura compacti, clauis, & cunets inter se ad sustinendum pau- imentum colligati; quod certe immotum nulla lababit ex parte. Globus vero axi ex vtraque parte circulis ferreis insertus, nec pauimento adhæ-rens denticulatis rotis ab axe remotissimis facile potuit moueri extrin-secus ianux prope axem constitutæ sint, vbi minimus est motus: seu po- tius patentes in rectis parietibus ianuas globus ibi vacuus, & supra in- cipiens attingat. Machinæ ad mouendum vel ferreæ fuerunt rotæ, deor- sum aqua subeunte in girum actæ, quibus aliæ longis teretibusque fudi- bus ferreis illigatæ, fursum dentatis globi circulis immittebantur, vt il- lum versæ conuerterent; quo pacto continuus fit, & ordinatus motus; vel certe grauia pondera continuo lapsu descendencia, quod spectamus in Horologio, mouere Cœnationem potuerunt. Sed prior mouendi ra- tio magis probatur. Versatiles huiusmodi aulas fuisse etiam in Palatio Cæsarium supra diximus.

Quomo-
do com-
pacta fue-
rit.

Quomo-
do moue-
ri potue-
rit.

Domus
Neronis
cito cor-
ruit.

Demum quod mireris in tanta Domo, est festinata ruina. Nam tam immensas opes, vt gemmæ, aurumquè omnibus placent, quæ violentæ manus, quæ flammæ non totis septem vertentibus annis rapuerunt: ac diruta Amphitheatro extruendo, alijsque Circum ædificijs locum dedit. Eusebius scribit Romæ Auream Domû incendio cõflagasse sexto Tra-
iani

iani anno, vt stetit triginta sex annos velit. Huic consona scribit Eutropius lib. 10. in vita Traiani: *Roma, inquit, Aurea Domus à Nerone totis priuatis publicisque rebus impensis condita, repentino confagrat in eendio. Sed certiora, & veriora nos cum alijs auctoribus protulimus.*

Aureæ Domui, & Amphitheatro propinqua Ædificia. Cap. VI.

INTRA ambitum Domus Aureæ Templum Fortunæ, quam à Segetibus SEIAM dixere, fuit. Plinius: *Nerone Principe in Capadocia repertus est lapis duritie marmoris, candidus, atque translucens. Hoc construxerat Aedem Fortuna Aurea Domo completus. Quare etiam foribus clausis interdum claritas ibi diurna erat, baud alio quam specularium modo tanquam inclusa luce, non transmissa.* Quæ verba indicant cum Domo, Templum periisse.

In Hortis Cœnobij S. Mariæ Nouæ duarum simul coniunctarum, & parium ædium reliquæ sunt, quas alij *Solis, & Luna: alij Concordia, & Aesculapij: ISIDIS* alij, ac *SERAPIDIS* volunt esse. Quæ opinio non displicet. Cum enim tertia Vrbs Regio, in qua modo versamur, ab his nomen coniunctim assumat apud P. Victorem, & Sextum Rufum; credibile est, eos coniuncta etiam Tempora habuisse; quos alibi vno Templo cultos simul, supra diximus. Idem ex eo Fuluius autumat, quod præcipit Vitruuius Tempora Dijs sic distribuenda. *Mercurio in Foro: Isidi, & Serapidi in Emporio.* Varro autem ibi ad Sacram viam Emporium statuit illis verbis: *Huiusce inquam pomarij summa Sacra via.* Confirmat Ouidius:

*Rure suburbano poteris tibi dicere missa,
Illa vel in Sacra sint licet emptya via.*

Et prope aderat Suburra, in qua nasci sibi poma, nempe venalia canit Martialis. Neque obijciat aliquis Templum Isidis dirutum fuisse à Tiberio, statuamque mersam in Tiberim, aliquot sacerdotibus actis in Crucem, quod turpe flagitium in eius Templo patrari curassent, vt tradit Iosephus. Non enim semel horum Tempora diruta, & restituta sunt: atque in cultu Isidis, & Serapidis Romæ variatum est. Dion: *Decretum, quod prioris anni exitu de Serapi Isideque factum erat, inter prodigia non extremum videtur locum obtinuisse. Eorum Diuorum fana, que priuatim nonnulli extruxerant, Senatus demoliri iussit, quod eos non magnopere inter numina numerabat. Vbi ea sententia obtinuit, vt publice iam coli inciperent, extra pomærium eos Deos collocauerunt.* Quo loco affirmat id Senatus Consultum factum anno Vrbs DCC. cum Tertullianus, vt supra dixi, id factum asserat Pisone, & Gabinio Coss. nempe anno Vrbs DCXCVI. Idem Dion de Augusto loquens ait: *Aegyptijs Dijs sacra fieri intra pomærium non est passus.* Idem de Agrippa: *Sacra Aegyptia, que*

Templum
Fortunæ.
Lib. 36.
cap. 22.

Templa
Isidis, ac
Serapidis.

Fulu. lib. 5.

Ouid. de
Arte.

Mart. l. 10
Epigr. 93.
Ioseph.
antiq. Iudaic.
Li. 18. c. 7.
Lib. 50.

Templa
Isidis diru-
ta, & ite-
rum stru-
ta.

In Apo-
log. cap. 6.
Tertull.
lib. 1. c. 21
Dion. l. 53

iterum in Urbem iam insinuabant, repressit, edicto, ne quis in suburbano intra D. passus ageret. At Tertullianus: His vos restituti summam maiestatem contulistis. Licet Serapidi iam Romano Aras restructeritis. Quae verba ostendunt intra Urbem postea receptos. Sic Domitianus, referente Suetonio, è Capitolio fugit mane Isiaci celatus habitu interque sacrificulos vana superstitionis. Qui scilicet illic sacra curabant. Othonem autem scripserat, Sacra etiam Isidis saepe in lintea religiosaque veste popalam celebrasse. Spartianus de Antonino Caracalla: Sacra Isidis Romam deportavit, & Tempa ubique magnifice eidem Dea fecit. In quo quidem mihi mirum videtur, quemadmodum Sacra Isidis primum per hunc Romam venisse dicantur; cum Antoninus Commodus ita ea celebraverit. Quare non mirum si Regioni III. intra Urbem nomen dederunt, cum intra, & extra pomerium colerentur.

Dion. l. 54
Loc. cit.


Sueton. in
vita Do-
mit. c. 1.
In vita
cap. 12.



R 3

SOLIS SIVE SERAPIDIS TEMPLVM






R 4

VESTIGIA TEMPLI SOLIS
In Hortis Sanctę Marię Nouę in Foro Boario.






LVNAE SIVE ISIDIS TEMPLVM

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO




UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY



VESTIGIA TEMPLI LVNAE
In Hortis Sancte Marię Nouę in Foro Boario.

LIBRARY



VERSTIGIA TEMPLI IVNAE
Sua virtus est in...
Sua virtus est in...
Sua virtus est in...

Non longè ab his, quà flebatur ab Appia in Sacram viam inter Pa- Arcus C6
latinum, & Cœlium erigitur Triumphalis ARCVS Constantini pro- stantini.
pior tamen Palatio. Positum debellato Maxentio indicat titulus.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO. MAXIMO

P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R

QVOD. INSTINCTV. DIVINITATIS. MENTIS

MAGNITVDINE. CVM. EXERCITV. SVO

TAM. DE. TYRANNO. QVAM. DE. OMNI. EIVS

FACTIONE. VNO. TEMPORE. IVSTIS

REMPVBLICAM. VLTVS. EST. ARMIS

ARCVM. TRIVMPHIS. INSIGNEM. DICAUIT

Sub Arcu medio ex vtroque latere cernitur effigies Constantini expressa marmore inter signa, & militares cuneos, quà insidentis equo, & accidentium hostium cateruas incurrentis, quà stantis, imperantisque victis gentibus, lauream supra verticem sustinente Victoria, adiectisque titulis: **LIBERATORI. VRBIS FVNDATORI. QVIETIS** Quod autem extrinsecus ab vtraque fronte legitur **VOTIS X. VOTIS XX.** vota decennialia, & vicennialia indicantur, eius saluti, Imperioque totidem annis à populo nuncupata. Qui mos ab Augusto deriuatus ad illam vsque vigebat ætatem. Dion: *Cesar, inquit, Augustus, quo longius Romanos à suspitione Regie potestatis sibi propositæ abduceret, Imperium in suos decennale suscepit. Ei cum primum decennium exiisset, aliud quinquennium, atque eo circumactò rursus aliud quinquennium: post decennium, ac eo finito aliud iterum decretum est, ita vt continuatis decennijs per totam vitam summam Imperij obtinuerit. Quam ob causam posteriores quoque Imperatores, etsi non ad certum tempus, sed per omne vitæ spatium ijs Imperium deferatur, tamen singulis decennijs festum pro eius renouatione agunt, quod hodie etiam fit.* Frequens in antiquis numismatis mentio Votorum **X. XX. XXX. XXXX.**

Quid es-
sent Vota
decenna-
lia.
Lib. 53.



Cæterum Arcum illum Triumphalem inæqualis artificij marmoribus cō-
pactum multi obseruant: eximijs quibusdam: alijs vero rudioris scul-
pturæ operibus. Et præclara quidem ex aliquo Augusti, vel Traiani
monumento detracta arbitrantur. Verum quoniam hi Arcus triumphat-
uris festinatò erigebantur, & complures sculpendi magistros necesse erat
adhibere; non male sentiat, qui putet eadem ætate insignes alios, alios
minus laudatos ijs lapidibus figurandis suam operam impendisse.



Non congruè sentiunt, qui insculpta huius Arcus opera, eiusdem æta-
tis Constantini, artificibus laudatis alijs, alijsque minus laudatis tribuunt:
affabrè namque, ac miro studio quædam sunt, quædam inculto stylo, ac
ruditer elaborata. Quæ porrò, sub Arcu medio, ex utroque latere, cer-
nitur, Traiani effigies est, non Constantini expressa; atque hæc duæ cum
superioribus tabulis, numismatis, ac simulacris captiuorum Dacum, ex
Traiani Arcu fuerat detractæ, vel ab eius ædificijs in Foro: Arcus enim
structura est congestitia, ex aliorum ruinis. Tanta quidem fuit tempo-
rum infelicitas; tamque citus, ac dirus bonarum artium icus, ut Roma
Sculpturæ modò officina, modò penuria artificum, ad vnius triumphum
exornandum, præclarissima Traiani monumenta demoliri, atque ad in-
teritum perducere sit coacta. Verum ut immortalia optimi Principis,
atque laudatissima artis exempla memoriæ elucescant breui describen-
da proposui. Tabulæ insculptæ duæ vtriusque sub fornice medio, simu-
latq. duæ extantes aliæ in summitatibus Orientalium, atque Occidenta-
lium laterum, vnam tantum olim conficiebant tabulam, quæ nunc in
quatuor partes diuisa conspicitur. Hinc vectus equo Traianus hasta
fulminat in Dacos, eosdem profigat, calcatur; hinc Romani milites ho-
stes insequuntur, fodiunt, sternunt, vinculis irretitos trahunt, aulsaque
ipsorum capita ostentant: hinc demum ipse met Traianus adstat, mili-
tari amictu, ante legionum signa lauream super eius verticem sustinente
Victoria: adstat simul Roma parazonio; galea, hastaque insignis, ad
quam respicit, manumque protendit Imperator.

Ab Septentrionali verò fronte, aliæ visuntur tabulæ quatuor, in fasti-
gio, circa Inscriptionem.

I. Eminent Traianus in sella curuli, inter signa: Satrapas ad eius pe-
des, iuuenem Parthamasirim absque diademate, & supplicem admouet;
atque Imperatorem humiliter precatur, ut Armeniæ Regnum Pacoro pa-
tri ablatum filio restituat.

II. Sedet publicus parens, cum toga, & pallio, circum Senatoribus
stantibus, supra suggestum; subsistuntq. cum liberis, viri atque vxores,
per vniuersam Italiam, puerorum alimentis constitutis, populoque Ro-
mano congiarijs acuto.

Dion ex
Theodof.

Plin. in
Panegy.

III. Mulier seminuda humi, rotæ currus incumbens, imago vix est,
quæ Appiam Beneuento, Brundusium Traianus perduxit, cum Arcu
triumphali à S. P. Q. R. Beneuenti erecto. In numismate verò ipsius
met Imperatoris, conspicitur mulier cruri adnitens rotam, atque arun-
dinem tenens, cum litteris VIA TRAIANA. De qua Dio; & hæc
videtur esse vix simulacrum, per pontina palustria (quæ arundine desi-
gnantur) communitæ.



IV. Ultra Euphratem, ac Tygrim, ad Oceanum vsque propagata ditione, Roma tenet Orbem Imperij, quem ipsi adsignat Imperator; superaduolante Victoria, laurigerum fertum, hinc, inde, vtraque extendens manu, comitantibus Pietate, atque Salute, cū angue, & Amaltheæ cornu.

Subsequuntur totidem numismata quatuor, intra columnarum spacia, cum venationibus, & sacrificijs de quibus Plinius. *Injurar refectiois existimat mutationem laboris, lustrare saltus, excutere cubilibus feras, piamente adire lucos, & occurfare numinibus.* I. Venatio Apri. II. Apollini sacrum. III. Imperator inter Venatores, atque eius subiacet pedibus Leo stratus. IV. Marti sacrum. Sequitur aduersa Arcus meridionalis frons, in cuius superioribus tabulis hæc sunt insculpta.


I. Ctesiphonta profectus Traianus ex suggestu multa præfatus Parthenaspate Regem Parthorum designat. Adstat Parthenaspates, in pellita clamide, atque bracatus, ante suggestum sub Imperatore: adstant Romani, ac milites prope castra cum signis velatis, ac ferculis victoriarum. Dio?

II. Ex transfugis vnus ad occidendum Traianum in Mysiam profectus, ante Imperatorem sistitur, cui Decebali patefacit insidias.

III. Allocutio. Militum Præfectus, Signiferos, more in castris consueto, Traianus alloquitur. Dio ex Xiph.

IV. Traianus Pont. Max. habitu, capite detecto pateram tenens, ante accensam tripodem, celebrat Sueouetaurilia, in victimas cæsurus Taurum Ioui, Iuem Marti, ouem Iano Quirino; quorum auspicijs auctū est Imperium. Numismata I. Herculi sacrum. II. Venatores, canis, & equi custodes. III. Dianæ sacrum. IV. Venatio Vrsi.

Hæc triumphalia Traiani sunt ornamenta; quæ inconsultò in Constantini Arcu vides distributa. Cæterum Victorias, Flumina, supra fornices, captiuosque, ac Signiferos in basibus columnarum, cum paruis tabellis, sub numismatis, ad Constantini ætatem, atque res gestas pertinent. Dat Constantinus Congiarium populo, alloquitur in Senatu, aggredditur muros, pugnat, triumphat.



IMPERATOR CAESARIS CONSTANTINO MAXIMO
P. F. AVGVSTO. S. P. Q. R.
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS. MENTIS
MAGNITVDINE. CVM EXERCITV. SVO
TAMDE TYRANNO. QVAM DE OMNIBVS
FACTIONE VNO. TEMPORE. IVSTIS
REMPUBLICAM. VLTVS. EST. ARMIS
ARCVM TRIVMPHIS. INSIGNEM. DICAVIT

VOTIS X

VOTIS XX


ARCVS CONSTANTINI PROPE AMPHITHEATRUM

Ad Arcum Constantini sub imo Palatio CVRIAS veteres olim, Curia veteres. fuisse, probabilis opinio est. Sunt autem docente Varrone, *Curia duorum generum. nam & ubi curarent Sacerdotes res diuinas, et Curia veteres: & ubi Senatus humanas, et Curia Hostilia.* Romulus ergo cum in triginta Curias populum discreuisset, quibus postea additæ sunt quinque, & vnicuique suos dedisset colendos Deos, etiam *Curiones*, idest Curatores sacrorum, & Curias, vbi tractarentur res sacræ, decreuit; vt in sua quisque Curia, quod ait Festus, *sacra, publica faceret, feriasque obseruaret.* Hæc sacra *Curionia* dicta, & *Curionium æs*, quod dabatur Curioni ob sacerdotium Curionatus. Curias autem eo loci fuisse indicat Ann. l. 12. Tacitus, conuersiones flexumque describens Urbis fundatæ à Romulo. Inchoat enim, vt aliàs dixi, ad Aram Herculis in Foro Boario, prope Aedem nunc S. Anastasie: tum deducit ad Aram Consi, quæ erat in Circo Maximo fere contra Templum S. Gregorij: *mox*, inquit, *ad Curias veteres, nempe ad Arcum Constantini; tum ad sacellum Larium Forumque Romanum*, in angulo Hortorum Farnesiorum contra Aedem SS. Cosmæ, & Damiani. Blondus posuit sub Esquilij, & prope Aedem S. Petri ad Vincula, sed Curiarum sedem mutauit.

Ante Arcum Constantini, & Amphitheatrum *METAM sudantem* Fontem videlicet eorum, qui ludos frequentabant, extinguendæ siti per commodum eminente Iouis simulacro, extante adhuc vestigio constituent; quam in nummis expressam habemus. Meta sudans.



Templum TELLVRIS, cuius Cicero sæpe meminit, inter Esquilias, & Palatium, incerta tamen sede collocant. Prope Sacram viam contra Constantini Arcum, præterque Colossæum, quâ modico cliuo versus Templum D. Petri ad Vincula ascenditur, fuisse credibile est, in ipsa fortè nunc strata via; nam & olim in via erat. P. Victor recenset in Regione



META SVDANS IXXTA AMPHITHEATRVM

ne quarta Palatij. Seruius perobscure loquitur lib. 8. Aeneid. *Carinae*, inquit, *sunt aedificia facta in Carinarum modum, qua erant intra Templum Telluris*. Virgilius quidem loquitur de Carinis; qui postea locus in Vrbe ab ijs aedificijs dictus, & Coelio iunctus ultra Colossæum, versus Templum Sancti Clementis, producebatur. Ibi domus Pompeij, de qua postea dicam. Hanc cum possideret Antonius Consul, occiso Cæsare Senatam vocavit in Aedem Telluris, suis aedibus scilicet propinquam.

Carinae vbi essent.

Verum quid sit apud Seruium, aedificia facta in modum Carinarum esse intra Templum Telluris, non plane intelligo. Huiusmodi enim aedificia Vrbi condita à Romulo instar suburbij fuerunt in valle media inter Palatium, Coelium, & Esquilias: & quod eò se pauperes reciperent, rudis & impolita structura. Hæc ergo, Roma iam Mundi Domina, magnisq; molibus nobilitata, tanto temporum interuallo intra Telluris Templum compulsæ, & contenta sunt? An vt prisca paupertatis exemplum extarer, aliquod eiusmodi aedium vestigium in Aede Telluris reconditum servabatur? an potius pictura expressu colores spectantibus referebatur? Quod sane frequens in Templis fuit. Hoc probabilius videtur. Nam ibi alia picta cernebantur, vt constat ex Varrone. *In Aedem Telluris*, inquit, *veneram: offendi ibi spectantes in pariete pictam Italiam*. De solo, in quo Templum est conditum, dissentiunt auctores. *Inuenio*, inquit Livijs, *dænatum Spurium Cassium populi iudicio: dirutasque publice Aedes. Ea est Area ante Telluris Aedem*. Damnatus vero est Cassius Consul, quod primus legem Agrariam promulgasset, venissetque ea largitione in suspicionem affectati Regni. At Cicero, *Sp. Cassij*, inquit, *domus ob eandem causam eversa, atque in eodem loco Aedes posita Telluris*. idèque Valerius tradit. Dionysius vero, *Aedes*, inquit, *diruta sunt, vbi nunc quoque ante Telluris patet Area, in cuius parte postea Deam banc consecrauit populus in via qua ad Carinas fert*. Fortasse locus eversæ domus, areæ ante Templum, & Templi capax fuit. Causam vero extruendi afferunt, quod P. Sempronius Sophus bellum gerens cum Picentibus, teste Floro, *tremente inter praelium campo, Tellurem Deam promissa Aede placavit*. De eodem terra motu Orosius, & Frontinus, qui Tiberium Sempronium Gracchum appellat. Sed mendosè legi autumat Sigonius. Ad Telluris, fuit Armentarium, de quo M. Tullius in Orat. de Arusp. Responsis.

Quomodo Carinae in Templo Telluris.

Var. l. 1. de re rust. Decad. 1. lib. 3.

Lib. 6. c. 3. Ant. Ro. lib. 8.

l. 1. c. 19. Lib 4. c. 4. Front. l. 1. In Fast. de Coif. An. 485.

Basilicam CONSTANTINI, & Porticum ABSIDATAM, nempe sinuatam, & vna abside, vel pluribus terminatam in eadem Regione quarta numerat P. Victor. Locus certò designari non potest. Manutij codex habet *Afidatam*, quod explicari vellem. Dion alterius Porticus meminit in hac vicinia prope Forum Romanum constituta. *PAVLI*, inquit, *PORTICVS incendio absumpta est: ignisque ab ea, ad Vestæ usque grassatus, ita vt sacra à Vestalibus in Palatium sint translata. Hæc postea Porticus verbo quidem ab Aemilio, qui ab eo, qui primus banc fecerat, genus suum trahebat, re autem ab Augusto, & Pauli amicis refecta est*. Forte aliquis pro Porticu intelliget Basilicam Aemilij Pauli, quamvis Græce sit *σάη παύλιου*.

Dion. l. 54.

In eius vi- Castra Misenatum Porticui Liviæ idem in Regione tertia subscribit.
ta cap. 49. Hi Classarij erant, interdum ad Urbem venientes. Augustus enim, re-
ferente Suetonio, *Classem Miseni, & alteram Ravenna ad tutelam Su-*
Cap. 12. *peri, & Inferi maris collocavit.* His classis militibus seu vocatis, seu alia
de causa venientibus ad Urbem attributa hospitia. Neque his solum,
sed alijs in classe degentibus. De his Suetonius in Galba. *Nam cum*
Classarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristi-
num statum, Galba cogeret.

Amphitheatrum Flaviium, & alia Amphitheatra. Cap. VII.

Quid sit
Theatru.

OFFERT iam se nobis AMPHITHEATRUM FLAVIUM, cuius occasione de alijs Amphitheatris, postea de Theatris dicendum. *Σιάκον* Græce spectaculum est, & locus ipse, in quo eduntur spectacula. Hoc ædificium in hemicycli, aut circuli formam extruebatur. Illud cum scena ad ludos dramaticos Theatrum dictum: hoc duobus quasi Theatris compactum ad ludos Gladiatorios,



Amphi-


Amphitheatrum. Cassiodorus: *Cum Theatrum, quod est hemisphaerium, Lib. 5. Va-*
grace dicatur: Amphitheatrum quasi in unum iuncta duo visoria, reſte *tiar. ep. 42*
conſtat eſſe nominatum. In utroque diſpoſiti gradus, ac ſedia, ut com-
modè ciuibus liceret ludos intueri. Romæ quidem uſque ad Pompeium
temporaria fuere Theatra, & Amphitheatra; quòd huiusmodi fabricæ
putarentur nocere bonis moribus. Liuius: Cum locatum à Cenſoribus *Lib. 48. in*
Theatrum extrueretur, P. Cornelio Naſica auctore, tamquam inutile, & *epitoma.*
nociturum publicis moribus ex Senatus Conſulto deſtruetum eſt: populuf-
que aliquandiu ſtans ludos ſpectauit. Appianus: Theatrum quod L. Caſ-
ſius cæperat, ac ſerè abſoluerat, Conſul Scipio euertit. Velleius: Caſſius *App. lib. 1.*
Cenſor à Lupercali in Palatium verſus, Theatrum facere inſtituit cui in *Vell. lib. 1.*
demolendo eximia Ciuitatis ſeueritas, & Conſul Scipio reſiſtere. Quòd
ego inter clariffima publica voluntatis monumenta numerauerim. Id actû
anno Urbis D X C I X. Tacitus: Quippe erant, qui Cn. quoque Pom- *Tacit. lib.*
peium incuſatum à ſenioribus ferrent, quod manſuram Theatri ſedem *14. Ann.*
poſuiſſet. Nam antea ſubitarijs gradibus, & ſcena in tempus ſtructa lu-
dos edi ſolitos: vel ſi vetuſtiora repetas, ſtantiſſimam populorum ſpectauiff.
Quòd confirmat apud Ciceronem de Amicitia Lælius: Stantes autem
plauderent in re ficta. Vbi de fabula data à Pacuuius fermo eſt. Ludi
tum ferme fiebant in Foro, cum extructis gradatim ligneis ſubſellijs cir-
cumſedebant, aut ex area, & porticibus ſpectabant. Plutarchus in vi-
ta Gracchorum: Ludi Gladiatorijs in Foro exhibendi erant, & plerique *Antiqui-*
eorum, qui Magiſtratibus fungebantur, cuneos in Orbem ad ſpectandum *tus ſtates*
inſtruxerant, quos locabant. Eos Caius imperauit illis, ut tollerent, quò *Romani*
inopes ex cauea ſpectare gratis valerent. Nemine auſcultante, præſola- *ludos ſpe-*
tus noctem, cui ſpectaculum illuceſcebat, euertit per opifices, quos habe- *ctabant.*
bat penes ſe conductos, cuneos illos, populoque poſtridie locum vacuum
exhibuit. Suetonius de Auguſto: Athletas, inquit, edidit extructis in
Campo Martio ſedilibus ligneis. Quo ſane more maiorum non modo
cum Theatra nulla erant, ſed etiam poſtquam è lapide poſita ſunt, nihi-
lominus lignea locabantur; ſive quòd certis in locis à Theatro vacuis lu-
di eſſent edendi: ſive quòd maior eorum, qui edebant, videretur muni-
ficentia ſplendido ludorum, & ipſius loci apparatu. De primo genere
ludorum Iosephus loco ſupra citato. Dum ludi, inquit, aguntur in Pa- *Ioseph.*
latio: hi celebrantur in honorem Caſaris, qui primus dominationem à po- *lib. 19. c. 1*
pulo in ſe tranſtulit, & extructa ante Regiam ſcena. Deinde: Peractò ſa-
cro conſedit, Caius, inter amicos in Theatro, quòd compactibile inſtaura-
batur per ſingulos annos. Tacitus: Cæpto apud Fidenam Amphitheatro *Tac. lib. 4.*
Attilius quidam libertini generis quò ſpectaculum Gladiatorum celebra- *Annal.*
ret, neque fundamenta per ſolidum ſubdidit, neque firmis nexibus lignea
compagem ſuperſtruxit. Cuius deinde molis conuulſæ ruina quinquagin-
ta hominum millia, vel debilitata, vel obtrita fuere. Poſteriores ludos
dedit Cæſar facta è ligno theatri mole, ut teſtatur Dion: deinde Nero *Dion. l. 43.*
in Campo Martio extructo ab ſe ligneo Amphitheatro, ubi iam lapi-
deum erat. Tacitus: niſi cui libeat laudandis fundamentis, & trabibus, *Tacit. lib.*
quis *13. Annal.*

In vita Ncr. 6. 12. *quis molem Amphitheatri apud Campum Martis Cesar extruxerat, volumina implere. Suetonius: Munere, quod in Amphitheatro ligneo in Regione Martij Campi intra anni spatium fabricato dedit, neminem occidit. Hæ moles interdum versatiles erant. Quod de duobus Curionis Thea-*

Plin. 1. 36. *tris, & auersis scripsit Plinius, quæ postea sedente populo conuersa efficerent Amphitheatrum. Et quamuis temporaria mora, tamen non solum è ligno, sed è lapide, ac marmore, exquisitissimo luxu extruebantur: quod auctor idem tradit de Scauri admirabili Theatro, in quo, & alijs ædilitatis muneribus Scaurus opes suas absumpsit, magnumquè es alienum contraxit, vt ait Asconius. Ideo plerique putabant à Pompeio Consultum, vt ait Tacitus, parsimonia, quod perpetua sedes Theatro locata sit potius, quam immenso sumptu singulos per annos consurgeret, ac strueretur.*

In vita Aug. c. 29. Lib. 51. *Primum AMPHITHEATRVM in Vrbe stabile, ac lapideum posuit STATILIVS TAVRVS; alterum VESPASIANVS cuius pars adhuc extat. Suetonius: Et multa à multis extructa sunt hortante Augusto: à Cornelio Balbo Theatrum, à Statilio Tauro Amphitheatrum. Dion: Statilius Taurus Amphitheatrum in Campo Martio suis sumptibus absoluit, inque eius dedicatione munus Gladiatorium exhibuit. Idè recenset P. Victor in Regione nona Circi Flaminij. Ne cogamur nouis Antiquarijs assentiri, qui id collocant in vltimis Esquilij prope Templum S. Crucis in Hierusalem. Extat quidem eo loci, stantibus adhuc, & parietibus lateritium Amphitheatrum. Sed illud est quod in Regione quinta Esquilina P. Victor nuncupat Amphitheatrú CASTRENSE. Nunc in ipsis mœnibus, aut pro mœnium monumento, quamuis non magno circuitu, est.*

Amphith.
Tauri in
Campo
Martio.



AMPHITHEATRI CASTRENSIS VESTIGIA
Prope Templum Sancte Crucis in Hyerusalem.


Sed vt ad Amphitheatrum Statilij redeam, causa eius ædificãdi fuit, quod Augustus Principes viros sæpe hortabatur, vt pro facultate quisque monumentis, vel nouis, vel reſectis, & excultis Vrbem adornarent: & victo cæſoque Antonio, ac ſubacta Ægypto poſt Cæſaris reditum, ſpectacula in Vrbe magnificentiſſima edenda forent. In eo poſtea, & alij Cæſares ludos dederunt. Suetonius. *Munera, inquit, Gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in Septis, aliquot Caligula edidit.* At de eodem Lib. 59. *Dion: Exhibuit autem ſpectacula iſta primùm in Septis, effoſſo omni loco, & aqua repleto, vt vnã nauem introducere poſſet. Poſt alibi etiam maxima ædificia demolitus, tabulata fixit, contempto Tauri Amphitheatro.* Ibidem. *Sicubi eſſet vehementior Solis ardor Diribitorio pro Theatro uſi ſunt.* Diribitorium autem erat ædificium tecto coopertũ, de quo poſtea.

Statilius quidem Taurus homo nouus in Vrbe fuit, ſed induſtrius, ac fortis, eoque maximè poſt Agrippam uſus eſt Augustus in adminiſtratione Reipublicæ, vt teſtatur Paternulus. Dion de Augusto. *Dein Urbis & Italia gubernatione Tauro iniuncta ab Vrbe profectus eſt.* Ab eodem Vell. lib. 2. *miſſus in Africam, Prouinciam recepit. Contra Dalmatas teſte Dione* Dion. l. 54 *bellum geſſit. Bello Actiaco contra Antonium, reſrente Paternulo, Dux* Dion. l. 49 *terreſtrium legionum, equitatum Antonij, fudit. Domuit Cantabros, Vell. lib. 2. Aſtures, Vaccæos in Hiſpania: Conſul factus cum Augusto VIII. Conſule, cum quatuor ante annis Amphitheatrum dedicafſet, exhibitoque munere id ei populus indulſiſſet, vt quotannis vnum Prætozem eligendi poteſtatem haberet. Hæc ex Dione. apud quem legimus, Neronianis facibus arſiſſe montem Palatinum, & Tauri Theatrum, & cæteras Urbis duas partes. Sed dubium, an hic pugnet cum Tacito, qui hæc ipſa ſpe- Lib. 15. *ctauerat; ſcripſitque. Solatium Populo exturbato, & profugo, Campum* Annal. *Martis, ac monumenta Agrippæ: Hortos quin etiam ſuos Neronem patefecifſe.* Intactus ergo ab igne Campus Martis, in quo Tauri Amphitheatrum.*

Amphitheatrum FLAVIVM, vulgo COLOSSAEVM, vt pulchrius & amplius, ita potentiiori manu extructum eſt. Suetonius. *Fecit, inquit, Amphitheatrum Veſpaſianus Vrbe media, vt deſtinafſe compererat Augustum.* quod poſtea Titus edito munere apparatiſſimo largiſſimoque dedicauit. Hoc enim dedicare eſt, aliquid publicè ſplendidum, ac magnificum primo fabricæ uſu exhibere ex ijs, quorum gratia perfecta eſt; vt, in Theatro dramata, paria Gladiatorum, ferarumque venationes in Amphitheatro, curſus in Circo, nauales pugnas in Naumachia. Sic Nero dedicafſe Domum dicitur, quã varijs conuiujs, quã publicis ludis, ſparſiſque in populum muneribus.

In vita
Veſp. c. 9.
Sueton. in
vita Titi,
cap. 7.


Sueton. in
vita c. 32.



AMPHITHEATRVM FLAVIVM
VVLGO COLOSSAEVM

121

LIBER TERTIVS



IN THE LIBRARY OF THE
 VARIOUS COLLEGES



AMPHITHEATRI VESTIGIA

Quomodo Colof.
trum in
media Vr.
be.

Iam quia quosdam dubitatio solet incescere, quomodo Amphitheatrum media Vrbe ab Augusto destinatum ædificari Vespasianus, cum adeo distet à porta Viminali, Esquilina, Nævina, minus à Capitolio, vbi illa tempestate pomœrium, facilis responsio est. Locus enim ille in medio septem Vrbs Collium situs est, à quibus cingitur in modum coronæ; quamuis alius alio sit propinquior. Habet Capitolium, & partem Quirinalis à Septentrionibus; Aventinum, & Palatinum ab Occasu; Cœlium, & Esquilini partem à Meridie; reliquum Esquiliarum cum Viminali, & parte Quirinalis ab Ortu. Deinde quamuis Vrbs pomœrio secundum Capitolium, & Tiberim terminaretur; tamen extrâ erat tam publicis, quàm priuatis ædificijs frequens. vt horum respectu, verè in Vrbs medio diceretur esse. Cæterum ea celsitate, & amplitudine factum est Amphitheatrum vt dixerit Ammianus.

Lib. 16.

Amphitheatri molem solidatâ lapidis Tiburtini compage ad cuius summitatem agre visio humana conscendit. Cassiodorus in Chronico opus Tito attribuit. *Titus, inquit, Amphitheatrum Romæ adificauit, & in dedicatione eius quinque millia ferarum occidit.* Et in Epistolis. *Hoc Titi potentia principalis diuitiarum profuso flumine cogitauit adificium fieri, vnde caput Vrbsium potuisset.*

Lib. 5. Ep.
43.

Reçtius Aurelius Victor, *Amphitheatri perfectio opere.* Præuentus enim morte Vespasianus vt dedicare non potuit, ita nec omninò absolueret; quem videlicet auctorem tam nummi veteres, quàm cæteri auctores proclamant. Capiebat autem loca ex P. Victore LXXXVII. millia. Sed quamuis Amphitheatri *tanta vis esset*; vt ait Aurelius Victor; nihilominus sæpe vel incendijs, vel tempestatibus, alijsque de causis labefactatum, & aliqua parte dirutû refici debuit. Itaque Capitolinus refert,

In eius vi.
ta.

In eius vi.
ta.

ab Antonino Pio *instauratum Amphitheatrum*: & Lampridius inter opera Heliogabali memorat *instauracionem Amphitheatri post exustionem.*

Idemquè scribit de Alexandro; *Lenonum vestigal, &c. sumptibus publicis ad instauracionem Theatri, Circi, Amphitheatri, & Aerarij deputauit.* Quæ sane de hoc Principe Amphitheatro accipienda sunt, vt apud Eusebium in Chronico. Decio Principe *Romæ Amphitheatrum incensum*, & antè, sub Macrino Circensibus Vulcanaliorum Romæ *Amphitheatrum incensum.*

Anno factis 254.
De Amph.
ph. c. 12.

Descriptio Amphitheatri Flauij.

Spectatur eius forma apud Lipsium, & Italicos Architectos, qui Romanas fabricas accuratè descripserunt. Tota moles constructa Tiburtino lapide nixos arcus inmanibus pilis, triplicique ordine porticus in circulum erigit. Affixæ pilis columnæ plurium segmentorum scapo. Doricæ imæ; Ionicæ mediæ; summæ Corinthiæ. Tum continuatus paries patentibus identidem fenestris, interque locatis opere composito quadratis columnis distinguitur. His epistilia, atque è zophoro prominentibus crassis mutulis, corona circum attollitur. Cuius quia supremi lapides æqualibus spatijs perforati sunt, traieçtæ quondam, immixtæque antennæ demittebantur ad inferiores mutulos sub foraminibus ad lineam è muro prostantes. Ita sane firmatis trabibus, iisdemque supra fabrica coronam elatis, funes ad sustinenda vela, & inumbrandum circumfidentem

tem populum alligabantur. Interior cauea ouata est; in quam decliues fornices, & impositi olim sedentium gradus, areolis certa per interualla intercurrentibus ex tertia, altioreque Porticu descendebant. Quamuis omnia iam vetustas, vel labefactarit, vel exederit, vel euerterit. Inferiores pilæ, & arcus extrema facie crebris foraminibus deformati sunt. Id docti, indoctique referunt in feritatem barbarorum, qui capta in Vrbe quod delere non potuerunt, vi, ferroque mutilatum sedarunt. Equidem probabilius semper duxi, idque de Bernardino Stephonio, nato illo quidem ad eximiam poesim, sed vnâ summæ eruditionis, & eloquentiæ viro audiui: Hoc peractum opera artificum, & institorum. Illi enim cum ibi nudinas agere, venumquæ mercimonia exponere consueissent; adactis solo furculis, ex aduerso perruptos Amphitheatri lapides fodiebant, vt perticas immitterent sustinendis tabernaculis, merciumque tegminibus, & cadurcis. Eam quippe Vrbeis partem vicis splendidisque teatris spectabilem Ciues cum ipso Romano Pontifice in Lateranis ædibus de gente incolebant; donec Robertus Guiscardus vt Gregorium VII. in Adriani Mole conclusum ab obsidione Henrici III. liberaret, ex consilio Cincij Romanorum Consulis ignem Vrbi iniecit, vt ex Leone Ostiensi refert Card. Baronius, & maiorem Vrbeis partem, præsertim Cælium inter, & Capitolium sitam euerit, anno salutis M L X X X I V. Quare superfuerunt hæc potius signa nudinantis industriæ, quàm barbariæ sæuientis. Cencius Camerarius, qui floruit anno M C L X X X I I. inter varios opifices refert *Bandonarios Colossæi*; ibi scilicet exercentes opificium, quos nunc Banderarios vocant, & serica vela consuentes.

Bertold.
& Leo
Ostiensis
apud Ba-
ronium
ann. 1084.
Platina in
Vita Gre-
gorij VII.

Illud postremo referendum, in medio Amphitheatro Aram fuisse positam, in qua Deo sacrificaretur, in cuius honorem fierent ludi. Iosephus: *Progressus*, inquit, *deinde Imperator, Caius, rem diuinam facit Augusto Cesari, ad cuius tum honorem Iudi celebrabantur.* Clarius paulo post. *Tandem irrupentibus militibus clamor toto Theatro tollitur. & circumlata cesorum cum Asprenate capita. & in Ara deposita.* Vbi quamuis de Theatri Ara sermo sit, par tamen, immo potior Amphitheatri ratio est, cum munus Gladiatorum instar sacrificij esset. Iulius Capitolinus *Mul- ti*, inquit, *dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hostes factam, vt Ciuium sanguine litato, specie pugnarum se Nemesis, id est vis quædam Fortune satiaret.* Ara autem erat Iouis Latarij, aut Stygij, vt Lipsio placet. Nec solum in Amphitheatro pugnæ, sed etiam Naualia prælia dabantur. Dion: *Aliquando Nero, belluis interfectis, ac subito aqua in Theatrum deducta bellum nauale confecit. Et aqua secundum hæc emissæ, præbuit certamen Gladiatorium. Tandem aqua rursus introducæta, publice sumptuosa cæna epulatus est: Idem: cum Titus, inquit, dedicaret, Amphitheatro repente aqua impleto in ipso equos, taurosque, aliaque mansueta animalia introduxit, quæ facere didicerant ea, quæ in terra consueuerant. Introduxit & homines in nauibus.*

Ant. Iud.
lib. 19. c. 1.

In Vita
Max. &
Balb.

De Amph.
cap. 4.
Dion. l. 62.

Lib. 66.

In eius vi-
ta cap. 21.
In vita
Adriani.

Præter hæc tria Amphitheatra, vnum in Vrbe inchoatum, postea omis- sum est. Suetonius. *Inchoauit, Caius Caligula Amphitheatrum iuxta*
Septa,

Lib. 5.

Septa, quod à Claudio omiffum est. Alterum à Traiano perfectum demolitus est Adrianus. Spartianus: *Theatrum, quod ille, Traianus, in Campo Martio posuerat, contra omnium vota destruxit.* Theatrum dixit, pro Amphitheatro, vt alij frequenter. De eo Pausanias *ῥέατρον μέγα κυκλωτὲρες πανταχόθεν.* *Theatrum magnum vndique circulare.* Hæc vero in Campo Martio propter loci amplitudinem extra Urbem extruebantur.

Theatra. Cap. VIII.

In August.
cap. 45.
De Clem.
lib. 1. c. 6.

VT duo in Vrbe Amphitheatra, sic & tria THEATRA perrennarunt. Suetonius: *Vt Stephanionem togatarium per trina Theatra virgis casum relegauerit.* Seneca: *In qua Ciuitate tribus eodem tempore Theatris via postulantur.* Ea fuere POMPEII, MARCELLI, BALBI. Theatrum Pompeij in Campo Floræ, vbi nunc Aedes Ducum Vrsinorum, fuit. Marcelli in Foro Montanario, vbi Aedes Principum Sabellorum: Balbi incertior sedes. Omnium primum Pompeianum fuit, de quo postremò dicam.

In vita
cap. 44.

Sueton. in
Aug. c. 29.
Plutarch.
in Marcel.
Dion. l. 53
Lib. 1. c. 2.

THEATRVM MARCELLI Augustus condidit, vbi ante Iulius Cæsar destinauerat. Suetonius: *Destinabat Iulius Cæsar, extruere Theatrum summa magnitudinis Capitolino Monti accubans:* Disum est autem Marcelli, quoniam Augustus quædã opera fecit sub nomine alieno: inter quæ Porticum *Octauia, Theatrumque Marcelli.* Octauia Porticus, quæ soror Augusti, Marcelli mater fuit, Theatro contigua erat. Ipsum porro egregium structura capit teste P. Victore loca XXX. millia, & Iani aliud Templum. Eius architectum plerique Vitruuium faciunt. Negat Philander eius interpres, quod peccasse videatur in Doricæ coronæ partibus concinnandis. Doricam tamen symmetriam inde præferunt eliciunt architecti.


Dion. l. 54.

In vita
Aug. c. 43.
Li. 8. c. 18.
Lib. 53.

Idem Augustus cum dedicaret ludis, vt ait Dion, eius gratia factis, *Troiam inter alios Patricios pueros nepos Augusti Caius lusit: fera Africana sexcenta occisa.* Quibus ludis euenit, vt, quod scribit Suetonius, *laxatis sella curulis compagibus, Augustus caderet supinus.* Idemquæ, vt ait Plinius. *Tigrin primus omnium, tum, Roma ostendit in cauea mansuefactam;* Iussitque, teste Dione, *vt ludis Romanis effigies Marcelli aurea, aureaque corona, & sella curulis in Theatrum inferretur, mediaque inter præfectos ijs ludis Magistratus collocaretur.* Huius scenam Vespasianus restituit. Suetonius: *Ludis, per quos scena Marcelliani Theatri restituta dedicabatur, vetera quoque acroamata dedicauerat.* Voluit & Alexander Seuerus, teste Lampridio, *Theatrum Marcelli reficere, nec tamen fecisse dicitur.* Id tamen facti iam incendij, ruinæque indicium est. Obijt Marcellus referente Dione, ante dedicationem Theatri. Itaque cum eius mortem desisteret Propertius, de hoc Theatro loqui non potuit, cum caneret:

Dion. l. 53

Aut




LIBERTIVS

THEATRUM MARCELLI

LIBRARY OF THE
MUSEUM OF
NATURAL HISTORY
AND
ETHNOLOGY
OF THE
STATE OF ALASKA
DEPARTMENT OF
NATURAL HISTORY
AND
ETHNOLOGY
UNIVERSITY OF ALASKA
FAIRBANKS, ALASKA





THEATRI MARCELLI VESTIGIA

Aut modo tam pleno fluitantia vela Theatro,

Intelligit autem eius munera & dilitia, cum videlicet non modo Theatrum Pompeij, aliud enim stabile non erat in Vrbe, velis obtexit; sed, quod supra dixi, & sine ludis velis Forum inumbrauit, ut salubrius litigantes consisterent. Idemque sub Caligulæ factum scribit Dion l. 59. Ouidius de Theatro Marcelli scribit, cum eius liber iussus abire Palatio ait:

Altera Tempia peto, vicino iuncta Theatro.

Li. 7. c. 30. Quod Templum siue Pietatis est, factum in eius carceris sede, ubi nunc Marcelli Theatrum est, ut scribit Plinius: atque adeo fabricato etiam Theatro, nec tota carceris occupata sede, Templum conseruari potuit: siue Iunonis Aedes, quæ Plinio auctore, in Octauia Porticu fuit. Addendum ex Tacito, statuam Augusti à Liuia ad Theatrum Marcelli positam. Neque enim, inquit, multo ante cum haud procul Theatro Marcelli effigiem Diuo Augusto Iulia dicaret, Tiberij nomen suo postseripserat. Idque ille credebatur, ut inferius maiestate Principis, graui, & dissimulato offensione abdidisse.

Cap. 37. Ann. Urb. 734. Lib. 5. c. 5. THEATRVM BALBI iuxta Circum Flaminium fuisse autumât, & eius quædam vestigia apud Cæsarinas Aedes extare, nec tamen rationem video, quæ id probat; nisi pro ratione sit affirmantium auctoritas. L. Cornelius Balbus vir triumphalis magnis in Africa rebus gestis, Garamantes, ut ait Solinus, subegit, & primus ex hac victoria triumphauit: primus sane de externis, utpote qui Gadibus genitus accessit ad gloriam nominis triumphalis. Plinius vero: omnia, Garamantum, armis Romanis, superata, & à Cornelio Balbo triumphata vnus omnium externo curru, & Quiritium iure dotato; quippe Gadibus nato Ciuitas Romana cum Balbo maiore patruo data est. Maior hic fuit L. Cornelius Balbus Pompeij amicus, & ab illo Ciuitate donatus, cuius crebra mentio in Epistolis M. Tullij, à quo & luculenta Oratione, quæ extat, defensus est. Postea Ciuili bello inter Cæsarem, & Pompeium, excedente, ut ait Paterculus, humanam fidem temeritate ingressus castra hostium, sapiusque cum Lentulo colloquutus Consule, dubitante quanti se venderet: illis incrementis fecit viam quibus non Hispania sua natus, sed Hispanus in triumphum, & Pontificatum assurgeret; fieretque ex priuato Consularis. Factus est Consul cum P. Canidio Crasso anno Urbis DCCXIII. in aliorum qui se magistratu abdicauerunt, locum cum collega suffectus. Porro minor Cornelius Balbus suafu, hortatuque Augusti Theatrum extruxit, ut Suetonius, dedicauitque datis ludis teste Dione, Tiberio primum, & Quintilio Varo Coss. anno DCCXXXI. quo tempore Tiberis inundauit, ut non nisi naui in Theatrum veniri posset: reuersusque est Augustus è Germania: Tiberius autem Consul in honorem Theatri Cornelium Balbum sententiam primum omnium rogauit in Senatu. Eodem anno dicatum ab Augusto Marcelli Theatrum, idem est auctor.

Eod. libro. THEATRVM POMPEII primum omnium dedicatum est anno Urbis DCXCIX. Pompeio, & Crasso II. Coss. ut est apud Dionem. Id Pompeius reuersus è bello Micridatico expressum è Mitylenæo, ut ait

Plu-

Plutarchus; grandius tamen, & pulchrius faciendum curavit. Quod etiã nunc insigne habetur, scribit Dion trecentis serè post annis, Alexandro Severo Imperatore. Idemque auctor est, id Theatrum non à Pompeio extructum esse, sed *Demetrium libertum eius id ex pecunijs, quas dum miles sub eo esset, parauerat, condidisse. Isque rectissime nomen eius facti ad Pompeium retulit ne male audiret, quod libertus tantum pecunia collegisset, unde tantos sumptus facere posset.* Certè quam supra dignitatem libertus ille polleret, exposuit Plutarchus in Catone minore. Qui tamen, alijque scriptores Pompeio; eiusque sumptibus Theatrum ascribunt. Tertullianus: *Pompeius, inquit, Magnus solo Theatro suo minor cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoque memoria sua Censoriam animaduersionem, VENERIS AEDEM superposuit, & ad dedicationem edicto populum vocans non Theatrum, sed Veneris Templum nuncupavit, cui subiecimus, inquit, gradus Spectaculorũ.* Gellius ex Tirone Ciceronis liberto Aedem VICTORIAE, non Veneris Theatro attribuit. *Cum Pompeius, inquit, Aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vice Theatri essent.* At Plutarchus VENERIS VICTRICIS appellat: *Visum est, inquit, Pompeio in somnis Theatrum ingresso sibi populum plaudere, Templumque se Veneris Victricis multis spolijs ornare, Græcè ἱερὸν ἀποδοῖμις, ἡντιφῶρον, Templum Veneris Victricis: Num vnum quasi bipartitum, & duo coniuncta? videtur hæc saltem indicare Suetonius: Ludos dedicationis Pompeiani Theatri, quod ambustum restituerat, è tribunali posito in Orchestra commisit, Claudius; cum prius apud superiores Aedes supplicasset.* Erant enim posita supra scenam, vt populus conueniens in Theatrum videretur in Deæ honorè conuenire. Vnius Aedis meminit Plinius: *Pompeij quoque altero Consulatu, dedicatione Templi Veneris Victricis pugnauiere in Circo viginti.* Loqui enim de Aede Veneris in Theatro ostendunt ludi in eius dedicatione facti. Sufficiebat large hoc Theatrum, teste eodem, quadraginta millibus, habebatq; exiguo distans interuallo Pompeij PORTICVM, REGIAM, seu BASILICAM, & CVRIAM. Porticus fuit à tergo scenæ Theatri, cuius curua pars Campum Floræ attingebat, vt adhuc indicat flexura Aedium Vrsinarum. Quare Porticus, quæ fuit ad rectam Theatri partem, vbi & scena, vicinior quoque Circo Flaminio, & Capitolio erat, versus Aedem nunc S. Caroli. Vitruuius: *Post scenam Porticus sunt constituenda, vt cum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quo se recipiat ex Theatro, Choragique laxamentum habeant ad Chorum parandum, vt sunt Porticus Pompeiana.* Appianus: *Spectacula tunc quidem in Pompeij Theatro agitabantur: Senatus in proximis Aedibus conuocabatur. Brutus interim in Porticu, quæ ante Theatrum sita erat, exigentibus ab eo veluti Prætorius administrabat.* Hæc Porticus ab antiquis magnopere commendata, à nobis alibi describetur. Curia etiam, quæ Pompeij dicta est, proxima Theatro fuit. Dion: *Habitueros se auxilium Gladiatorum, quos multos in Pompeij Theatro, à quo non procul Curia aberat, tanquam ad spectaculum exhibendum*

Loc. cit.

In Pomp.
In lib. de
Spect.Li. 10. c. 1.
In vita
Pomp.In Clau-
dio c. 21.

Lib. 8. c. 7.

Lib. 36.
cap. 15.

Lib. 3. c. 9.


Lib. 2. de
Bell. ciuil.

Lib. 44.

- adornauerant. Hæc occiso in ea Casare occlusa est. Ibidem Basilica eiusdem. Suetonius: Pompeij quoque statuam contra Theatri eius Regiam marmoreo Iano suppositam translata in Curia, in qua C. Casar fuerat occisus. Alia, egregiaque fuere eius Theatri ornamenta. Plinius: Pompeius, inquit, magnus in ornamentis Theatri mirabiles fama posuit effigies, ob id diligentius magnorum artificum ingenijs elaboratus. Tacitus: Lepida Theatrum cum claris sœminis ingressa, lamentatione flebili maiores suos ciens, ipsumquæ Pompeium, cuius ea monumenta, & adstantes imagines viscebantur. Inter cæteras fuere GENTIVM effigies. Suetonius: Modo à simulacris gentium ad Pompeij Theatrum dedicatarum circumiri, arcerique progressu. Plinius. Idem, Varro, & à Coponio XIV. nationes; quæ sunt circa Pompeij Theatrum factas, auctor est. Ibidem Tiberij Arcus. Suetonius: Tiberio marmoreum Arcum iuxta Pompeij Theatrum, decretum quidem olim à Senatu, verum omissum, Claudius, peregit. Ibidem COLOSSVS IOVIS. Plinius: Molem excogitatas videmus statuarum, quas Colossos vocant, turribus pares. Talis in Campo Martio Iuppiter à Claudio Casare dicatus, qui vocatur Pompeianus à vicinitate Theatri. In eodem inaurato ludos dedit Nero.*
- Li. 3. c. 3. Plinius: Nero Pompeij Theatrum operuit auro in unum diem, quod Tiberidati Regi Armenia ostenderat. Et quota pars ea apparatus fuit Aureæ domus ambientis Urbem? Totum, inquit Dion, Theatrum intus cum*
- Li. 63. siue ex ipso Xiphilius. scena inauravit Nero, auro etiam ornatis quæ intromittebantur extensis supra velis, quæ stellis aureis distinguebantur. Quare ille ludorum dies aureus nominatus est. Quibus sane ludis Regem iuxta se latere dextero collocavit, & Imperator consalutatus, Nero, laurea in Capitolium lata, vt ait Suetonius.*
- In vita Ner. c. 13. Li. 3. Ann. Cæterum Theatrum sæpe ignium, aut temporum iniuria detrimenta cepit: sæpe etiam resectum est. Primum sub Tiberio; cum referente Tacito, igne fortuito haustum Tiberius extructurum pollicitus est, eo quod nemo è familia restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeij. Seneca: Decernebatur illi (Seiano) statua in Pompeij Theatro ponenda, quod exustum Casar reficiebat. Sed non absoluit. Suetonius: Augusti Templum, restitutionemque Pompeiani Theatri imperfecta post tot annos reliquit. Caligula perfecit, vt idem auctor est. Mox iterum ambustum Claudius restituit. Ludos, refert Suetonius, dedicationis Pompeiani Theatri, quod ambustum restituerat è Tribunali posito in Orchestra commisit. Dion: Memoriam Theatri Pompeij scena addita inscriptione nominis Tiberij, qui eam incendio haustam refecerat, ac suum non instaurationis, sed dedicationis causa nomen adiecit. Qui tamen, nisi velit Theatrum à Claudio instauratum, corrigendus est. Scena rursus arsit sub Tito. Dion: Multa Roma conflagrauerunt, Theatrum Balbi, scena Pompeij. Titus instauravit Urbis incendio, vt ait Suetonius, nihil, nisi sibi publice perijisse testatus, cuncta Prætoriorum suorum ornamenta operibus ac Templis destinavit, præposuitque quamplures ex equestri ordi-*

ordine, quo quaeque maturius peragerentur. Post hæc arsit sub Philippo De eius
 ludis secularibus millesimo Urbis anno. Eusebius in Chronico: *Theatrum* inscrip.
Pompeij incensum, & Hecatonstylon. Ex eo Pomponius Lætus: *Qua omnia* Gell. l. 10.
in Circo Maximo exhibita, & scenicos ludos in Pompeij Teatro tribus c. 1. Anno
diebus, totidemque noctibus, mirum dictu, peruigil populus spectauit, fu- salut. 249.
nalibus, atque lycbnis tenebras vincentibus: & cum multitudo solemnibus De Imper.
ludis intenta esset, incendium aut ex luminaribus, aut ex ignibus coalitum Philippi.
in Curia diuagatum est. Theatrum Pompeij arsit, & ei propinquum He-
catonstylon, centum columnarum in Campo Martio opus. Centenariam
Porticum appellabant. Quis deinde instaurauerit incertum. Sed nisi ipse
 Philippus, vel Gallienus, vel Aurelianus instaurasse, qui & alia moliti
 sunt, probabile est. Incertum item, an de scena huius Theatri loquatur
 Vopiscus in Carino: *Pegma præterea exhibuit, cuius flammis scena con-*
flagrauit, quam Diocletianus postea magnificentiorem reddidit. Refecit
 postremo Theodoricus Rex, cum iam vel nouis incendijs, vel vetustate
 collaberetur. Scribens enim ad Symmachum ait: *Et ideo Theatri fa-* Cassiod.
bricam magna se mole soluentem consilio vestro credimus esse roborandam. lib. 5. var.
Quid non soluas ò senectus quæ tam robusta quassasti? Montes facilius ce- cap. 1. &
dere putarentur, quam soliditas illa quateretur, quando & moles ipsa sic vit.
tota de cautibus fuit, ut præter artem additam, & ipsa quoque naturalis
 esse crederetur. Et deinde. *Vnde non immerito creditur Pompeius hinc*
potius Magnus fuisse vocitatus. Et ideo siue masculis pilis contineri, siue
talis fabrica refectiois studio potuerit renouari, expensas vobis de nostro
cubiculo curauimus destinare, ut & vobis acquiratur tam boni operis fa-
ma, & nostris temporibus videatur antiquitas decentius in nouata.





POMPEII THEATRVM

Theatro Pompeij eius **DOMVS** tamquam appendix subiicienda est. nam & hanc illum fecisse notavit Plutarchus. *Prope Theatrum*, inquit Marlianus, *Atrium siue Curiam, & Domum, & ante ipsam, Porticū Pompeius habuisse dicitur*, Sequutus Fulvium, qui: *Habebat, inquit, olim Theatrum ipsum longas appēdices, ubi eius Domus, & Curia, & Porticus.*

A quibus & alij acceperunt. Verum hi auctores, si id affirmant, Pompeium ædificationi Theatri, Domus suæ, quam auxit, ornauitque, ædificationem subiecisse, nihil à veritate alienum dicunt: si vero Domum Pompeij Theatro proximam volunt, cum veritate pugnant. Plutarchus quidem, quo maximè nituntur, hæc habet. *Atque Pompeius ipse usque ad tertium Triumphum mediocriter, & simpliciter habitauit* ἡσέγγει δὲ ῥωμαίοις τὸ τοῦ θεάτρον, & ἀπὸ βόθρου αἰεταῖς διατρεῖν, ὡς αὐτὸν ἐφόλκιον τι παρετεκλήνατο λαμπερότερα οἰκίαν ἐκείνης. Quod Interpres sic vertit: *Post populo Romano eximium illud, & celebratum Theatrum extruxit, & iuxta velut appendicem ædificauit Domum priore splendidiorē.* Sed vox, iuxta, omnino redundat, abhorrentemq; à Plutarchi mente sensum efficit. quam tamen Interpres eruit à verbo παρετεκλήνατο, quasi ἀδύναταινομαι significet solum iuxta, & prope ædificare; cum & idem quod simplex τεκταίνωσι fit. Dicendum ergo: *Post autē cum Romanis splendidum illud, & celebre Theatrum erexisset, veluti appendicem quamdam ædificauit Domum priorem splendidiorē.* Itaque appendix in ædificationem, non in locum cadit; Pompeius enim post Theatrum, ædificauit Domum, sed non Theatro proximam; verum illam eandem, quam ante habebat, amplificauit. Erat autem illi Domus in Carinis paulum ultra Amphitheatrum in quarta Regione, vt ait P. Victor, & sequentia Plutarchi verba demonstrant. Cum enim dixisset: *Pompeius splendidiorē Domum ædificauit*, subdit, *sed ne hanc quidem inuidiosam: vt ille, qui dominus eius post Pompeium fuit, eam ingressus obstupesceret, & quaereret ubi nam Pompeius Magnus cœnasset.* Hic sane fuit Antonius, qui eodem Plutarcho, & Cicerone referente, domum Pompeij à Cæsare sub hasta venditam emit. Atque hæc ubi fuerit, refert Appianus. *Decretū, inquit, perlethum est, Antonii sequenti die in Telluris Templo haud longe ab ipsius Domo, Senatū habiturum.* Supra vero probatum est, Telluris Aedem contra Arcum Constantini prope Carinas fuisse. Idem habetur ex Suetonio in Tiberio. *Statim è Carinis ac Pompeiana Domo Esquilias in Hortos Mæcenatianos transmigravit.* Idem perspicuè demonstrat Sexti Pompeij scitissima vox, qui Pompeij Magni filius inita pace cum Octauiō Cæsare, & Antonio. *Haud absurde, quod scribit Velleius, cum in naui Cæsarem, & Antonium cœna exciperet, dixit: In CARINIS suis se cœnam dare, referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio possidebatur.* & Dion: *Carinae, inquit, loci nomen est Romæ, quo in loco Pompeius Magnus Aedes habuerat; quam tum temporis Antonius possidebat. porro autem naui aliqua pars Carina dicitur. & ambiguitate ludens Sextus conuiuium aiebat se ipsis in Carinis suis præbere.*

Domus Pompeij. In vita Pompeij lib. 6. c. 5. Lib. 4.

Pompeius post Theatrum, Domum ædificat.

Vbi domū Pompeius ædificauit

Plutarch. in Ant. Cic. 2. Phil. Lib. 2. de Bell. ciuil.

Cap. 15.

Lib. 2. Lib. 48.

Quod si dicant hanc Pompeij Domum, & alteram ad Theatrum venisse in manus Antonij, nihil planè dicunt. Illam enim Antonius incolebat, quã, teste Plutarcho, splendidiorem à Pompeio factam coëmerat, eamque primùm ingressus, quæsiuit ubi nam cœnasset Pompeius Magnus; eademque fuisse in Carinis auctores citati demonstrant. Quare miror Causabonum eo Suetonij loco; Pompeij statuam contra Theatri eius Regiam

In vita
Aug. c. 31.
Lib. 2.

marmorea Iano supposuit: Regiam, interpretari Pompeij Domum Theatro additam, & in eam rem Velleium adducere, cuius verba sunt; *Perse-
dis muneribus Theatri, & aliorum operum, qua ei circumdedit*. Nam

Supra Plu-
tarchus.

Regia Basilica est Romanis, Iudicum, & Negotiatorum ædificium. Quæ interpretatio placet Beroaldo. Nec alia opera, præter hanc, Curiam, & Porticum Theatro circumdata Velleius vel dixit, vel dicere potuit, eum Domum Pompei constituat in Carinis. Neque dicas ἐφόλιον signifi-
ficare *lembum, ac tenue nauigium*, quod maiorem nauim propè adha-
rens consequi solet; ideo & domum maiori Theatri fabricæ adiunctam.

Domus
Pompeij
Rostrata.

Esto enim, vox illa Græcè cymbam onerariæ additam significet; eo tamen loco rectius appendicem, & additamentum notat. quod utique non eodem loco, vt dixi, sed alibi factum est. Cæterum hanc Domum R O-
S T R I S nauium, sed marmoreis, vt opinor, in memoriam deuictorum
piratarum ornatam multo post Gordianorum familia, cum Cæsares pos-
sederunt. Testis Iulius Capitolinus in Gordiano Maiore. *Ipse, inquit,
Cos. ditissimus, ac potentissimus Romæ Pompeianam Domum possidens, in
Prouincijs tantum terrarum habuit, quantum nemo priuatus*. Et paulo
post: *Extat sylua eius memorabilis, qua picta est in Domo rostrata Cn.
Pompeij, qua ipsius, & patris eius, & proauis fuit, quam Philippi tempo-
ribus vester fiscus inuasit*.

Bibliothe-
ca Gor-
diana.

In hac forte Domo fuit insignis BIBLIOTHECA Gordiani Iu-
nioris primi, de qua Iulius Capitolinus: *Serenus Sammonicus libros pa-
tris sui, qui censebantur ad LX. & duo millia Gordiano Minori moriens
reliquit, quod eum ad Cælum tulit. Siquidem tantæ Bibliothecæ copia,
& splendore donatus in famam harsinum litteratorum decore peruenit*.

In vita
Maximi,
& Balbi-
ni,

Prope hanc in iisdem Carinis D O M V S Balbini Cælaris fuit, qui
exlo in Africa Gordiano, cum Maximo Imperij collega successus est à
Senatu. Idem Capitolinus: *Domus, inquit, Balbini etiam nunc Romæ
ostenditur in Carinis magna, & potens, & ab eius familia huc vsque
possessa*.



Mons Esquilinus, eiusque ambitus, & adiacentes Viæ. Cap. IX.

PARS Esquiliarum imminet Carinis meridiem versus, vbi Thermarum Titi vestigia sunt. In hunc ergo montem ambitu cæteris amplio rem breui ascensu subeundum est. **ESQVILIAS**, vt docet Varro, alij scripserunt ab excubijs Regis dictas: alij ob eo quod exculta à Rege Tullio sunt. Huic origini magis concinunt luci vicini. Videtur Ouidius priorem complecti:

Adde quod excubias, vbi Rex Romanus agebat.

Qui nunc Esquilus nomina Collis habet.

Excubias item Cato in originibus amplectitur à Tullio Rege institutas, sed à Lucumone Hetrusco Romulo traditas. Subdit Varro: *Esquilie duo montes habitati.* Eorum nomina Cispium, & Oppium suere Festus ex Varrone; Oppius, inquit, appellatus est ab Opita Oppio Tusculano, qui cum presidio Tusculanorum missus ad Romam tuendam, dum Tullus Hostilius Vicos oppugnaret, confederat in Carinis, & ibi castra habuerat. Similiter Cispium à Lauro Cispio Avagnino, qui eiusdem rei causa eam partem Esquiliarum, qua iacet ad Vicum Patritium versus, in qua Regione est Aedes Mephitis, tuitus est. Ex quo apparet, Oppium verticem Esquiliarum illum esse, in quo Templum Sancti Petri ad Vincula. alterum cliuo Suburrano discretum Cispium dici, vbi Templum Sanctæ Mariæ cognomēto Maioris. Porro hi sunt fines Esquilini Montis. Ab Amphitheatro secundum Carinas Orientem versus valle profunda primùm, deinde modica diuiditur à Cœlio, complexus & aliud exigui Collis veluti additamentum, qui Templo Sanctæ Crucis cognomēto in Hierusalem nobilitatus est. Quamquam hic æque ad Cœlium atque Esquilinum, in finibus veriusque situs putatur pertinere. Inde perpetuo tractu mœnibus cingitur, & vltra portam Sancti Laurentij, quæ patet in planiciem, propter Aggerem olim Tarquinij conuersus ad Septemtriones iungitur Viminali: mox ab eodem secernitur tenui vallicula in ipsis hortis Perettinis: quæ profundior in Vico olim Patricio, & Suburra, mox redit ad Amphitheatrum.

Iam in ascensu Esquiliarum occurrunt **CYPRIVS, & SCELERATVS** Vicus. Ille à Cypro dictus; quod teste Varrone, ibi Sabini Cius additi confederunt, qui à bono omine id appellarunt. Nam *Cyprum sabine bonum.* Prope hunc Vicus Sceleratus dictus à Tullia Tarquinij Superbi vxore; quòd ibi cum iaceret pater occisus, supra eum vt mitteret carpentum mulio, iussit. Liuius: *cum se domum Tullia reciperet, peruenissetque ad summum Cyprium Vicum, vbi Dianium nuper fuit, stœtente carpentum dextra in Vrbiū cliuum, vt in Collem Esquiliarum eueberetur; restitit pauidus is, qui iumenta agebat, iacentemquē domina Seruium trucidatum ostendit. scœdum inhumanumquē inde tradetur scelus, monum-*

Esquiliarum nomen.


Ouid. 3. Fast.

Esquilinus Collis bivertex.


Fines Esquilini Collis.

Vicus Cyprius, & Sceleratus.

- mentoquè locus est. Sceleratum Vicum vocant: quò amens agitantis su-
rijs sororis ac viri Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur.* Li-
 Lib. 1. uius quidem suboscure Vicum eundem Cyprium, & Sceleratum videtur
 Lib. 4. ant. facere. Apertè vnum clamat Dionysius. *Is, inquit, Vicus Cyprius tum
dictus, ex eo diro casu Sceleratus est vocatus mutato nomine.* Varro v-
 trumque se iungit. quem placet sequi. Nam & Liuius, si in hanc senten-
 tiam perducimus, fortasse non repugnat. Porro DOMVS SER-
 Lib. 1. VII Regis erat in Esquilij. Liuius: *Deinceps, Seruius Tullius, auget
Esquilias, ibique ipse vt loco dignitas fieret habitat.* Habitauit autem su-
 pra cliuum Virbium, vt ait Solinus, iunctum Scelerato Vico. quamquam
 alij Urbicum habent. Sed Liuius Virbius dicitur. Tullia ergo rediens è
 Cap. 3. Foro in domum patris, primùm venit in Sacram viam: ab hac in Cypriũ
 Vicum Sacræ viæ adiunctum, contra Arcum Constantini; in illo enim cõ-
 federunt Sabini; cum Romulus, & Tacitus in Sacra via scædus fecissent.
 Cum ad caput Cyprij Vici venisset, alter occurrebat Vicus, cui postea
 Scelerato nomen, vnde & cliui incipiebat ascensus in Esquilias, vbi &
 patrem trucidatum offendit. Ex quibus tria deprehenduntur. Vicum
 Cyprium è Sacra via in ipsa planicie Suburram versus fuisse protensum;
 Vicum autem Sceleratum secundum radices Esquiliarum. Urbicum cli-
 uum, aut eundem esse, quo nunc ascenditur ad Diui Petri ad Vincula,
 aut exiguo interuallo ab eo distantem. Cum autem Domus Seruij Re-
 gis supra cliuum esset; infertur etiam non procul ab eodem Templo S.
 Domus Petri sitam, vbi nunc Minimorum Cœnobarum domus, & horti sunt.
 Hæc paulo accuratius euolui, vt de Marliano alijsquæ auctoribus iudi-
 cium feratur, qui eam Seruij Domum in altero Esquiliarum vertice im-
 Minorem Vico Patricio prope S. Mariæ Maioris Aedem constituunt.
 Esto enim, quod inculcat, in eum Vicum compegerit Patricios Seruius
 Rex, vt siquid noui molirentur, è superiori loco opprimi possent; Nun-
 quid tamen ibi Rex habitauit, qui supra Virbium cliuum, quod fatentur,
 Domum habuit? quod si cliuus ille tanto spatio se iunctus erat; tam Do-
 mus ab hoc vertice distabat, quàm illi distant à veritate.
- Veteris item facti monumentum prope Vicum Cyprium erat, sororium
 sigillum; lignum nempe transversum, & viæ imminens, positum olim in ex-
 piationem Horatij, eius, qui occisis Curiatij reuersus victor sororem,
 Dion. li. 3. quoque necauit. Dionysius: *Est autem, inquit, in angiportu, qui à Cari-
 ant. Rom. nis ducit ad Vicum Cyprium, via nunc secundum Amphitheatrum, & Es-
 quilias, vbi & Ara manent tunc posita, & lignum super eas transversum,
 infixum duobus inter se aduersis parietibus, quod capiti excuntium immi-
 net.* Liuius: *transmissò per viam tigillo, capite adoperto velut sub iugum
 misit iuuenem.* Id hodie publicè quoque semper refectum manet; Sororium
 Sigillum vocant. Ad eundem Cyprium Vicum locus ad Busta Gallica,
 quod Roma recuperata, Gallorum ossa, qui possederunt Urbem, ibi coacer-
 nata ac condita; vt ait Varro. Aiunt ibi nunc positam Aedem S. Andreæ co-
 gnomèto in Portogallo, corrupta nempe appellatione ad Busta Gallica.



TITI IMPERATORIS THERMAE



VESTIGIA THERMARVM

Ædificia Esquiliarum. Cap. X.

Plin. l. 36.
cap. 5.
Sueton. in
vita Titi
cap. 7.
Statua
Laocoon-
tis vbi in-
uenta.
Thermæ
Traiani.

CONTRA Amphitheatrum THERMAE TITI sunt, vt supra dicebam in ipso colle sitæ, quarum supersunt reliquæ, non longe à Templo S. Petri ad Vincula. Suetonius: *Amphitheatro dedicato, Thermisque iuxta celeriter extructis munus edidit apparatusissimum.* In vineis loci itatuam Laocoonis laudatam à Plinio conseruatamque in hortis Vaticani Pontificijs inuentam viderunt tēpora vix inchoata prioris seculi. Plinius eam statuit in *Titi Imperatoris Domo*: Itaque præter Thermas hæc quoque hanc partem Esquiliarum infederat. Posthæc Titi Balnea, **TRAIANI THERMAS** statuit P. Victor, tamquam non longe distantes à Ticianis. Sitas volunt prope Templum S. Martini cognomento in Montibus: & illi multo viciniore, quàm Templo S. Petri ad Vincula, vbi fuerat Domus Seruij Tullij Regis. De his etiam infra: quarum vestigia, cum pro nouis fabricis repurgaretur locus superioribus annis deprehensa sunt. Anastasius Bibliothecarius in vita Symmachi: *Intra Ciuitatem, inquit, Romanam, Basilicam Sanctorum Syluestri, & Martini à fundamentis construxit, Symmachus, iuxta Thermas Traianas.* De Traianis Thermis scripsit Pausanias, appellatque *θερμὰ ἐπὶ τῶν μακρῶν, Thermas ipsi cognomines.* Operibus præterea, inquit, quam plurimis Urbem exornauit, quorum ceteris magnificentia præstant Thermæ, quæ ab ipso nomen acceperunt. Marlianus eo loci **THERMAS ADRIANI** collocat. Atqui hæc si fuerunt, in Regione nona Circi Flaminij locatæ sunt: ibi q; numerantur à P. Victore. Nisi forte Adrianus Thermas Traiani patris exornauit, additisque signis, & picturis, paratuque pulchriore instruxit. Eusebius in Chronico: *Forum Traiani, Thermas Traianas, & Titianas, & Pantheon baud vere ascribit Domitiano.* Nec tamen vacat suspicione, Domitianum & Titi Thermas & Pantheon vel instaurasse, vel additis ornamentis excoluisse. **THERMAE PHILIPPI** Ticianis à P. Victore subscriptæ, iisque proximæ in editiore solo fuisse dicuntur. Nec quidquam præterea de his accepimus.

Pausan.
lib. 5.

Marl. li. 5.
cap. 11.
Thermæ
Adriani.

Thermæ
Philippi.

Luci in
Esquilijs.

Lib. 16.
cap. 10.

Iam plures fuere **LUCI** in Esquilijs, partim in Colle, partim ad radices. Varro: *Lucus Fagutalis, & lucus Mepbitis, & lucus Iunonis Lucina: quorum angusti fines.* Item *lucus Larum, & Querquetulanum sacellum.* **LUCUS FAGUTALIS**, idest fagis confitus fuisse fertur, qua parte Esquilinus spectat extremum Viminalem, imminetque Suburræ, olim Oppius dictus. Varro: *Oppius Mons princeps lucum Esquilinum, lucum Fagutalem habet.* Dicitur erat Ioui. Plinius: *Sylvarum certe, Roma, distinguebatur insignibus. Fagutali Ioui etiam nunc, vbi lucus Fageus fuit.* Festus: *Fagutal sacellum Iouis, in quo fuit Fagus arbor, quæ Ioui sacra habebatur.* Varro: *Fagutal à Fago, inde etiam quod ibi sacellum Iouis Fagutalis.* At prope Vicum Patricium ad radices Esquiliarum

rum fuit **LUCUS MEPHITIS**. Festus: *Qui, inquit, eiusdem rei causa eam partem Esquiliarum, qua iacet ad vicum Patricium versus, in qua Regione est Aedis Mephitis, tutatus est*, Lucus autem Aedi aditus venerationi erat. Porro Mephitis Dea fuit grauiissimi odoris, vt est apud Seruium. Ideoque quidam, *Mepbitin*, inquit, *Iunonem volunt, quam aerem esse constat, nouimus autem putorem non nisi ex corruptione aeris nasci*. Colebatur hæc tamquam Dea, vt Febris, vt alia, quæ nocumentum afferunt, ne afferrent. Et tetri quidem odoris, afflatusque pestilentis causa erat in propinquo; nempe Campus Esquilinus, commune plebis sepulchrum, & Puticolæ, quo innumerabilis ferè populi cadauera proieciabantur. In ipso autem Vico Templum **DIANAE** erat, quò viri non intrabant, vt ait Plutarchus. Lucus **IVNONIS LVCINAE** sub eodem colle fuit in ipso cliuo, cui imminet Maioris Virginis Auguste sedes, quem sane multo magis præcipitem, quam oppleta, & in oculis nostris finitimo Viminali exæquata prope valle, videamus, vidit antiquitas. De eo Luco Ouidius:

Mephitis
quæ, &
cur à pri-
cis culta.
7. Aeneid.

In quæst.
Rom. q. 3.

Ouid. 2.
Fast.

*Monte sub Esquilio multis inciduus annis
Iunonis magna nomine Lucus erat.*

*Huc ubi venerunt pariter nuptaque, virique;
Suppliciter posito procubuerunt genu.*

*Cum subito mota tremuere cacumina sylua;
Est Dea per Lucos mira locuta suos.*

Et paulo post. *Gratia Lucina dedit hæc tibi nomina Lucus,
Aut quia principium tu Dea lycis habes.*

Plinius priori ethymo à Luco Lucinam deriuat: *esse, inquit, vetustiore non est dubium, cum ab eo Luco Lucina nominetur*. At Iunonis Lucina Templum putatur fuisse, vbi B. Virginis Maior Basilica colitur, in tantam religionem conuersa superstitione. Alter hic Esquiliarum vertex Cispinus vt dixi, dicebatur. Varro: *Cispinus Mons septicephos apud Aedem Iunonis Lucinae*. Lucum vero **LARVM**, & Querquetulanum Sacellū arbitror ad Cœlium, & Palatinum pertinere, quamuis Varro videatur ponere in Esquilij. Nam cum dixisset de Luco Fagutali, Mephitis, & Lucinæ, subdit: *quorum angusti fines, non mirum. Iam diu enim late auaritia est. Item Lucus Larum, & Querquetulanum Sacellum*. Nempè Lucus Larum: & Sacellum in Colle Cœlio quercubus cinctum easdem, propter auaritiam ad se cuncta trahentem, angustias habent. Varro: *Et vnde ascendebant ad imam nouam viam Lucus est, & Sacellum Larum*.

Plin. l. 17.
cap. 44.
Iunonis
Lucinæ
Templum

Lucus La-
rū, & Sa-
cellum.

Iam **VICVS PATRICIVS** inter Esquillas, & Viminalem vbi nunc Aedes Sancti Laurentij in Fonte, D. Pudencianæ, & ima pars hortorum Perettinorum. quod ibi vt dixi iussu Seruij Regis Patritij habitarent, ne quidpiam in humili molirentur, coniungitur Suburræ, & cliuo Suburrano. Martialis.

Vicus Pa-
tricius.

*Esquilij domus est, domus est tibi colle Diana
Et tua Patricius culmina vicus habet.*

Lib. 7. ep.
72.

SVBVRRA celebris in Vrbi locus: vnde olim Regio **SVBVRRA**-Suburræ.
NA

NA certis iam finibus terminanda est. Tres ergo Romani Colles, Esquilinus, Viminalis, Quirinalis cum prope Forum Romanum desinant, vallem inter se relinquunt, quæ est Suburræ attribuenda. Hæc primo quidem plana, postea accliuus in Esquilinum affurgit. Ut autem certius eius constet fines; repetendum est, CARINAS, qui olim locus veluti Suburbium ut dixi, Urbis fuit, ex eo appellatum, quia domos inuertas quasi nauium Carinas haberet, incœpisse ab Urbis muro, quem posuerat Romulus ad Curias veteres, iuxta Arcum Constantini, inter Palatium, & Cœlium. Porro hinc Carinæ (quamquam alij aliter statuunt) secundum Esquilias, & Cœlium, ultra Amphitheatrum protendebantur. Propterea Varro: *Cum Cœlio, inquit, coniuncta Carina*. At contra Arcum Constantini, sub initium Hortorum Cardinalis Pij, fuit Pagus Succufanus, inde dictus, ut ait Varro, *Quod succurrit Carinis*. Huic Pago finitima erat Suburra. Immo & ab illo nomen accepit. Ego, inquit Varro, *à Pago potius Succufano dictam puto Succufam*. Quæ postea mutatis litteris Suburra hinc producta vallem, quæ extremos angulos Quirinalis, Viminalis, & Esquilij Collis interiaceret, complectebatur. Idem auctor aliunde nomen deriuans ait, *Suburra, quod sub muro terreo Carinarum*. Et paulo post: *Suburra, Iunius scribit, ab eo quod fuerit sub antiqua Vrbe, cui testimonio potest esse, quod subest ei loco, qui terreus murus vocatur*. Hic murus quod Carinas attingeret, à Varrone Carinarum dictus, ad antiquam etiam Urbem pertinebat, quam scilicet Romulus & Tatius ampliarunt. Tunc enim recepta intra Pœmerium Sacra via, toto spatio Templi Pacis, & Faustinae murus Capitolium versus ferebatur. Itaque Suburra quæ suberat terreo muro, hinc incipiens per vallem primum, deinde per cliuum extendebatur, quo nunc ascenditur ad Aedem S. Luciae in Silice; cum Carinæ ex altera parte, minore spatio, ambituque producerentur. Sic Martialis fauces, idest initium Suburræ constituit ad Argiletum & Forum Cæsaris, ut dixi lib. 2. cap. vltimo. Quare Marlianus: *Suburra qua inter Esquilias, & Viminalem iacet, principitium habuit à Foro Romano siue à Foro Neruæ, finem vero ad cliuum Suburrarum*. Et prima editione: *Viminalis collis ab Occasu partem Quirinalis oppositam habet: & valli interiacerenti plana Suburra fuit nomen*. Hac de causa Templum S. Agathæ, quod in fine Quirinalis, versus hanc vallem est situm, à S. Gregorio (ne aliquis dubitando ingenium ostendet) & nostro æuo, iure ponitur in Suburra. Nam ille sic scribit: *Arianorum Ecclesia, in regione Urbis illa, quæ Suburra dicitur, cum clausa usque ante biennium remansisset, placuit ut in Fide Catholica dedicari debuisset; quod factum est*. Idem alibi: *Quia ergo Ecclesia S. Agathæ sita in Suburra, qua spelunca fuit aliquando prauitatis heretica, ad Catholica Fidei culturam Deo propitiante reducta est*. Suburræ autem Regionem, idest Urbis partem appellauit; nisi forte eius ætate pro Regione habebatur. Certe antiquitus habitata est: cum teste Varrone, in quatuor Regiones Urbis distributa, Suburrænam, Esquilinam, Collinam, Palatinam. Suburrænam Cœlium montem, Carinas cum capite Sacræ viæ; & Suburrænam

Carinæ, & earum fines.

Suburræ fines.

Marl. l. 4. cap. 20.
Li. 5. c. 18.

Templum S. Agathæ in Suburræ.
Dial. lib. 3. cap. 30.

Li. 3. Epist. cap. 19.

conti-

continebat. Quare Suburra, quæ nomen dabat antiquæ Regioni, præcipua, & ampla pars illius erat, descriptis terminis patens.

Iam ut ædificia attingam; *CÆSAR habitavit primo in Suburra*, Sueton. in vita Cæs. cap. 46. *modicis ædibus*, referente Suetonio. Ibidem canente Martiale *STELLA CONSVL ædes habuit.* Lib. 12. Ep. 3.

Vel si malueris prima gradiere Suburra;

Atria sunt illic Consulæ alta mei.

Eodemque libro clamoram nuncupat, feruentem Iuuenali, propter populi frequentiam; quòd ibi rebus venum expositis mercatus esset. Idem libro septimo cum alia enumerasset, subdit:

Quidquid villicus Vmber, aut colonus,

Aut Tusci tibi, Tusculiudè mittunt,

Aut rus marmore tertio notatum,

Id tota mihi nascitur Suburra.

Et alibi: *Hæc igitur media qua sunt mihi nata Suburra.*

Mittimus Autumni cerea poma mei.

Lib. 10.

Ep. 92.

Eadem infamis meretricijs nundinis, nec aliæ Horatio Suburræ canes, quàm lupæ.

Subibat deinde Suburranus *CLIVVS*. Hic est, quò ad Templum Sanctarum Virginum Lucæ, & Praxedis hodie ascenditur. Martialis de antiquo cliuo:

Illic Orphea protinus videbis

Altum vincere tramitem Suburra,

Vdi vertice lubricum Theatri.

Lib. 10.

Ep. 19.

At quod *THEATRVM* prope Suburræ? Fulvius: *Circi, inquit, forma, ac sedilium vestigia adhuc apparent inter Viminalem, & Esquilijs iuxta Suburræ, ubi nunc Aedes S. Laurentij in Fontana, & S. Euphemie.* Negat Marlianus, quod Circensis moles Vicum Patricium, aut magnam Suburræ partem clausisset. Verum ibi si aliqua fuit pro ludis fabrica, non alia profecto fuit, quam Theatralis, ut habetur ex Martiale, nisi per Cathachresim Theatrum, pro Circo potuit. Sed fortasse non Theatrum ad ludos ibi describitur, sed fons aliquis in summo cliuo Suburrano structus ad formam Theatri, nempe testudinatus, & fornice cameraque suspensus iuxta Plinij domum, quòd librum Poeta mittit, aut etiam in ipsa domo. In quo sane recuruo, & humidæ rotunditatis fonte, assiduo aquarum lapsu stillicidioque lubrica Orphei statua feras, auequæ cantu perducere videbatur. Tria quidem stabilia Theatra in Vrbe fuisse nouimus. Quartum hoc statuere in terræ pondus non ausim, nisi alius, clariorque antiqui auctoris proferatur locus: aut pro Theatro Circus fuisse demonstretur. Porro illos versus in epistola ad Priscum Plinius adducens suæmet *DOMVS* ipse meminit positæ in Esquilijs, *Alloquitur, inquit, Musam: mandat ut domum meam in Esquilijs quarat, adeatque reuerenter.* Erat igitur in Collis vertice supra Aedem S. Lucæ cognomento in Silice, quam Ecclesiastici scriptores, & antiquarij in Orphea ota nuncupant, deducto fortasse nomine à veteri Orphei simulacro.

Fulu. li. 4.

Li. 5. c. 13.

Li. 3. epist. vltima.

Ha-

Apud Cia
conium.
Cap. 2.

Habent etiam Orthea, & id Templum nominant in Septifolio, à vicino scilicet SEPTIZONIO quod multo ante Seuerianum structum est. Sic in vita Gregorij IX. legimus: *Pontifex creatus prope Septizonium in Diaconia Sancta Lucia in Septifolio*; alias: *Orthea*: & in *silice*, vt dicitur in vita Honorij III. Huius Septizonij meminit Suetonius in Tito: *Natus est prope Septizonium sordidis adibus*. Quas fortasse postea in domum & suas Augustas Aedes mutauit, haud longe adiunctis Thermis. Iam Plinianæ domui minorem alteram *Pedonis Poetæ nobilis*, an *Causidici* subiicit Martialis:

Illic parua domus tui Pedonis

Calata est Aquila minore penna.

Arcus Gal
liceni.

A Clivo Suburrano rectâ eunti occurrit ARCVS GALLIENI è Tiburtino lapide cuius hæc Inscriptio est:

GALLIENO. CLEMENTISSIMO. PRINCIPIS
CVIVS. INVICTA. VIRTVS
SOLA. PIETATE. SVPERATA. EST
ET. SALONINAE. SANCTISSIMAE. AVG.
M. AVRELIVS. VICTOR
DEDICATISSIMVS
NVMINI. MAIESTATI QVE. EORVM

Fulu. lib. 1.
Marl. li. 5.
Cap. 14.
Macellū
vnde di-
ctum.

In eodem Colle domum, & hortos Gallieni fuisse probabilis coniectura est, vt dicam postea. Ibidem S. Viti Aedes, quam in MACELLO nuncupant. P. Victor Macellum Liuiani, seu Liuianum in Esquilij: in Regione II. Cœlij Montis Macellum magnum constituit. De Macello alij rectè scripserunt; tamen hic prætereundum non est. *Est enim Macellum*, vt ait Varro, *vbi olerum copia*; Sed paulo post non de his tantum, sed alijs, quæ vitæ vsui sunt, loquitur. *Hæc*, inquit, *omnia postquam contracta in vnum locum, qua ad victum pertinebant, & edificatus locus, appellatum Macellum, vt quidam scribunt, quod ibi fuerit hortus: alij quod ibi domus eius fuerit, cui cognomen Macellus, qua ibi publice diruta, à qua edificatum hoc, quod vocatur ab eo Macellus*. Hoc postremum sensit Festus. At Plutarchus tantum carnibus publicè vendendis Macellum parat. *Ferunt*, inquit, *Roma latronem truculentum fuisse, nomine Macellum, qui multis deuerberatis vix tandem captus, supplicioque affectus; vt ex pecunia eius locus carnibus publicè vendendis edificatus fuerit, nomen ab ipso habens*. Sed in Macello præter carnes, cætera obsonia vendebantur. Plautus in Aulularia.

In quæst.
Rom. q.
54.

Act. 2.
Sc. 5.

Venio ad Macellum, rogito pisces, indicant

Caros, agninam caram, bubulam,

Vitulinam, cetum, porcina, cara omnia:

Varro



ARCVS GALLIENI NVNC S.VITI

V



Varro aliud Macellum prope Sacram viam constituit. *Exadificatus, inquit, Vicus, & inter Sacram viam, & Macellum editus.* Hoc forsitan ad Corneta dictum à Cornis, quæ abscisse loco reliquerunt nomen. Idem enim ante scripserat: *vbi varia res venduntur, dicitur, ad Corneta.* Et supra, in Sacra via, & propinqua Suburra emi venalia diximus.

Castellū
Aquæ.

Front. l. i.
de Aquæ-
duct.
a De his
capite vi-
timo.

Ab Aede S. Viti parum distant veteris ædificij parietinæ, Castellum Aquæ, vt quidam aiunt: vt alij Trophœa Marij de Cimbris à Cæsare restituta, ideoque locum *Cimbrum* dici autumant. Equidem vt ibi fuisse Trophœa Marij nullo modo dicerem: ita fuisse Castellum Aquæ tuto affirmarem. Nam vt constat ex Frontino, Aqua tam Claudia, quam Martia post hortos Pallantianos, qui fuerunt in Æsquilijs, effundebatur. Duo quidem illa Trophœa insculpta è marmore, quæ visuntur in Capitolio, ex hoc loco transtulit Populus Romanus: cur tamen potius Marij, quam alterius fuisse dicantur, non video, presertim in Vrbe olim eiusmodi ornamentis refertissima. Moles vero ipsa indicat Aquæ receptaculum, vnde in fistulas diuideretur: ab illo videlicet, qui extruxit, aut instaurauit, Trophœis ornatum. Quod quidem Aquæ Castellum, quia plerique eruditorum Martiæ attribuent, & inscriptio basis Capitolinæ docet, repugnandum non iudico. Porrò vt quidam putant ab ijs monumentis Marij nomen loco relictum est. Marlianus, quod ante Fuluius dixerat: *Hinc ea tota Æsquiliarum pars, quæ est plana, Æsquilias inter, & Cœlium Montem Basilicamque Lateranensem vergit, hodie dicitur Merulana, pro Mariana.* Atqui aliunde nomen Merulanæ fuisse desumptum, coniecitur ex lib. 2. Epistolarum S. Gregorij, *Quia igitur, inquit, Ecclesiam positam iuxta domum Merulanam, Regione tertia, quam superstitio diu Ariana detinuit in honorem S. Seuerini cupimus consecrare.* Hic locus à Templo S. Matthæi contra Cœlium fere planus excurrit, olim Tabernola dictus, cuius meminit Varro: *Dexterio via in Tabernola est.*

Li. 9. c. 15.
2. edit.
Fulu. lib. 2.

Epist. 58.



Cum Traianus, ampliori opere, Martiam reddidisset Aquam; atque in suas induxisset proximas Thermas; nō potest ambigi, quin Trophœa illa eiusdem Traiani sint, ad Castelli ornamentum. Argumento quoque sunt pellitæ Dacorum clamides, & arma, egregiumq; sculpturæ opus, quale prorsus in Traiani Columnam. A monumentis verò Aquæ Martiæ, Martianam potius, quam Marianam Regionem dictam crederem.

Cxtc.



CASTELLVM AQVAE MARTIAE

197

LIBER TESTIY



CASTELLUM A. O. V. 1971



CASTELLI VESTIGIA V 3

Palatium
Licinianū
Dion.in
vita Tra-
iani.
Marl. l. 5.
cap. 15.
In vita
Gordiani
Iunioris.
In Gord.
Maiore.

Cæterum ab eo aquæ Castello ad Aedem vetustam S. Bibianæ, noua via nuper patefacta est. Nec longe ab eo Templo, locus olim in Vrbe celebris cognomento *Ad Vrsū Pileatum*, quod ab Vrsi pileum habitantis siue marmore, siue coloribus expressa effigie suscepit. Ibi Palatium Licinianum, Licinij Imperatoris, vt aiunt: an potius Licinij Suræ, qui, vt Dion testatur, Traiani familiaris, & opulentissimus Gymnasium populo Romano suis sumptibus ædificauit?

Sed non placet, læuorsum vbi Aedes S. Eusebij, quod placuit Marliano, fuisse domum Gordianorum. & frustra adducitur Iulij Capitolini mutilatus locus. Ille enim sic habet: *Domus Gordianorum etiam nunc extat, quam iste Gordianus pulcherrime exornauit.* Hanc ante dixerat fuisse Cn. Pompei, nempe in Carinis, & Philippo Principe ad Fiscum Cæsareū deuenisse. At quæ sequuntur, Villam, non Domum in Vrbe describunt. *Et Villa, inquit, eorum via Prænestina, ducentes columnas vno peristyllo habens, quarum L. Cbristea, Claudiana L. Siennitides L. Numidica pari mensura sunt. In qua Basilica centenaria tres. Cætera huic operi conuenientia, & Therma, quales præter Urbem, vt tunc, nusquam in Orbe terrarum.* quæ postrema verba Villam semouent Vrbe. De alijs Esquilinis fabricis, nempe hortis, & Basilica Lucij, & Caij Aquæductibus, Hortis Mæcenatis alibi dicam. Hi sane Mæcenatiani contigui Hortis Domus Neronianæ, & in potestate Principum magnam Collis partem occupant.

Liu. dec. 3.
lib. 6.

Prope Mæcenatis Hortos VIRGILII DOMVM fuisse testatur Aelius Donatus in eius vita. *Habuit, inquit, domum Roma in Esquilij, iuxta Hortos Mæcenatianos.* In iisdem Esquilij Propertius, ac Perlius Poetæ habitauerunt. Aeliorum quoque Domus ibi constituitur ab ijs, qui Marij Trophæa inibi recognoscunt. Demum Campus Esquilinus ab Vrbe diuisus pro sepulchris per amplius in plano Colle fuit. Liuius: *Consules Numidas transire Esquilias iusserunt: nullos aptiores inter conualles, tecta que hortorum, & sepulchra, & cauas undique vias ad pugnandum futuros rati.* Sed auctis mœnibus, campus ultra submotus est, versus Templum S. Laurentij extra muros.

Collis Viminalis. Cap. XI.

Plin. l. 16.
cap. 10.
Situs Vi-
minalis
Collis.

COLLIS VIMINALIS à Ioue Vimineo olim dictus est. Varro: *Tertia Regionis Colles ab quinque Deorum fanis appellati. E queis nobiles duo Colles Viminalis à Ioue Vimineo, quod ibi Aræ sunt eius, aut quod ibi vimina nata fuerunt.* Plinius; *Colle, in quem vimina petebantur.* Situs Collis oblongus, & angustus est. Exurgit è valle, in qua Templum colitur Virginis cognomento à Montibus secundum viam, quæ inde ad Palatium Quirinale Pôtificis rectè deducit. Dextrorsum Suburræ, & cliuum Suburræ, Vicum Patriciū, & Esquilias habet: læuorsum illi adiacet vallis olim Quirini Aede in cli-

uo; nunc S. Vitalis Templo insignior: quæ deinde paulum edita inter hortos, & vineta ad Thermas vsque Diocletianas ferè perducitur. Ipse autem Viminalis molli cliuo ascendens vsque ad Aedem S. Laurentij cognomento in Palisperna, inde perpetuo iugo porrectus viam intersecat ab atra olim semita, nunc quatuor fontium, tendentem ad Liberianam Aedem Magnæ Virginis. tum occupat villæ Perettinæ partem, aliorumque hortorum, & villarum. tum exæquatus, complanatusque ad Thermas Diocletianas, inde ad mœnia decurrens discretis finibus, Esquilij dextrorsum, sinistrorsum Quirinali commiscetur. Habet ergo à Septemtrione Quirinalem: ab Ortu muros Urbis: à Meridie Esquilias: ab Occasu Suburram, & vallem, quæ Esquilias, Viminalem, & Quirinalem interiacet. Porrò hic Collis antiqui nominis iacturam fecit, nec vulgare alterum quasi naufragus apprehendit. Ideò & vulgo vix notus, præterquàm ad Aedem S. Laurentii in Palisperna mutuatus ab illa cognomen.

Thermæ
Diocle-
tianæ in
Vimina-
li.

Causa vero, cur hi tres Colles, Viminalis, Esquilivus, Quirinalis circa Thermas Diocletianas vsque ad muros Urbis indiscriminatim iungantur, Tarquinij vetus est Agger, vt primo libro dictum est. Naturalis enim locorum situs, eos colles tenui valle discretos depresso in planiciem verticibus pœne exæquarat: atque Urbem hac ex parte intutã, & hostium incurfibus obnoxiam fecerat. Itaque septem stadia, nempe passus octingentos septuaginta quinque munitione producta, & ad mœnium altitudinem edita, interiora trium Collium latissime Romani complanarunt, vt indeprentis terminis iungerentur. Quamuis autem tanta non esset eius munitionis latitudo, quanta Thermas, & mœnia interiacet, cum, referente Dionysio, *lata esset quinquaginta pedes*; tamen vt commodus ad eam esset accessus, omnia circum complanari, tresque montium vertices quamquam modicis vallibus discretos omnino exæquari placuit. Propriè autem munitio erat ad mœnia, vbi deficientibus collibus, ingesta humo locus est oppletus: terreusque Agger, quem perductus murus sustinebat, eius altitudini fere æquatus. Hæc de situ Collis.

Tres col-
les simul
iuncti.

Plin. lib. 3.
c. 5. Dio-
nyf. lib. 9.
Str. lib. 5.

Quod ad ædificia pertinet, lauacrum AGRIPPINAE, ac Thermas OLYMPIADIS in Viminali P. Victor, & alij deinceps statuerunt. Sed lauacrum balnea sunt, ne quispiam fortasse fontem designet. Lampridius in Commodò: *Opera eius, inquit, præter lauacrum, quod Cleander nomine ipsius fecerat, nulla extant*. Vbi de balneis loquitur. Porrò hæc balnea Agrippinæ matris Neronis sub Templo B. Martyris Laurentij qua collis declius est in vallem Quirinalem, fuisse, cum defossi lapides, tum antiquariorum probat auctoritas. Thermas autem Olympiadis in ipso Templo, ac Cœnobio Monialium statuunt acta eiusdem Martyris. Siquidem in ijs legimus Beatissimum Iuuenem Christi causa crematum, assatumque ad lentum ignem crate ferrea in Thermis Olympiadis expirasse. Ad quem locum victoris laurea consecratum substructo subterraneo Templi facello habetur populi Romani religiosa celebritas. Quæ autem fuerit hæc Olympias ab alijs libenter audiam. At


Thermæ
Agrippi-
næ, & O-
lympia-
dis.

NOVATVS balneas Nouatianas inter Tempia B. Laurentij, & Pudentianæ Virginis, eiusdem germanus simul cum Timotheo fratre fecisse fertur. vt à scriptoribus Ecclesiasticis non modo Neuatianæ, sed & Timotinæ nuncupentur. Anastasius in vita S. Pij I. Papæ: *Rogatu*, inquit, *B. Praxedis dedicauit Ecclesiam Thermas Nouati in Vico Patricio in honorem sororis sue S. Pudentiana*. Fuit etiam Nouatus, ad quem scripsit Seneca de Ira: eiusque frater fuisse creditur. nec puto eius nomen quis traduxerit ad Thermas. Sed præter clariores Cæsarum Thermas, plurimas priuatorum Ciuium, aut ad quæstum paratas, quæ popululum quotidie lauantes exciperent, certum est fuisse. P. enim Victor, vt etiam notauit Philander, supra octingentas agnouit. At Plinius: *Adiicit Agrippa gratuita præbita balnea CLXX. que nunc Roma ad infinitum auxere numerum*.

In Vitru.
lib. 5. c. 10.
Plin. l. 36.
cap. 15.

Lib. 17.
cap. 1.

Consentur in hoc eodem Colle à P. Victore, & ab Anriuarijs DOMVS Aquilij Iure Consulti. Q. Catuli, & M. Crassi. Sed cur M. Crassus? Nam Plinius, quem supra citauit, scripsit: *Crassus Orator (& loquitur de L. Crasso) fuit in primis nominis Romani. Domus ei magnifica; sed aliquanto præstantior in eodem Palatio Q. Catuli, qui Cimbro cum C. Mario fudit. Multo verò pulcherrima consensu omnium, etate ea, in Colle Viminali C. Aquilij Equitis Romani, clarioris illa etiam quam Iuris Ciuilis scientia*. Hæc sola igitur in Viminali: aliæ duæ in Palatino, in quo, Regione decima numerat etiam P. Victor domum Q. Catuli. At de M. Crasso, qui occisus est à Parthis (si de hoc sermo est) scribit Plutarchus: nihil ipse ædificauit, nisi propriam domum. Sed vbi fuerit, non tradit.



LIBER TERTIUS

313


THERMAE OLYMPIADIS



Joko Sja

212
Joko Sja

Joko Sja



L I B E R T E R T I U S

THERMARVM OLYMPIADVM RELIQVIAE

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO


LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO





THERMAE NOVATIANAE





THEMARM NOVATII RELIQUIAE.

L. BERGHE

Loc. cit.
Nym-
phæa fue-
runt Pala-
tia.

Seu fon-
tes ve alijs
placet.

Nym-
phæa pul-
chra ædi-
ficia,
Nympha-
rum sta-
tuis, &
fontibus
ornata.
Ammian.
lib. 15.

Eodem P. Victore, & Sexto Rufo referentibus, Regio quinta Esquili-
na, in qua Collis Viminalis, habuit, incertum qua sede, NYMPHÆ-
AM Alexandri Imperatoris. Gulielmus Philander docet Nymphæa æ-
dificia fuisse, in quæ *gratia, & voluptatis causa aqua deducebatur. Zona-
ras tamen, inquit, in Leonis Primi Vita putat esse Palatia publica, in qui-
bus qui angustius habitarent, Nuptias celebrarent à Nympharum statuis
dicta.* Id etiam scripsit Iurifconsultus ad leg. V. Cod. Iustin. de Aquæ-
duct. Nempe, *Nymphæa patuisse nuptias celebrantibus, & ades non ha-
bentibus.* At Interpres in Iulium Capitolinum, vbi de Gordiano Iunio-
re scribit, *opera Gordiani nulla extant, præter quadam Nymphæa, & Bal-
nea, ait, errare, qui vel domos Nuptiales, vel Balneas intelligunt Nym-
phæorum nomine.* Subditque, *Nymphæa esse salientes, vel manu stru-
ctos fontes aquam in publico eiaculantes, distinctos à lacubus, quibus aqua
accipitur, non salit.* Anastasius hac significatione videtur vsurpasse in-
vita Hilari Papæ. *Nymphæum, inquit, & triporticum fecit ante Orato-
rium Sanctæ Crucis, vbi sunt Columna mira magnitudinis, qua dicun-
tur beaton penta.* Hoc enim loco Nymphæum aliud non est nisi fons in
media illa porticu centum quinque columnarum, de quo fonte plura idē
subijcie, neque alium puto describit. Idem in Vita Siluerij PP. ait: *In-
tra Ciuitatem autem grandis fames erat, ita ut aqua venundaretur præ-
tio, nisi Nympharum remedium subuenisset.* vbi Nymphas pro fontibus
videtur vsurpasse. Nec tamen displicet opinio Zonaræ, & Iurifconsulti.
Cur enim Nymphæa inter pulchra ædificia laudantur magno sūptu Cæ-
sarum facta, si tantum in vsu exilientis aquæ facta sunt? Probabile est
etiam Nympharum statuis, & quod aiebat Philander, Nymphæa aqua-
rum copia, quibus Nymphæa delectari credebantur, abundasse, ad lo-
ci pulchritudinem. Ideo alijs *lymphæa* sunt, & *Balnea mulierum*: Præ-
ter hæc Alexandri, & Gordiani, Iouis à P. Viæ. Marci Nymphæum, ab
Ammiano refertur; cuius sedes non ignoratur inter Cœlium, & Palati-
num, vbi erat Seueri Septizonium. *Ad Septizonium, inquit, operis am-
bitiosi Nymphæum Marcus condidit.* Cætera huius Collis ædificia, præ-
ter Thermas Diocletianas, de quibus postea, ignorantur. Nam qui De-
cij Augustales Aedes ibi componunt, nescio an voluntate magis quam
ratione id faciant. Ultra Thermas Diocletianas Campus Viminalis la-
tissime producitur, & Castrorum sedes, de quibus alibi est dictum.

Mons Cœlius. Cap. XII.

Finis, &
ficus Cœ-
lij mōtis.

PLVRIMVM longitudinis, latitudinis haud sane multum habet
Mons COELIVS, & per se magnus adhuc minore altero,
quem COELIOLVM dixerunt, augetur. Cuius hi sunt fi-
nes. Ab Esquilij interiacente seiunctus valle, vbi Amphithea-
trum, Carinæ, & Regio olim Tabernolæ, supra Aedem S. Clementis,
præcelso primum iugo ad Aedem quatuor Coronatorum: tum molli cli-
uo

no prope Basilicam Lateranensem, Orientem versus vsque ad mœnia procurrit. Flexis porrò mœnibus ad Templum S. Crucis (hic enim Colliculus in fine Esquilini, & Cœlij vtriusque, ut dicebam, putatur appendix) largoque intervallo quasi in rectum productis, clauditur à Meridie. Hinc secretus modica planicie à Cœliolo, eoque auctus, extenditur ad vallem Occasum versus, in qua Thermæ Antoniniane, & Piscina olim publica, via Latina, & Appia. Ea valle diuiditur ab Auentino. Hinc rursus contra Palatinum conuertitur, à quo item valle discretus redit ad Amphitheatrum.

Vnde sic dictus Cœlius. Tacit. l. 4. Annal.

Quod spectat ad nomen, Cœlius, à Cœlio Vibenno Tusco Duce nobili est dictus qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Sabinum Regem, ut ait Varro. At Tacitus hoc refert ad posteriora tempora: ut tunc diceretur Querquetulanus à quercubus constitis. *Haud fuerit, inquit, absurdum tradere montem eum, Cœlium, antiquitus Querquetulanum cognomento fuisse quod talis sylua frequens, secundusque erat: mox Cœlium appellatum à Cœlio Vibenna, qui Dux gentis Hetruscæ cum auxilium appellatum ductauisset, sedem eam acceperat à Tarquinio Prisco, seu quis alius Regum dedit; nam scriptores in eo dissentiunt.* Idem eodem loco scribit, actum in Senatu, ut mons Cœlius deinceps Augustus appellaretur, quando deusto monte, & cunctis circumflagentibus sola Tiberij effigies sita in domo Iunij Senatoris inuiolata mansisset. Cum etiam Cæsar obuiam iuerat tribuendo pecunias ex modo detrimenti. An vero Augusti nomine mons cœperit appellari non constat. Constat certè appellationem non mansisse. Dictus postea LATERANVS, à Lateranorum nobilissimorum Ciuium, quorum aliquot Cōsules censentur in fastis, magnificentissimis AEDIBVS: quæ vbi Basilica Lateranensis, & Palatium Pontificium est, fere: atque egregiæ dicuntur à Iuuenale, obsessæquæ à Nerone propter cædem Plautij Laterani Consulis designati. S. Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ: *In Basilica quondam Laterani qui Cesariano truncatus est gladio.* Aurelius Victor: *Lateranum, Cilonem, Anulinum, Bassum, ceterosquæ alios ditauit, Seuerus, Aedibus quoque memoratu dignis; quarum præcipuas videmus, Parthorum quæ dicuntur, ac Laterani.* Eadem Eutropius. Domum Lateranorum successu temporis possedit Constantinus: idemque B. Syluestro habitandam dedit: aut M. I. tiadi, qui B. Syluestrum præcesserat, ut putat Card. Baroaius. Nicephorus. *Quod sane Palatium Lateranense ipse quoque Conitantinus ingentibus impensis magnifice construxit, & Christo sacrauit.* Nam & Basilicam Lateranensem in eo extruxit, & Pontifici Christi Vicario donauit. Deinceps verò in eo Romani Pontifices habitauerunt, donec commigrarunt in Vaticanum, amplissimis ædibus inibi ædificatis.

Laterani ciues dant nomen Laterano.

In Seuero.

Eutropius lib. 10.

Niceph. l. 7. c. 49.

Eiusdem Domus Lateranorum meminit Iulius Capitolinus in Marco Antonino. *Natus est, inquit, Marcus Romæ in Monte Cœlio, in hortis; educatus est in eo loco, in quo natus est, & in domo Aui sui Veri iuxta Aedes Laterani.* Iam pauca sunt quæ de Cœlio eiusquæ ædificijs dici possunt.

In eo prima DOMVS crustata marmore sub Cæsare Dictatore fuit.

X

Plinius:

Lib. 36.
cap. 6.

Plinius: *Primum Romę parietes crusta marmoris operuisse totius domus sup in Cælio Monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram Formys natum Equitem Romanum, Pręfektum Fabrorum C. Cesaris in Gallia. Pręterea Domus TETRICORVM, qui inter XXX. Tyrannos sub Galieno XXII. & XXIII. numerantur, posteaque ducti sunt in triumphum ab Aureliano. Trebellius in Tetrico iuniore: Domus, inquit, Tetricorum hodieque extat in Monte Cælio inter duos lueos, contra Itium Metellinum pulcherrima, in qua Aurelianus piętus est, utrique pretextam tribuens, & Senatoriam dignitatem accipiens. Quam cum dedicasset, Aurelianum ipsum dicuntur duo Tetrici adhibuisse conuiuio. Domus, siue INSVLAE non bona fide venditę meminit Cicero: Cum in Arce Augurium Augures æturi essent, iussissentque Titum Claudium Centimalum qui ades in Cælio monte habebat demoliri eas, quarum altitudo officeret auspicijs. Claudius proscripsit, Insulam vendidit. Ex quo intelligitur, domum in parte Cælij fuisse, quę procurrat versus Palatium Capitolio propinquior; & magna altitudine sublatam, quę captantibus auguria, è Capitolij arce editissima officeret. Quod indicat sublimitatem tectorum Romanorum.*

Cic. lib. 3.
de Offic.

3. Fast.


Campus in eodem MARTIALIS nomine ad Ludos, & Equiria, idest cursus equestres, qui pridie idus Martias ibi fiebant in honorę Martis, si forte Tiberis plana Urbis inundasset. Ovidius:

*Altera gramineo spectabis Equiria Campo;
Quem Tiberis curuis in latus urget aquis.
Qui tamen cieceta si forte tenebitur unda;
Calius accipiet puluerulentus Equos.*

Id raram, cum raro inundet Tiberis, præsertim adulto iam Martio. Et si campus decursionis gratia vacuus ab ædificijs, in dorso Montis non longe à Basilica Lateranensi esse debuit. Porro cliuus, quo secundum Aedem Sanctorum Ioannis, & Pauli ascenditur, VICVS SCAVRI olim dictus, dextrorsum habuit paternas Aedes B. Gregorij, & in Cœnobium, ac S. Andreę Templum à sanctissimo illo Pontifice conuersas.

Domus,
& Curia
Hostilij
Regis.
Liu. lib. 1.
Idest Se-
natui, ad-
lectis Pa-

Verum ad Aedem beatorum Ioannis, & Pauli, Tullij Hostilij DOMVS Tertij Romanorum Regis, & CVRIA de eiusdem nomine HOSTILIA fuit. Hic enim Rex diruta Alba Romam Albanos traduxit. Cælius, inquit Liuius, additur Urbi Mons, & quod frequentius habitaretur, eam sedem Tullus Regia capit, ibique deinde habitauit. Templumque ordini à se aucto Curiam fecit, quę Hostilia usque ad patrum nostrorum statem appellata est.



CVRIA HOSTILIA IN MONTE COELIO

Ferunt Albanos habitasse, vbi Templum Virginis cognomento in Do- tribus, qui
 minica. Alij contra, ibi collocant CASTRA PEREGRINA, dicti mi-
 idest domicilia, & hospitia peregrinorum ab Augusto, vt aiunt instituta: nor gen-
 quibus lapides ibidem inuenti suffragantur; cum primi auctores hac ea- tium.
 dem Castra ponant in montis crepidine, vbi Aedes sanctorum Quatuor Onuphri-
 Coronatorum; quæ sedes quidẽ aptior videtur, ac tutior, de quibus Ca- us in Vr-
 stris Sextus Rufus, & P. Victor in II. Regione Vrbis. Ammianus: *Mis- be.*
sus exinde Romam, Rex Chodamarius Germanorum, in Castris Peregri- Amm. lib.
nis, qua in Monte sunt Cælio, morbo veteris consumptus est. Porro cum 16.
 Albanis nouis Ciuibus traditus fuerit Mons Cælius ad habitandam, eo-
 rumq. principes dicantur à Liuiio Tullij, Seruiliij, Quintij, Geganiij, Cu- Loc. cit.
 riatij, Chlelij: probabilissimum est, nobiles horum familias domos in eo-
 dem colle deinceps habuisse.

Quod autem à P. Victore dicuntur in Cælio fuisse MANSIONES Mansio-
 ALBANAE, suspicor non tam id referri ad veteres illos Albanos, quã nes Mili-
 alios milites, quibus Cæsarum principatu cum in Albano Castra, & fami- tium Alba-
 lia essent, necesseque haberent sapere, accitu Imperatorum, alijsque de nr.

Lib. 8.

causis Romam ventitare, mansiones quoque in eadem, domosque paratas habere debuerunt. Meminit illorum Herodianus: *Visum est, inquit, militibus ijs, quorum ad Urbem Romam sub Monte Albano Castra erant, atque in his liberi eorum, coniungesque relictae neci dedere Maximinum.*

Appian. de Bello ciuil. lib. 3.

Julius Capitolinus in vita Maximini: *Timentes milites, quorum affectus in Albano Monte erant.* affectus autem sunt fortunæ, coniuges, liberi. Refert etiam Appianus, Antonio post mortem Cæsaris turbante Rempubli- cam, ibidem stationes militum fuisse. *Ad portam, inquit, recta properauit Antonius, & inde porro Albam, verbis ut putabat milites redûcturus ad officium; sed cum peteretur telis è mœnibus retrocessit: duæ enim legiones ab illo ad Octauium Cæsarem defecerant. Qui, ut idem auctor paulo post: omnibus Albam conuenire iussis, rem significauit Senatui,*

Dion l. 79. Militum Castra in Albano.

Dion, siue Xiphilinus in Heliogabalo: *Quasi milites quosdam ex ijs cõgisset, qui stipendia faciebant in Albano, Spartian. in Anton. Carac. Pars militum apud Albam, Getam occisum acerrimè accepit: clausisque portis diu Imperator non admissus, nisi delinitis animis, non solum querelis de Getâ, & criminationibus editis, sed enormitate stipendij militibus, ut solet, placatis, atque inde Romam redijt. Extat adhuc, ut aiunt, apud recentem Albam veterum forma Castrorum quadratis muris, quæ adhuc statiuâ militum indicet.*

Templum Claudij Cæsaris.

Iam, ubi Aedes S. Stephani cognomento Rotunda, statuunt Cæsaris **CLAVDII TEMPLVM**, de quo Suetonius in Vespasiano: *Pecit Templum D. Claudij in Cælio Monte cæptum quidem ab Agrippina, sed à Nerone prope funditus destruetum.* Fuisse eo loci docet Frontinus scribens, *arcus Neronianos, qui adhuc visuntur, desijisse ad Templû D. Claudij.* Porro B. Protomartyris Templum ipsum Claudij fuisse probabilius est quam Fauni Capripedis, ut multi, quod scripsit Vgonius, affirmant, nemo probat. Id vero Simplicius I. Pontifex consecrauit. **De eo Anastasius: Dedicauit Basilicam S. Stephani in Cælio Monte.**



TEMPLVM D. CLAVDII IN MONTE COELIO



X3

MONIMENTA TEMPLI D. CLAVDII NVNC S. STEPHANI

6. Fast. In eodem Deæ CARNÆ Aedes cōdita à Bruto primo Cōsule, quæ credebatur cōseruare humana viscera, & præesse cardinibus, vt ait Ouidius.

Prima dies tibi Carna datur, Dea cardinis hac est;

Numine clausa aperit, claudit aperta suo.

Lib. 7. Pluribusquæ fabulam profequitur, quomodo puerorum viscera defendat à strigibus. Ibidem ARMAMENTARIVM. De eo, alijsque Herodianus: *quippe iussis effringi publicis Armamentarijs in quibus pompa magis instrumenta, quam belli asseruabantur.* Aedes insignes VECTILIANÆ in eodem censentur, vbi occisus est Commodus. Quæ *Ves-*

In Chronico.
Iul. Capitolin. Per. tinace.

silianiani dicuntur à Cassiodoro. De ijs Iampridius in Commodo: *Ipse ad Caelium Montem in Vætilianas ades migravit, negans se in Palatio posse dormire.* In eodem DOMVS Philippi ponitur à P. Victore, qui videlicet post Gordianum imperauit. In infimo cliuo eiusdem Cælij M I N E R V A E cognomento captæ Delubrum, fortasse non longe ab æde

Ouid. 3. Fast.

B. Gregorij: vbi quinquatria fiebant XI X. die Martij. Ouidius.

Vna dies media est; & sunt sacra Mineruæ;

Nomina qua à iunelis quinque diebus habent,

Cælius ex alto, qua mons descendit in aquum;

Hic vbi non plana est, sed prope plana via.

Parua licet videas capta delubra Mineruæ.

Quæ Dea natali cœpit habere suo.

Die primo quinquatruum, quo propterea sacra fiebant sine Gladiatoribus, vt idem paulo ante cecinerat.

De Arusp. respons. Li. 4. C. 18. COELIOLI qui Cælio additus modicè accliuus pertingit ad viam Latinam, meminit Varro: eoque traductos ait *Principes de Cælianis, qui à suspitione liberi erant.* M. Tullius: *L. Pisonem quis nescit bis ipsis temporibus maximum, & sanctissimum Diana Sacellum in Caliculo sustulisse?* Hoc, non vt Marliano placet, vbi Aedicula Sancti Ioannis cognomento ante portam Latinam, statuendum est hanc enim in via ipsa Latina positam videmus; cum Sacellum DIANÆ maximum in ipso tumulto qui viæ imminet Cicero posuerit. An ibi L. Cornificius aliquid struxerit, qui sub Augusto Aedem Dianæ ædificauit, incertum est. **Sueton. in Aug. c. 29. Lib. 12. Epig. 18.** De vtroque Cælio Martialis.

Dum per limina te potentiorum

Sudatrix toga ventilat, vagumque

Maior Cælius, & minor fatigant.

Mons Auentinus. Cap. XIII.

Situs, & fines Auentini Colliis.

PERAMPLVS latissime patet, longior tamen, quam latior AVENTINVS. Cuius hi sunt fines. A Tiberi, quo, interiecta angusta via, ferme alluitur, secundum Velabrum, Circi olim Maximi sedem, & Appiam viam, ad portam vsque Capenam excurrit. Ab ea conuersus, semperq; Pomærio terminatus, secundum Vr-

bis

bis moenia pertinet ad portam Hostiensem, nunc S. Pauli. Inde inter Septemtrionem, & Occasum è lata planicie exurgit, vbi Testaceus mons. Tum redit ad Tiberim. Eundem angusta valle diuisum via intersecat, quæ à porta Hostiensi recta tendit ad Amphitheatrum. Inde biceps Auētinus, duosque vertices vetustis Sanctorum Templis nobiles latè extollit. Vinetis, & hortis hoc æuo confitus: olim nemorosus, plurimisque lucis inumbratus. Ouidius:

Cacus Auenting timor, atque infamia syluæ.

Et alibi. Dionysius: *Syluis obsitus varij generis, præcipuè lauro, vnde LAVRETVM pars eius dicitur.* Plinius: *LORETVM in Auentino vocatur, vbi sylua lauri fuit.* P. Victor. *Vicum Loreti minoris: alterum Loreti maioris, vbi erat Vertumnus.* Ea de causa, quod extra Pomerium vsque ad Claudium Cæsarem, & antiquitatis infrequens ædibus Ciuium esset: illò secedenti velut in campos plebi capacem sedem præbuit. Nomen autem sortitum ferunt ab auibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aues: alij à Rege Auentino Albano, quod ibi sit sepultus: alij ab aduentu hominum, quod commune Latinorum ihî Diana Templum sit constitutum: ego maxime puto ab aduentu: nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus. Hæc Varro. Idem M V R C V S dictus, à Murcia Deo Sacello, vt ait Festus. Hoc Myrtæ Veneris fuit in Valle Circi Maximi. Sed & locus in summo Auentino R E M V R I A, eodem auctore, dicitur vbi Remus de Vrbe condenda fuerat auspicatus.

Auētinus
biceps, &
nemorosus.
1. Fatt.
Dionys.
lib. 3.
Plin. l. 15.
cap. 30.

Porrò illud celebre D I A N A E Templum impellente Seruio Tullio Rege populi Latini cum populo Romano fecere: *Quemadmodum, vt ait Liuius, inelytum Diana Ephesia sanum communiter à Ciuitatibus Asia factum fama ferebat.* Addit Dionysius, à Seruio fœderis leges conscriptas Ciuitatibus, ritusque celebrandi festi, eiusque participes Ciuitates in area, Columna incisas ad suam vsque ætatem permanuisse. Affixa erant huic Templo, quod solum Dianæ agnoscit in Auentino Plutarchus, boum cornua; cum reliquis Dianæ fanis, vt idem ait, ceruorum cornua Romani affigerent. Causa fuit, quam ipse, & Liuius narrant; quod bouem ingenti specie, ac magnitudine, quæ populo: cuius Ciuis eam Dianæ immolasset, portendere credebatur imperium. Romanus decepto, missoque ad Tiberim viro Sabino, vt se flumine perfunderet, bouem mactauit. *Fixa, inquit Liuius, per multas ætates cornua in vestibulo Templi Diana monumentum ei fuisse miraculo.* Sed & alia, præter ea mactatæ bouis, adiecta cornua indicat Plutarchi locus. Neque huius Templi sedes, vbi nunc S. Sabinæ colitur, statuenda est, vt quibusdam placet. sic enim legimus apud Martialem.

Liu. lib. 1.

Dionys.
l. 4. antiq.

In q. Ro.
quæst. 4.

Liu. lib. 1.

Dianæ Tē
plum vbi
esset.
lib. 6.
Epig. 64.

*Quique videt propius magni certamina Circi,
Laudat Auentina vicinus Sura Diana.*

Palphurius enim Sura nobilis Orator è domo propinqua Dianæ Templo in Circum Maximum despiciebat. Circus autem sub altero Auentini latere, quo ad ortum spectat & Palatium, iacebat; cum Aedes B. Sabinæ martyris imminens Tiberi cum suo Collis iugo septemtrionem prospiciat.

ciat. Itaque Dianæ Templum potius statuendum est in summo cliuo sinistrorsum, versus Aedem B. Priscæ. Hæc enim est aptior sedes, facilemque prospectum habet in Palatinum, Capitolium, Cœlium, aliaque veteris Urbis loca celeberrima. Ab eius fani nobilitate Auentinus Dianæ Collis dictus est. Martialis.

Lib. 7.
Epig. 72.

Esquilij domus est, domus est tibi Colle Diana:

Idem: *Aut Collem domina teris Diana.*

Sil. lib. 13. Hic Dianam aduersus Annibalem confedisse cecinit Silius.

*At qua vicinis tollit se collibus alta
Molis Auentinus, viden vt Latonia virgo
Accensas quatit Pblegetontis gurgite tadas?*

Plutarc.
in vita
Gracc.

Eo confugit C. Gracchus vim fugiens Opimij Consulis, indeq; trans Tiberim elapsus est, quod frustra adducit Marlianus vt Templum ad D. Sabinæ statuatur; nam eodem modo elabi potuit ex eo, quem designauit, loco.

Lib. 2. de
Bell. ciu.

Appianus id quasi propugnaculum Gracchanos occupasse memorat, vt ostendatur firmitas, & magnitudo ædificij. *Cum his, inquit, qui eos circumsteterant, Diana Templum inuadentes per vim retinere conabantur.* In eodem Colle aliud Templum eadem Diana diuerso habuit nomine LVNÆ enim Templum dictum est. De eo P. Victor. Colebatur

Li. 3. Fast.

in fine Martij mensis. Ouidi 15:

*Luna regit menses; huius quoque tempora mensis
Finit Auentino Luna colenda iugo.*

Vitruuius
lib. 5. c. 3.

Hæc fortasse illa est ædes, quam ornauit L. Mummius, Vitruuius: *Auream habemus L. Mummius, qui diruto Theatro Corinthiorum eius antea Romam deportauit, ea de Manubijs ad aedem Luna dedicauit.*

Ibidem IVNONIS REGINÆ fanum celebre, quod captis

Liu. dec. 1.
lib. 5.

Veijs, & asportato Iunonis simulacro ex præda Veientana Camillus condidit. Liius. *Integramque in Auentinum, æternam sedem suam, quod vota Romani Dictatoris vouerant, perlatam.* Vbi Templum ei postea idem qui vouerat Camillus, dedicauit. De alio signo idem: *Signum æneum matronæ Iunoni in Auentino edificauerunt.* Idem alibi: *Tacta de Cælo*

Dec. 3 l. 2.
Dec. 3 l. 7.

Aedes in Auentino Iunonis Regina. Et paulo post: *per Boarium Forum in cliuum publicum, atque Aedem Iunonis Regina peruentum.* Cliuo publico ascendebatur in Auentinum è valle Circi, vt hodie ad latus Aedis

S. Anastasie videmus. Prope summum cliuum dextrorsum sita

Aedes S. Sabinæ. Itaque hic potius Iunonis Reginæ,

non autem commune illud Dianæ Templum col-

locandum est. Videmus in veterem Augu-

starum numismatis frequentem Iu-

nonis Reginæ effigiem.

* * *

Vbi Tem-
plum Iu-
nonis Re-
ginæ.



Templi Mineræ in eodem colle incerta sedes. Celebrabatur à Populo die decima septima Iunij. Ita Ovidius:

Li. 6. Fast.

*Iam sex, & totidem lucas de mense supersunt;
Huic unum numero tu tamen adde diem.
Sol abit è Geminis, & Canceri signa rubescunt;
Cæpit Auentina Pallas in arce coli.*

In eodem summo Colle, quæ pars REMVRIA dicta est, Aedes BONAE DEAE condita, quæcunque illa fuerit; cui tantum sceminæ sacra faciebant. Ovidius:

Li. 9. Fast.

*Interea diua canenda Bona est.
Est moles natiua loco; res nomina fecit:
Appellant saxum; pars bona montis ea est.
Huic Remus infliterat frustra, quo tempore fratri
Regna palatina prima dedistis aues.
Templa patres illic oculos exosa viriles
Leniter accliuu constituuere iugo.*

Claudia Virgo Vestalis dedicauit. postea verò,
Liuis restituit; ne non imitata maritum
Effet; & ex omni parte sequuta virum.

Interpres Ouidij molem illam seu locum natura editum, qui saxum dicebatur, capratis Remi auspicijs insignem, Tiberi imminentem faciunt: & Antiquarij antiquam Aedem, vbi Templum S. Mariæ cognomento Auentinæ colitur, ibi constituunt. Videant tamen oportet, an leniter accliuum dici possit iugum, edita tamen pars Auentini, vbi Aedes Magnæ Virginis; quod de sede Templi Bonæ Deæ dictum est. Spartianus de Adriano: Fecit & Aedem Bonæ Deæ. An hoc ipsum, an alibi positum, non constat.

Remuria,
& Aedes
Bonæ Deæ
vbi essent.

In ea quidem parte, quæ vergit ad Tiberim CACI olim spelunca fluuiio imminebat; moles enim saxea teste Virgilio, *Speluncæ dorso insurgens* — *Iguum ad amnem incumbibat.* Propterea Herculis Victoris Templum in eadem crepidine collocant, vbi Carum latronem magna incolarum lætitia occiderat. Vbi & scalæ GEMONIAE decliues in Tiberim apponuntur; quò trahebantur, abiciebanturq; supplicio damnati. Harum

Caci spelunca.

Fulu. lib. 2
Marl. lib. 4
cap. 4.

Coel. Rho
dig. lib. 10
cap. 5.
Dion. l. 59

rum crebra mentio apud auctores. P. Victor in xliij. Regione Auentini posuit. *Dicli Gemonij gradus, quod locus esset gemitus, & calamitatum. Nam quod aliqui augurantur de Gemonio auctore, & vel qui primus sit exturbatus, parum comperi. Gradus vel Scalæ dicebantur, quod surrectus foret locus, & gradibus quibusdam conscenderetur.* Cælius Rhodiginus. Quasi in summum scalarum damnati abijcerentur. Mihi ve isimilius est in alijs etiam gradibus fuisse depositos, ideoque paulo latioribus. Quod indicant numerosæ sub aliquot Principibus cædes. Dion: *Hoc modo multi viri morte affecti, multe mulieres aliq in carcere, alia ad tribunal protracta captiuarum instar: & earum quoque in Gemonias proiecia corpora.*

Dion. l. 58.

At Dion ipse Gemoniarum sedem incertam facit. Nam de Sciano sic ait: *Cumque in Capitolio sacrificasset, ac inde in Forum descenderet, serui eius stipatores cum propter turbam eum sequi non possent, in viam, quæ ad carcerem ducit, diuenterunt ac per Scalas Gemonias lapsi deciderunt.* Hæ igitur non in præcipiti cliuo Auentini ad Tiberim; sed in crepidine Capitolij, aut prope carcerem fuerunt. Neque dicas, in codice Græco Gemonias non legi, qui habet: *καὶ τῶν ἀναβασιμῶν, καὶ ὅ οἱ διαφύμμοι ἐρρίπτοντο, καπόντες ἄλλωρον, & κατίπουν.* Et per gradus, in quos damnati proieiebantur, descendentes lapsi sunt, & deciderunt. Quid enim aliud hi gradus, nisi Gemoniæ sunt? De quibus eodem modo ipse auctor alibi loquitur. Paulo ante de Sabino: *σῶμα αὐτῆς τῆς ἀναβασιμῶν ἐρρίφθη.* Et postea de Sciano: *καὶ τῆς ἀναβασιμῶν ἐρρίφθη in gradus abiectus est.* quos duos in Gemonias abiectos fuisse constat ex Plinio, Tacito, Suetonio. Equidem quid Dion loco illo sibi velit, nisi Gemonias velit Capitolio adhærentes, non intelligo. Contra tamen P. Victor, & alij, præter eos, quod dixi, Antiquarij, & Alexander sentiunt. Qui vtrumque tueri velit, auctores habet, quibus id tueatur.

Plin. l. 8.
cap. 40.
Tac. Ann.
lib. 5.
Sueton. in
vita Tib.
cap. 61.
Alex. ab
Alex li. 3.
Gen. dict.
cap. 5.
Ædes
Herculis,
& Siluani.
Vinea
Coll. Ro-
mani.

Iam P. Victor HERCVLIS, & SILVANI cõmunem facit Aedem in Auentino. Aliamquæ Siluano propriam attribuit, & fontem. Hæc forte Aedes in altero montis vertice vbi Templum S. Balbinæ, dicata est, in quo effossus est lapis Principe olim Traiano positus, inuentusquæ à pastinatoribus in vinea ad Thermas Antonianas. Porrò eius Tabulæ marmoreæ tres in partes diffractæ pars media cum litteris tituli periijt, cuius verba diuerso charactere notata suppleuimus. Sic autem se habet integra inscriptio. Sic legitur, Concameratione, & Vipstano.

Numini domus Augusta & Sancti Siluani salutaris sacrum

Imp. Caf. Nerue Traiani optimi Princ. Germ. Da cici imagines argenteas

Parastaticas cum suis ornamentis, & regulis, & basibus, & concameratione ferrea

C. Iulius Nymphius dec. annalis sua pecunia ponendas curauit donumque dedit

In Templo S. Siluani salutaris quod est in hortis Auentinis, & pradio suo dedicauitque

Idibus Ianuaris L. Vipstano Messala Q. Pedone Coff.

Sancti autē cognomentum Siluano attributum veteres lapides apud Gruterum, & alij demonstrant.

Porro **ELICII IOVIS** Ara ad radices Auentini nō longe à Tiberi fortasse fuit; vbi fons in antro, & circumposita sylua. Fons **EGERIAE** Nymphæ credebatur esse; cum qua sermones nocturnos, vt rudi, ac bellico populo religionem inijceret, simulauit Numa. De eo fonte Ouidius: *Defluit incerto lapidosus murmure riuus; Sapè, sed exiguis haufibus inde bibi. Egeria est, quæ præbet aquas Dea grata Camœnis; Illa Numa coniux, consiliumque fuit.* Ara Iouis Elicij.
3. Fast.

Tum de sylua, & fonte simul canit.

*Lucus Auentino suberat niger ilicis umbra,
Quo possis viso dicere, numen inest.
In meo gramen, muscoque adoperta virenti
Manabat saxo vena perennis aqua.*

Deinde vero. *Eliciant Cælo te Iuppiter, vnde minores
Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.
Constat Auentina tremuisse cacumina sylua,
Terraque subsedit pondere pressa Iouis.*

Vicinior Tiberi locus **HILERNA** nomine, item cum luco. Ouidius: *Ouid. 6. Fast.*
*Adiacet antiquus Tiberino lucus Hilerna:
Pontifices illuc, nunc quoque dona ferunt.*

In eodem Auentino priuata **DOMVS** Vitellij Cæsaris, siue eius uxoris fuit, cum eius frater prope Forum habitaret. Tacitus: *Cur enim è rostris, fratris domum imminentem Foro, & irritandis hominum oculis, quæ Auentinum, & penates uxoris vitisset?* Tac. lib. 3. Histor.

Ibidem **TEMPLVM**, & **ATRIVM LIBERTATIS** P. VIstor constituit. De Templo Liuius: *Digna res visa, vt simulacrum celebrati eius diei, quo contra Hannenem Annibalis ducem pugnavit ab Beneuentum, Gracchus postquam Romam redijt, pingi iuberet in Aede Libertatis, quam Pater eius in Auentino ex multatitia pecunia faciendam curauit, dedicauitque.* Atrium aiunt ab Aelio Pato, & Cornelio Cethego Censoribus resectum, & ampliatum. De eo Liuius: *Custodiebantur obsides Tarentini in Atrio Libertatis minore cura.* Idē **TABVLARII** Dec. 3. l. 4.
Dec. 5. l. 3.

Atrio adiuncti alibi meminit: *Censures extemplo in Atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis, clausoque Tabulario, & dimissis seruis publicis, negarunt se prius quicquam publici negotij gesturos, quam iudicium populi de se factum esset.* De eodem. *Atrium Libertatis, & Villa publica ab eisdem Censoribus resecta amplificataque.* Tacitus. *Præceptum vt Germanicos milites è Libertatis Atrio accerferent.* Cæterum præter hoc in Auentino, aliud alibi **ATRIVM LIBERTATIS** ponit locus Marci Tullij, nisi corruptus est: *Paulus, inquit, in medio Foro Basilicam iam pæne texuit ysdem antiquis columnis. illam autem, quam locauit, facit magnificentissimam. Quid quaris? nihil gratius illo monumento, nihil gloriosius. Itaque Cæsaris amici (medico, & Oppium) dis-* Dec. 4. l. 4.
Tac. lib. 1. Histor.
Lib. 4. Ep. ad Attic.
Ep. 15.
rum-

*rum parisi lisset, monumentum illud, quod tu tollere laudibus solebas, ut Forum laxaremus. & usque ad Atrium Libertatis explicaremus, contemptissimus sexcenties sextertium. cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. Video cum magnis viris locum esse suspectum. Sed siue Tullius loquatur de Foro Caesaris explicando usque ad Atrium Libertatis, ut placet Manutio, mihi què magis probatur: siue disuncta voce, Forum ut placet Lambino (nam & alij aliter legunt) loquatur de Pauli Basilica pertingente ad Atrium Libertatis; utrumque ædificium longe distabat ab Auentino. Pauli enim Basilica, ut alibi diximus, in Foro Romano prope Templum Faustinae paulo remotius Forum Caesaris à tergo Templi Pacis fuit. Itaque hoc Libertatis Atrium non longe à cliuo mittente in Esquilias prope Turrim Comitum fuisse crediderim. Addam hoc loco de Basilica Pauli, quod supra omisi, à Lepido eiusdem gentis ornatam fuisse sub Tiberio. Tacitus: *Lepidus à Senatu petiuit, ut Basilicam Pauli, Aemilia monumenta propria pecunia firmaret ornaretque. Et paulo post: Lepidus quamquam pecunia modicus auitam decus recoluit.**

Tac. lib. 3.
Annal.

Armilustrium.

Demum quoniam in eodè Auentino ponitur *ARMILVSTRIVM: Armilustrium*, a. t. Varro, *ab eo quod in Armilustro armati sacra faciunt, nisi locus potius aërius ab his; sed quod de his prius, id ab ludendo, aut lustro est, quod circumibant ludentes ancilibus armati.* Quod ergo Salij, qui galeam, clypeum, & enses ferebant, illud in sacris circumirent, non quod ibi recenserentur arma, & milites, ut placuit Volaterrano, dictum est Armilustrium. Positum hoc erat in ipso Colle. Nam Plutarchus de Romulo sic scribit: *Corpus Tatij magno honore Romam delatum tumulauit in Auentino ad Armilustrium.* Censum autem militum, aliaquè bellica munia Campus Martius sibi ab initio vendicauit.

Subiecta est ab utroque latere Colli Auentino planities amplior illa, quæ sinistrorsum alluitur Tiberi, ubi in ipsis mœnibus *PYRAMIS* sepulchralis *C. Cæstij*. Hæc ex quadratis constat marmoribus, decrescente paulatim, & in acumen desinente struatur. *C. Cæstio* condita est, eorum Collegio, qui quod epulare sacrificium in ludis facerent, Epulones dicti. Duplex in ea titulus. *Alce*, quæ Occidentem spectat, sic inscripta bipedalibus litteris.

C. CESTIVS. L. F. POB. EPVLO. PR. TR. PL

VII. VIR. EPVLONVM

Altera verò parte, quæ Orientem spectat, sic; sed multo minoribus litteris.

OPVS. ABSOLVTVM. EX. TESTAMENTO. DIEBVS. CCCXXX

ARBITRATV

PONTI. P. B. CLAMELAE. HEREDIS. ET. PONTI. L

Non



SEPVLCHRVM C. CESTII.

Mons Testaceus.

Non longe visitur TESTACEVS mons. Hunc verò colliculum è valle vndique exurgente testarum, vasorumque fragmētis extitisse a'unt. Mirum vnde tanta copia figlinorum operum: nec satis causæ affertur, cur in eum locum comportata, & in cumulum coaceruata fuerint. Fictilium quidem ibi reliquæ congestæ conspiciuntur: sed cur in collem creuerint alij probabiliter, si licet, exponant. Nam de eo perpetuum apud antiquos silentium. Quidam Romæ opinantur factum è fragmentis vrnarum, quæ olim fiebant ad excipiendos cineres crematorum corporum, & magna copia, diuersaque figura quotidie non solum è vineis, sed tota Romana planicie effodiuntur. Sed an vere in vnum coaceruata locum, cur, quandoque fuerint, dicere non possunt.

Dec. 4. lib. 10.

Iam vero prope fluiuium olim SALINAE, salis conditoria. Ibidem NAVALIA. Lilius: *Porticum extra portam Trigeminam, & aliam post Naualia.* Erant enim coniuncta loca. È Regione Naualium trans

Dec. 1. 1. 3.

Tiberim PRATA QUINTIA, à Quintio Cincinnato dicta. Lilius: *L. Quintius trans Tiberim contra eum ipsum locum, vbi nunc Naualia sunt, quatuor iugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur.* Itaque vetera Naualia, Lionysio auctore, prope pontem Sublicium statuenda sunt. Prata autem Quintia, non ea dicenda, quæ hodie vulgari

Prata Neroniana.

appellatione, PRATA, iacent inter Molem Adriani, & Pontem Miluium tantoque interuallo à ponte olim Sublicio, & Naualibus distant. Nuncupat hæc Procopius NERONIANA prata: Quintia certe nõ sunt. Neque enim Naualia fuerunt in campo Martio, qui campis illis est obiectus; etsi non omnibus, & vitrà, ad pontem vsque Miluium protensis. Quo nòodo enim, si ibi fuissent, intersepto pontibus fluiuo, onerariæ magnæque naues præaltis maris, velisque diffusæ eò deduci potuissent?

Liu. Dec. 5. lib. 5.

Lilius: *Senatus sacrificari iussit. Naues, quæ in Tiberi parate instruetæque stabant, vt si Rex posset resistere, in Macedoniam mitterentur, subduci, & in Naualibus collocari.* Plutarchus de Catone minore, qui è Cypro rediens classi aduersum Tiberim erat inuectus: *Insolens, inquit, visum, quòd ad Consules, & Prætores effusos obuiam non descenderit, neque cursum inhibuerit; sed incitata hexeri Regia ripam præteruectus & vñke*

Plutar. in eius vita.

αὐτῆς ἐξῆς, ἢ καὶ δομῆσαι τὸ σόλον εἰς τὸ νεώ εἰον. non impetum remisit prius, quam appulerit classem ad Nauale. Erat ergo ad Auentinum, & prima Urbis moenia Nauale, quò comodus, esset traiectus à mari; vt hodieque Tiberinus ille tractus nauibus opportunam stationem præbet. Porro ager ille quatuor iugerum, seu prata Quintia, vbi horti sunt ad Ædem D. Frâncisci, trans Tiberim fuere. Neque negotiũ faceffit Plinius scribens: *Cincinnato aranti quatuor sua iugera in Vaticano.* Vt enim Vaticanus montes à ponte Miluio ad Ianiculum pertinent: ita & campi. Qui enim trās Tiberim intra illos montes iacent, Vaticani sunt.

Nauis sex remorum.

Plin. 1. 18. cap. 3.

Nauali additum erat EMPORIUM pro rebus venalibus, quæ in Urbem importabantur. Lilius: *Censores extra portam Trigeminam Emporium lapide strauerunt, stipitibusque seperunt: & porticum Aemiliam reficiendam curarunt: gradibusque ascensum ab Tiberi in Emporium fecerunt:*

Emporiũ. Dec. 5. 1. 5. Dec. 4. lib. 10.



LIBERTIVS

TESTACEVS MONS



Ædificia
ad Auen-
tium.

cerunt: & extra eandem portam in Auentinum porticū silice strauerunt; Et: Censor faciendum curauit Forum, & Porticum extra portam Trigeminam, & aliam post Naualia, & ad fanum Herculis. Alibi autem diximus, hanc portam fuisse, vbi nunc Templum S. Martiæ cognomento in Cosmedin, prope quam erat Aedes Herculis. Quare huiusmodi fuit locorum, & ædificiorum situs. A fano Herculis ad portam Trigeminam Porticus fuit. Extra portam alia Porticus, donec angustia inter Auentinum, & Tiberim laxantur in planiciem. Ibi Forum: Post hoc Naualia; vbi alia Porticus. Naualibus adiunctum Emporium. Extra eandem portam alia Porticus. Linius: *Aediles Porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.* Hanc dextrorsum versus Tiberim fuisse reor, antequam fluuio obiectus Auentinus tenuē spatium interiectum relinquat. Aemilia autem porticus hic sita, & refecta à Censoribus diuersa est ab illa, quam supra prope Forum statuimus.

Dec. 4. l. 5.

Liu. Dec. 1
Lib. 6.

Fast. lib. 6.

Plura, & celebriora ædificia dexterum Auentini latus in subiecta valle despexit. Ibi enim porta Capena non minus Appiæ viæ, cui imminabat celebritate, quam se ipsa celebris, quippe quæ primæ Urbis Regioni nomen dederit. Extra hanc portam nobis fuit Templum Martis. De eo Linius: *Eo anno AEDES MARTIS Gallico bello vota dedicata est à Tito Quintio Duumuiro sacris faciendis.* Idem: *Semitamque saxo quadrato à porta Capena ad Templum Martis strauerunt.* Idem: *viam silice sternendam à porta Capena ad Martis Aedem locauerunt.* Ouidius.

Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extra.

Apositum tellæ porta Capena via.

Tellam viam appellat, cui esset imposita Porticus. Fuerunt enim crebri fornices extra Romanas portas. Interpres, *Ab Oppido, inquit, tellæ denominata, quæ in Flaminiam quoque ducebat.* Nec est audiendus. Vtraque enim via quid magis diffitum? Cum Appia extra Capenam, quæ etiam ibi tellæ ob Porticum impositam dicebatur, in Campanos: Flaminia ad Gallos mitteret. Neque Martialis hanc, vt idem autumat, illo versu intelligere potuit:

Sic legendum non
tellæ.

In Iudo
de morte
Claudij.

In lib. 1.
Æneid.

Fulu. lib. 1
Interpres
Ouid. loc.
citato.

Lingonus à recta, Flaminiaque recens.
Tres enim viæ præcipuè fuerunt in Campo Martio: *Fornicata* propior Colli Hortulorum: *Media*: quæ etiam Flaminia. *Recta* propior Tiberi quæ minorem in Campum è Martio mittebat. Seneca: *Inter Tiberim & viam Rectam descendit ad inferos.* Hanc Martialis, non tellam inculcat. Quod si tellam legas, *fornicatam* intelliges. Sed vt redeam ad Martis Templum, prope portam id fuit. Monet Seruius: *In Vrbe duo Martis Tempia sunt: vnum Quirini intra Urbem, quasi custodis, & tranquillii: aliud in Appia via extra Urbem prope portam, quasi Bellatoris, vel Gradui.* Nam, vt alias dixi ex Vitruuio, Martis, Bellonæ, Vulcani, & alia huiusmodi Deorum Tempia extra Urbem præsci amandarunt: sero intra eandem recepta. Quod autem aiunt hoc Templum in Aedilitate à Syl-la consecratum positumque super centum columnas; vellem cum auctore dictum clarius explicassent. Quid enim est poni supra centum columnas,

nas, quæ solent non Templum, sed tectum sustinere? Legi equidem apud Lampridium de Alexandro Severo: *Basilicam Alexandrinam instituerat inter Campum Martium, & septa Agrippiana in latitudinem pedum centum, in longitudinem pedum mille, ita ut tota columnis penderet; quam efficere non potuit morte praeventus.* An simile opus intelligant, & pares illi extruendo Aedili Syllæ opes attribuunt, ipsi exponant. Ilud exploratius; insignem pompam ab eo Templo ad Castoris, in Forum quotannis fuisse deductam Idibus Quintilibus. Dionysius: *Per tribus, & Centurias, inquit, distincti qui equos habent ex publico, ordine inequis vebuntur omnes, quasi è pugna redeant, coronati fronde oleagina, & togis palmatis amicti, quas vocant trabeas initio pompe factis ab Aede Martis, quæ extra Urbem sita est, & pertranseunt cum ceteras Urbis partes tum Forum, ademque Castorum, nonnunquam quinque virorum millia, gerentes quidquid donorum militarium acceperunt à Ducibus. egregium sane spectaculum dignumque Imperij magnitudine.* Id institutum a Q. Fabio Censore, qui primus Maximi cognomen accepit. Livius: *Ab eodem institutum dicitur, ut Equites Idibus Quintilibus transfueberentur.* Alterius spectaculi meminit Dion, scribens: *Equestria certamina, quæ Kalendis Augusti exhibentur, instituta sunt propterea quod ea die Martis aedes consecrata est.* Sed loquitur de Aede Martis in Foro Augusti. Idem alterum Templum Martis statuit in Campo Martio: *Templum, inquit, Martis in Campo Martio fulmine ictum erat.*

Lib. 6. Ro.
Aut,

Dec. 1. 1. 9.

Dion. 1. 59

Ext a eandem portam MANALIS LAPIS, de quo Festus: *Manalem Lapidem vocabant petram quandam quæ erat extra portam Capenam iuxta aedem Martis, quam cum propter nimiam siccitatem in Urbem protraherent, insequeretur pluvia statim, eumque quod aqua manaret, Manalem Lapidem dixerunt.* Ibidem crebri, vberes, & madidæ Capenæ fontes: & TEMPESTATIS Aedes, quam Metellus, tempestatem Sardo mari passus, vouit, posuitque: an Claudius, ut alij, vanissimo numini vaniora capta. Ovidius.

6. Fast.

Te quoque Tempestas meritam delubra fatemur

Cum pæne est Coris obruta Classis Aquis.

Plura intra portam suere Tempia. Cicero ad Atticum. *Cum venissem ad portam Capenam gradus Templorum ab infima plebe completi erant, à qua plauso maximo cum esset mihi gratulatio significata.* Inter hæc Tempia numerantur Aedes Mineræ, Spei, Isidis, Fortuna, Camænarum. Hæc Fulvius Nobilior extruxit ad eandem portam, & lucos instruxit, cum antea lucum alterum perenni amœnum fonte Camænis Numa dicauerit, & in eo Fidei sacrarium constituerit, ut refert Livius. Aedis Camænarum meminit Plinius. *Notatum ab auctoribus, & L. Aetium poetam in Camænarum Aede maxima forma statuam sibi posuisse, cum brevis admodum fuisset.* De ea Martialis.

Li. 4. Epig.

1.

Dec. 1. 1. 1.

Plin. 1. 34.

cap. 5.

Li. 2. Epig.

6.

Et cum currere debeas Bouillas,

Iter iungere quaris ad Camænas.



Lib. 9.
eiusd.
Dec.

Plin. lib.
35. cap.
10.

In Claud.
cap. 1.
Tac lib. 2.
Ann.

Lib. 3. Ep.
ad q. frat.
epist. 7.

In Seuero

Bonillæ enim in via Appia. Ibidem Templum HONORIS, & VIRTUTIS. Hoc vouerat bello Gallico Marcellus, sed duo fecit. Causam affert Livijs: *Marcellum alia atque alia obiecta animo religiones tenebant. In quibus quod cum bello Gallico ad Clafidium Oppidum Ligurum Aedem Honori, & Virtuti vouisset, dedicatio eius à Pötificibus impediabatur: quod negabāt unā cellam amplius quam vni Deo recte dedicari. quia si de Cælo tacta, aut prodigij aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret; quod vtri Deo diuina res fieret, sciri non posset. Neque enim duobus, nisi certis Deis ritè vna hostia fieri. Ita addita Virtutis Aedes approperto opere. Et alibi: Aedem Virtutis eo anno ad portam Capenam M. Marcellus dedicauit, septimo decimo anno postquam à patre eius primo Consulatu vota in Gallia ad Clafidium fuerat. Restituit has Aedes Vespasianus auctore Plinio: Fuere, inquit, in auctoritate Cornelius Pinus, & Aelius Priscus qui Honoris, & Virtutis Aedes Imperatori Vespasiano Augusto restituenti pinxerunt. Tres ARCVS triumphales à P. Victore in Regione viæ Capenæ collocantur. Arcus D. VERI Parthici: Arcus D. TRAIANI; Arcus DRVSI. De hoc Suetonius: Druso Senatus marmoreum Arcum cum trophæis via Appia decreuit. Decreuit & Germanico Drusi filio. Tacitus: Arcus additi Romæ, & apud ripam Rbeni, & in Monte Syria Amano. Aedes item Honoris, & Virtutis à Mario positæ memorantur, de loco non constat.*

In eadem via, alia tamen Regione, eaque duodecima Piscinam publicam locant, ad Templum nunc S. Sixti. Hæc quamuis dederit nomen Regioni, non tamen mansit, seruato duntaxat loci nomine. Festus: *Piscina publica hodiequè nomen manet, ipsa non extat; ad quam & natus, & exercitationis alioqui causa veniebat populus. Cicero. Romæ, & maxime Appia ad Martis, mira proluuies. Crassipedis ambulatio ablata: horti, tabernæ plurimæ: magna vis aquæ vsque ad Piscinam publicam. Ammianus: Obeliscus per Ostiensem portam, Piscinamque publicam Circo illatus est maximo.*

Sed qua via Appia flexus est ad Arcum Constantini inter Cælium, & Palatinam, occurrebat olim contra Templum S. Gregorij Septizonium Septimij Seueri. Sepulchrum illi positum, & posteris Antoninis. de eo Spartianus: *Auream urnulam tantum fuisse dicunt Seueri reliquias continentem, Antoninorum sepulchro illatam. Cum Septizonium faceret, nihil aliud cogitauit; quam ut ex Africa venientibus suum opus occurreret, &*

nisi

nisi absente eo per Præfictum Urbis medium simulacrum eius esset locatum aditum Palatinis adibus idest Regium atrium ab ea parte facere voluisse perhibetur. Et ante scripserat: Opera publica præcipue eius extant Septizonium, & Therma Seueriana. Idem in Antonino Geta. Illatus est maiorum sepulchro, hoc est Seueri, quod est in Appia via eantibus ad portam dexteram specie Septizonij extructum quod sibi ille viuus orauerat. Erat porro Septizonium per magna moles, quæ septem veluti zonis, & præcinctionibus ambiretur. Zonæ autem sunt columnarum ordines, quæ quo altiores, eo minores essent. Et alia fuisse in Vrbe huiusmodi ædificia supra diximus: natumque Titum Cæsarem prope Septizonium; vnde cognomentum Templo S. Lucæ ad Septisolia. Septizonij autem Seueriani tres tantum supererant ordines columnarum æuo Marliani, nam hodie nihil apparet, & tanta, inquit, est trium horum altitudo, ut maiorem habuisse non fiat verisimile. Idem sentit Philander: Ultra quartam, inquit, columnationem sursum versus non puto antiquos esse progressos. Neque Septizonium via Appia inter Palatinum, & Cælium montes à Seuero Imperatore extructum à septeno columnarum ordine vocatum est. Arguunt, qui super sunt tres altitudine spectabiles: arguunt interioris ædificij ex quadrato lapide inter septa quedam, & veluti solaria, ut loquuntur, siue tabulata, unde à nonnullis Septisolum nominatur. Quod ceteri parum viderunt, qui alios quatuor columnarum ordines super impositos fuisse existimauerunt. Nec credibilis reliqua altitudo fastigium ad cacumen æstimantibus, Hæc ille. Verum hos auctores primo aliorum vulnerat auctoritas, quibus spectenus ille ordo asseritur. Deinde quia Septizonium sepulchrum erat, in medio, nempe summo loco, statuam Seueri positam sustinens, ut ex Spartiano dictum est, tuto inferri potest, instar Mausolei, atque eius tabernaculi, pyraeue forma extructum, quam in consecratione Diuorum cremabant, in Campo. Illa autem ultra quartum suggestum, & gradum attollebat alios inferioribus contractiores, donec ad extremum perueniretur; ut constat ex Herodiano, qui huius rei luculentus auctor, comparat turribus gradatim decreescentibus, quæ in portu nocte prælucentes Phari dicuntur. Idem plurima ex antiquis numismata demonstrant, quamquam non omnes gradus breui schemate comprehenderit. Illa ergo Seueri statua in medio, summoque, & perexiguo suggestu locabatur. Quod sane imago Septizonij, ab ijs proposita non repræsentat, neque definit in turritum, atque extenuatum cacumen. Quare ultra tertiam columnationem ad septimum, diminuto ordine, & coarctata turris altitudine erectum Septizonium libens affirmo. Porro Schema, quod figurant, non mutilatum solum, sed dimidiatum est; quod tamen additis ordinibus perfici potest. Eadem recta via, & sine Piscinæ publicæ occurrebat Circus Maximus, de quo nunc, alijsque Circis dicendum est.

In Côm.
Vitr. lib. 5.
cap. 9.



SEPTIZONIUM SEPTIMII SEVERI SEPVLCRVM

De Circis . Cap. XIV.

CIRCVS à circuitu nomen accepit, quod circum spectaculis adificatis ibi ludi fiunt, & quod ibi circum metas fertur pompa, & equi currunt, ut ait Varro. Ideo & ἵπποδρόμος Hippodromus græcè dictus, equis in illo, cursu agitatis. ἵπποδρόμος etiam Stadiū,

latine curriculum, ad eius similitudinem quod Pisis in Græcia Hercules eodem decurso constituisse dicitur, quamquam stadium Romæ aliud præter Circum, ædificium fuit. Suetonius: *Athleta Stadio ad tempus extructo, in Regione Martij Campi certauerunt per triduum.* Idem: in Domitiano. *Extruxit Flavia Templum gentis, & Stadium, & Odeum, & Naumachiam.* Quoniam autem varij in honorem Deorum ludi decreti Romæ sunt multi etiã Circi varijs in locis positi. Decem numerantur. Nunc de eo, qui antiquitate, & magnitudine præcellens, Maximus appellatus est.

In Cæsare cap. 39. cap. 5.

Dicitur est CIRCVS MAXIMVS, vel quod magni ludi, qui & Romani, solemniter ibi celebrarentur: *Magnique appellati* ut ait Asconius, *quod magnis impensis dati sunt:* vel quod Conso, idest Nepetuno, & Dijs magnis, idest Laribus Urbis Romæ: vel, ut ex Cicerone, & Liuiodiscitur, quod Ioui, Iunoni, Mineruz in eo fierent: quodque omnium

Circo unde nomē.

Circorum esset Maximus, & amplissimus. Designatus est hic primum Circus Tarquinio Prisco Quinto Romanorum Rege, inter Aventinum, & Palatium, in Valle Murta, à Myrteto, & Veneris Murtiæ, seu Myrteæ sacello, ut supra diximus. Liuius: *Tunc primum Circo, qui nunc Maximus dicitur, designatus locus est. Loca diuisa Patribus, Equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent: Fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes.* Quod opus referente

Vbi esset Circus Maximus. Liui. dec. 1. lib. 1.

Dionysio, procedente tempore annumerandum erat inter totius Urbis pulcherrima. *Longitudo eius, idem inquit, est trium stadiorum cum dimidio; latitudo quatuor iugerum.* Plinius: *Circum, inquit, Maximum à Cæsare Dictatore extructum longitudine stadiorū trium, latitudine vnus, sed cum adificijs iugerum quaternum ad sedem CCLX. millium.* At P. Victor in Regione secunda ait, Circus Maximus, qui capit loca CCLXXXV. millia. Certe Traianus V. millia locorum adiecit.

Dion. lib. 3. Ant. Ro.

Lib. 36. cap. 15.



Lib. 2.
cap. 23.

Tria autē stadia Plinius posuit (dimidium reliquit) idest passus trecentos septuaginta quinque. Nam vt idem Plinius: *stadium centum viginti quinque nostros efficit passus*; hoc est pedes sexcentos viginti quinque; cū pedes quinque passum efficiant. Tria igitur stadia sunt passus CC LXXV. pedes MDCCCLXXV. Romani nostrates palmi MMD. iugerum autē eodem auctore pedes continet ducētos quadraginta, dēst nostrates palmos trecentos viginti. Quatuor ergo iugera pedes efficiūt DCCCCLX. recentes autem Romanos palmos MCCLXXX. Hoc latitudinis spatio includuntur ædificia, quæ Circi caueam cingebant. *A duobus, ait Dionysius, maioribus lateribus, & vno minore, summo videlicet Circo, vbi non erant Carceres, extructæ sunt triporticus. Imā habent lapidea paulū scandentia, sicut in Theatris, sedilia. Super duplici contignatione sunt lignea. Duas maiores porticus tertia minor coniungit trāuersim, lunata specie apposita.* (Hæc est, quæ summum Circum Theatri specie concludebat) *Externe ambit Circum simplex contectā porticus habens officinas & supernæ cellas, per quas spectatores intrant, & ascendunt per officinas singulas, vt nulla confusio oriatur.* Verum in ima parte inu. alterum latus, eodē Dionysio auctore, *subdiuiale erat, habens fornicatos Carceres vnde equi emitterentur. Carceres dicti, a t Varro, quod coercentur equi, ne inde exeant, ante quā Magistratus signum misit.* Hi & Oppidum olim dicti sunt; quod, vt idem ait, *a muri parte pinnis, turribusque Carceres olim fuerunt.* His arcuatis fornicatisque duodecim ostia inerant, quæ omnia simul vna machinatione aperiebantur, vno videlicet transuerso ligno, & obijce clausa; qui tollebatur, cum dato signo mittebatur equi. Longitudo Circi distinguebatur interstructa Spina: Cuius extrema metas, vbi flebatur currus: media Obeliscos, & alia continebant.

Lib. 4. de
ling. Lat.

Dion. loc.
cit. Cassio
dor. lib. 3.
var. ep. 51


Dec. 4. l. 3.
Dec. 4. l. 9.
Pollentia
Dea.

Dec. 4. lib.
10.
Dec. 5. l. 2.
* mutilato
loco.
Carceres,
& oua in
Circo.

Metæ tur-
binatæ.
Metam.
lib. 10.


Sed nequaquam in hanc amplitudinem, partiumque numerum, & ornatum extructus est à Tarquinio, successu temporis auctus, & ornatus. *Liuius, L. Stertinius de Manubijs fornicem in Maximo Circo fecit, & signa aurata imposuit. Idem: ludis Romanis MALVS in Circo instabilis in signum Pollentia (Dea hæc erat Potentiæ) procidit, atque id deiicit. Ea Religione moti. Patres, & diem vnum adijciendum ludorum celebritati cœsuerunt, & signa duo pro vno reponenda, & nouum auratum faciendum.* Loco eius mali postea positus est prima vnus, tum duplex OBELISCVS. *Idem: Tempestas, inquit, SIGNA in Circo Maximo cum COLVMNIS, quibus superstabant, euertit. Idem: Censores, Carceres in Circo, & Oua ad notas curriculis numerandas & * dam & metas trans * & caueas ferreas, pe * intrmitterentur. faciendas locarunt. OVA Castori, & Polluci consecrata erant; nam eos ouo prognatos ex sabulis arbitrabantur: eaque prope metas posita sunt, quod illis currentium spatia notarentur. Cassiodorus: Metarum circuitus ovorum erectionibus exprimitur. Porro septena spatia, & circuitus currum fiebant in Circo. Quamquam in Ludis secularibus Domitianus quo facilius septem missus peragerentur, singulos à septenis spatijs ad quina reuocauit. METAE rotundæ, ac turbinatæ fuerunt, & in formam coni, & cupressi. Ouidius; Metasque imitata cupressus.*

Hæ



CIRCUS Meridies et Aventinus MAXIMVS





PALATII, ET CIRCI VESTIGIA.

- Hæ primæ, & vltimæ in pariete intermedio, qui arenam diuidebat, SPINA appellatus. Primæ ad CARCERES, vnde equi, & currus emittebantur, in Circo Maximo dictæ Murcia, vbi & ConsiARA fuit, sed defossa, eiusque Ædícula subterranea. Tertullianus: *Ara Conso in Circo adfossa est ad primas metas sub terra. Hæc Ara in Circo Maximo aliàs operta ludis Circensibus aperitur*, ait Plutarchus. Consus autem Consilij Deus siue Neptunus equestris fuit, vt idem in Romulo: Inde ludi *Consualia*, dicti. Et DELPHINES columnis superpositi sunt in Spina Circi, tanquam Neptuno debiti. Hos posuit, seu potius restitutos reposuit Agrippa in Aedilitate sua. Dion: *In Circo cum videret errare homines propter multitudinem metarum, Delphinas, & ouata opera posuit, quibus cursuum circuitiones, & conuersiones ostenduntur*. In eodem EVRI-PVM fecit Cæsar, quæ porticus, & sedilia in margine caueæ definebant, vt aquas reciperet, decempedali profunditate simul, & latitudine, auctore Dionysio. Suetonius: *Circensibus spatium Circi ab vtraque parte produxit, & in gyrum Euripo addito*. Porro in Euripo non modo nauales factæ pugna, sed etiam cææ aquatiles animantes, Crocodili, & aliæ. Et Hellogabalus vino impleuit. Lampridius: *Fertur in Euripis vino plenis nauales Circenses exhibuisse*. Scribunt, eundem columnas addidisse auro insignes, & pauimenta scobe auri, & argenti strauisse. Etsi nihil tale apud Lampridium legerim, quod inter Circi Maximi ornamenta referendum videatur. Iam Circo à Cæsare ædificato deerat Obeliscus dicatus Soli. Hunc Augustus Aegypto aduehendum curauit. Ammianus: *Augustus, inquit, Obeliscos duos ab Hieropolitana Ciuitate transtulit Aegyptia. Quorum vnus in Circo Maximo, alter in Campo locatus est Martio*. Plinius: *Is, inquit, Obeliscus quem D. Augustus in Circo magno statuit, excisus est à Rege Semneferteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, centum viginti quinque pedum, & dodrantis præter basim eiusdem lapidis*. Alter illo maior, in eodem Circo positus est à Costantio Augusto. Aegypto enim item aduectus per *Ostiensem portam*, vt ait Ammianus, *piscinamque publicam, Circo illatus est Maximo*. Hic est ille OBELISCVS, quem prolapsione fractum Sixtus V. Pont. Max. reficiendum, & ante Basilicam Lateranensem statuendum curauit. Alterum vero, quem erexerat Augustus, in aditu portæ Flaminia, idem Pontifex collocauit. Post Augustum Claudius, auctore Suetonio, Circo Maximo marmoreis Carceribus, auratisque metis, quæ vtraque & tophina, & lignea antea fuerant, exculto, propria Senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis.
- Arfit Circus Neronis incendio: Immo incendij initium, auctore Tacito, *in ea parte Circi ortum, quæ Palatino, Cœlioque montibus contigua est*. Ibi summa pars Circi, & in hemicyclum flexa. *Vbi per Tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul cæptus ignis, & flatim validus, ac vento citus longitudinem Circi corripuit*. Quem deinde ante Traianum nemo restituit; quamquam magnorum operum molitores fuerint Vespasianus, Titus, & Domitianus. Suetonius è lapidibus Naumachia instauratum affirmat: *Fecit & Naumachiam Domitianus, è cuius*

Lib. de
Spect.

Ara, &
Delphines
in Circo.

Dion. l. 49.

Euripus
ad nauales
pugnas
Loc. cit.
In vita
Cæs. c. 39.

Columnæ

Lib. 17.

Lib. 35.
cap. 9.

Obelisci
duo in
Circo Ma-
ximo.

In vita
Claudij
cap. 21.
Marmorei
carceres.

Lib. 15.

è cuius postea lapide maximus Circus deustis vtrinquè lateribus extructus est. Plinius in Traiano ; Hinc immensum latus Circi Templorum pulchritudinem prouocat. Digna populo victore gentium sedes, nec minus ipsa visenda, quam quæ ex illa spectabuntur, cui locorum quinque millia adiecti ssi. Dion in Traiano : Circum collapsum ampliorem, atque elegantiore restituit, quod ideo se fecisse inscripsit vt populum Romanum capere posset. Post Traianum STAVAS Illustriũ virorum in Circo positas a Seuero testatur Xiphilinus. Sed ante, illum iterum collapsum refecerat fortasse Antoninus Pius. De eius ruina : Iulius Capitolinus in vita. *Auersa eius temporibus hæc prouenerunt : Fames, de qua diximus, Circi ruina.* Alia de Circo narrantur. Stratum minio à Caio : ab eodem, & Nerone aurigaturo, *Chrysocolla* : aliàs sterna solium ramentis lapidis candidi. In eodem aliquando Neroneim cœnasse. Den que pompa, quæ ante ludos exhibebatur, nihil solemnius, aut spectabilius fuisse ; quæ describitur à Dionysio lib.7.

In Pane:
Gyrice.

Sueton.in
Calig.c.18
Plia.lib.33
cap.5.

Quædam præterea iuxta Circum Tempa fuere, Tacitus : *Deum Aedes vetustate aut igni abolitas, cæptasque ab Augusto Tiberius dedicauit, LIBERO LIBERAE QVÆ, ET CERERI iuxta Circum Maximum, quas Aulus Posthumius Dictator vouerat : eodemque in loco Aedem FLORAE ab Lucio, & Marco publicijs Aedilibus constitutam.* Templi Solis idem Tacitus : *Propriusque, inquit, bonos Soli, cui est vetus Aedes apud Circum.* Aedes CERERIS meminit Liuius : *Forem ex Aede Luna, qua in Auentino est, coorta tempestas raptam tulit, & in posticis partibus Cereris Templi affixit.* Idem : *ex Mulæaticia pecuariorum pecunia patere aurea ad Cereris posita.* Et : *Aedes Cereris de Cælo tacta.* De eadem Vitruuius : *Tuscanico more, uti est ad Circum Maximum Cereris, & Herculis Pompeiani, item Capitolij.* Præter Murtiæ Veneris, aliud eiusdem Templum ibi positum est. Liuius : *Q. Fabius Gurges ex matronarum mulæaticio are VENERIS Aedem, qua prope Circum est, faciendam curauit.* Idem. *viam è Foro Boario ad Veneris faciendam locauerunt.* De Templo MERCVRII scripsit P. Victor, quod illud fortassis est, de quo Liuius. *Aedes Mercurij dedicata est Idibus Maijs.* Quam paulo post ad Consulium ignominiam iussu populi dedicaram scribit à M. Lectorio primi pili Centurione. De eadem Ouidius, & eiusdem Mercurij fonte ad portam Capenam, quo expiationis gratia venirent Mercatores :

Tac.lib.2.
Annal.
Templ
in Circo
Maximo.

Tac.lib.15
Annal.
Dec. 4.

lib. 10.

Liui.lib.10

Liui.dec.3.

lib.8.

Vitr.lib.3.

cap.3.

Liui.Dec.1

lib.10.


Dec.3 1.9.

Liui. lib. 2.

Li.5. Fast.

*Templa tibi posuere Patres spectantia Circum
Idibus, ex illo est hæc tibi festa dies.*

*Est aqua Mercurij portæ vicina Capenæ,
Si iuuat expertis credere, Numen habet ;
Huc venit incinctus tunica Mercator, &c.*



348

CIRCUS FLAMINIVS

Circo Maximo proximus antiquitate vsuque CIRCVS FLAMINIUS Circus Flaminius & eius Templum. Fast. 6.
fuit, de cuius auctore situque dictum est alibi. Nunc de Templis quæ in eo fuerunt .P. Victor in Regione nona. *Aedes, inquit, HERCVLI magno custodi Circi Flaminij. Id Sylla condidit ob Sibyllæ oraculū. Ovidius.*

Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est;

Quod Deus Euboico carmine munus habet.

Muneris est tempus, qui nonas Lucifer ante est;

Si titulos quæris; Sylla probabit opus.

Loquutus ante fuerat de summo Circo .

Prospicit à tergo summum brevis area Circum.

Hæc pars vt aliàs dixi, desinebat ad Templum nunc S. Angeli in Foro Piscario. Itaque altera pars, vbi Templum Custodis Herculis erat ad Carceres, nunc Fornacem calcis, & Templum S. Nicolai. In eodem Circo ARA NEPTVNI cui fabuloso Equorum inuentori non deerat honor in Circo equis currentibus. Liuius; *Ara Neptuni multo sudore*

Dec. 3. l. 8.

manasse in Circo Flaminio dicebatur cum Aede eiusdem. De hac Plinius;

Li. 36. c. 5.

In maxima dignatione Cn. Demetij delubro in Circo Flaminio ipse, & Te-

Li. 5. c. 10.

tis, & Achilles. Marlianus ex vetusto lapide, vbi legitur. Abascantio Aug.

post edit.

lib. Aedituo Aedis Neptuni, qua est in Circo Flaminio, iure conijcit Aedē

Fulu. lib. 4

illi dicatam. In eodem VVLCA NI Aedem statuit P. Victor, in qua

Marl. libid.

referunt, canes fuisse pro aedituis, & tantum sacrilegis allatrasse. Item,

Dec. 4.

IVNONIS REGINAE, & DIANA E Templum. De his Liuius;

lib. 10.

Alter ex censoribus M. Aemilius petijt ab Senatu, vt sibi dedicationis Tē-

plorum Regina Iunonis, & Diana, qua bello Ligustino antè annis octo vo-

uisset, pecunia ad ludos decerneretur. Viginti millia aris decreuerunt. De-

dicauit eas Aedes, vtramque in Circo Flaminio, ludosque scenicos triduum

post dedicationem Templi Iunonis, biduam post Diana, & singulos dies fe-

cit in Circo. Quidam Porricum ante Templum S. Angeli in Foro Pesca-

rio Iunonis fuisse autumant à Seuero olim refectā, vt declarat Inscriptio.

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS. SEVERVS

PIVS. PERTINAX. AVG

ARABIC. ADIABENIC. PARTHIC. MAXIMVS

TRIB. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. P. P. ET

IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS

PIVS. FELIX. AVG

TRIB. POTEST. VI. COS. PROCOS

INCENDIO. CORRVP TAM. RESTITVERVNT

De





PORTICVS ET VESTIGIA TEMPLI IYNONIS REGINAE

De Aede CASTORIS Vitruvius: *Item generibus alijs constituuntur Aedes, ut est Castoris in Circo Flaminio.* Ibidem Templum Bruti Callaici, quod in Regione nona numerat P. Victor. De eo Plinius: *MARS* Plin. l. 36. *etiam nunc sedens COLOSSEVS eiusdem, Scopæ in Templo Bruti Callaici apud Circum eundem. Hoc Templum iure sibi vindicavit Mars tanto Colosso ibi simulatus.* At mendum sequentibus Plinij verbis subesse suspicor, *ad Laucanam portam eunti.* Quid enim hic cum porta Laucana tanto interuallo seiuncta? In eodem Circo Templum HERCVLIS MVSARVM. De eo Suetonius: *Multaque à multis extructa sunt, sicut à Martio Philippo Aedes Herculis Musarum.* Vitricus hic erat Augusti, habens in matrimonio Acciam eius matrem. Neque fecit, sed olim factam Aedem restituit. Ita intelligendus Ovidius:

*Dicite Pierides, quis vos adduxerit * illuc?
Cui dedit inuictas victa Nouerca manus?
Sic ego; sic Clio. Clari monumenta Philippi
Aspicis: &c.*

Sueton. in
Oct. c. 29.

Fast. 6.
* In Aede
Herculis.

Constat autem Fulvium nobiliorem fecisse, qui cum Aetolis Ennio comite bellauit, ut ait Tullius, nec dubitauit Martis manubias Musis consecrare. Hic ex Vrbe Ambracia, teste Plinio, Musarum signa Romam deportauit: & in Herculis Aede ab se structa posuit, ut ait Eumenius: *Aedem, inquit, Herculis Musarum in Circo Flaminio Fuluius ille Nobilior ex pecunia Censoria fecit; non id modo sequutus, quod ipse litteris, & summa Poetae amicitia duceretur; sed quod in Graecia cum esset Imperator, acceperat Herculem Musagetem esse, idest Comitem, Ducemque Musarum. Idemque primus signa nouem, hoc est omnium Camænarum ex Ambracienfi oppido translata sub tutela fortissimi Numinis consecrauit; quia mutuis operis, & premijs iuuari ornarique deberent, Musarum quies defensione Herculis: virtus Herculis voce Musarum.* Plutarchus quærens cur communis fu t ara Herculis, & Musarum, respondet: *An quia Euandrum litteras docuit Hercules? ut Iuba narrat.* Sed potior Eumenij causa est. Leuius Torrentius ex veteri nummo promit imaginem Herculis Musarum, nempe spoliū Leonis, & Lynam ferentis, quò videtur respexisse Ovidius vltimo carmine.

Pro Ach.
Poeta.
Lib. 35.
cap. 10.
In Or. pro
rep. Scho.

In q. Ro.
q. 99.

Fast. 6.

Annuit Alcides, increpuitque Lyra.

Hæc Tempa vel intra Circi Flaminij ambitum posita, vel illi adiuncta, certo tamen Circi loco, ut fecimus de Syllano Herculis, designare non possumus. Vendebantur, an etiam fiebant in Circo Flaminio vitrei, sed viles calices. Martialis:

*Cum tibi Niliacus portet Crystalla cataplas,
Accipe de Circo pocula Flaminio.*

Li. 12. Ep.
75.

Circus Agonalis.



Circus AGONALIS, siue AGONIS, vulgo Nauonius creditur vel extructus, vel instauratus ab Alexandro Imperatore. P. Victor in Regione nona statuit *Circum Alexandri, & Thermas Alexandrinas*. & Sextus Rufus in eadem: *Domus*, inquit, & *Circus Alexandri Pij Imperatoris*. Thermarum extant vestigia prope Templum S. Ludouici nationis Gallicæ. Quare & Circo proximæ, vt domus eiusdem Cæsaris. Eundem Circum expriment nummi Alexandri. Sed cur Agonalis est

Vnde Agonalia dicta sunt.

dictus, & locus ipse Agon? ἀγων quidem ludum, & certamen significat Græcis. Latini autem *Agonium* ob hoc ludum dixere, ait Festus, *quia locus, in quo ludi primo facti sunt, fuerit sine angulo, cuius festa Agonalia dicebantur*. Atque hæc potissimum è multis causa probatur Ouidio, cur festa Agonalia quinto Idus Ianuarij eo nomine appellata fuerint. Nam siue dicerentur à Ministro, qui cæsurus hostiam, ageret ne, rogabat: siue quod pecudes agantur non veniant, ideoquè hostiam antiqui *agoniam* vocabant: vel *agonalia*, quasi *agnalia*; vel à pecudum metu, nam ἀγών

Fast. 1.

ἰδέω idem quod metuo, & periclitor, subdit:

Fas etiam, fieri solitis atate priorum

Nomina de ludis græca tulisse diem.

Et prius antiquus dicebat agonia sermo,

Veraque iudicio est ultima causa meo.

Agonius Deus quis


Fulu, lib. 4.

At Varro: *dies Agonales, per quos Rex sacrorum in Regia arietem immolat, dicti ab Agone, eo quod interrogatur Princeps Ciuitatis, & Princeps gregis immolatur*. Demum Festus, *Agonium putabant Deum presidentem rebus agendis: Agonalia eius festiuitatem*. Huic Deo factos fuisse ludos in Circo Agonali præstat Fuluius. Verum non hæc tantum spectacula illi tribuenda. Sed forte antequam extrueretur Circus, Iano Agonio Deo *agonalia* ibi herbido in loco facta, ex instituto Numæ: ideoquè Circus deinde ædificatus, alijs celebratus ludis Agonalis dictus. Quam ob causam putauerim Circum magnifice potius instauratum, quam factum ab Alexandro.

Circus extra portam Nauiam.

Quartus CIRCVS extra portam Nauiam fuisse nonnullis adhuc vestigijs deprehenditur. Fuluius iuxta viam Labicanam, & formas Aquæ Claudie à tergo Cænobij S. Crucis testatur extare veteres parietinas, & in medio iacere duas in partes contractum Obeliscum. Huius Circi conditorem quidam faciunt Aurelianum Imperatorem. Apud veteres auctores de eo nihil inuenimus.


Quintus, & stantibus muris CIRCVS Lateritijs via Appia non longe ab Aede S. Sebastiani hodieque visitur, quem Antiquarij ascribunt Antonino Caracallæ, quod in eius numismatis ea sit figura expressus. Spectatur eo in loco ingentis magnitudinis iacens Obeliscus: spina in medio



Z

CIRCVS LATERITIVS ANTONINI CARACALLAE
 Cuius reliquię extant in uia Appia prope Sepulchrum Metelle

LIBR. TERLIVS



Biuletka * Slaska *

ANTONIO CAROLINI
Cura redigenda in un'appa prop. Spalato. 1811.




SEPVLCHRVM METELLORVM, VVLGO Capo di Boue.

102

LIBRARY



WYDZIAŁ NAUK I KULTURY



medio secundum Circi longitudinem producta, & metarum signa, & post
caueam acclivis parietum structura pro spectatorum sedibus.

Quatuor Circi super sunt: FLORAE inter Quirinalem, & Pinciũ, Alij qua-
lor Cir-
co
de quo dixi: NERONIS in Vaticano ad S. Petri: ADRIANI in
Hortis post Molem ipsius: Et qui in HORTIS SALVSTIANIS ad
Portam Collinam aliquot sui vestigia reliquit. de quibus suis locis dicen-
dum est. Illud postremo obseruandum. Iudo etiam in Circis ad tem-
pus extractis. vt in Theatris, & Amphitheatris, fieri solitos. Suetonius
in Caligula: *Aurigabat extructio plurifariam Circo.*

Suet. in vi
ta cap. 54.

Mons Quirinalis. Cap. XV.

QUIRINALIS incipiens à Turri Comitum prope Forũ Ner-
uæ oblongo dorso ad portam vsque Vminalem, & Collinam
excurrit. Sed ad portam Collinam subsidente inrorfus terra,
veluti quodam cubiti flexu curuatur, & quo magis à porta
recedit, latiore infra se vallem relinquit; quæ duobus Circis olim se-
dem percommodam præbuit. Alter Collinæ propinquior, nobiliorquæ
in Hortis Salustianis fuit: Alter à porta remotior Floræ dicatus, rudi, &
impolita structura cuius superioribus annis vestigia extabant ad *caput do-
morum*; sic enim vulgari vocabulo nuncupant. Hos Circos duo Colles
hinc inde claudunt, Qui Circis dilapsis nunc vallem claudunt. Alter
ad Urbis mœnia complanato procurrit solo, vbi Horti Ludouisiani sunt,
& declivis idem, ab illis se demittit in Vallem. Alter ab eo, quem dixi
Salaris flexu, recta quasi crepidine tendit ad Hortos Barberinos, dein
Pontificios, tum Columnenses, ac Cœnobium Theatinorum. Ambigi-
tur inter Antiquarios, an alter vertex ad Hortos Ludouisianos sit pars
Quirinalis, an Pincij Collis, & Hortulorum. Qui partem Quirinalis es-
se volunt, obseruant, hunc Collem ad Salariam inflexum nunquam in-
termitti, sed ad portam Collatinam, seu Pincianam a tiorẽ Pincio termi-
nari, bicipitem duntaxat, & biuerticem. E quidem potius dixerim Qui-
rinalem citra portam Collinam, siue Salariam versus Hortos Ludoui-

Situs, &
fines Qui-
rinalis.

Quirina-
lis num-
bi vertex.

ianos extendi, quamuis antiquitus Romana mœnia non excederent crepidinem montis, in qua Aedes Principum Barberinorum, tum Sanctæ Sulfannæ, ac Templum Virginis à Victoria, tum Horti Valli imminentes. Quod spectat ad situm montis, habet Quirinalis ab ortu æstiuo mœnia, & portam Viminalem, nunc Piam: à meridie Esquilias, & collem Viminalem, cui ad Thermas Diocletianas indiscretis finibus coniungitur: ab Occasu Neruæ Forum: à Septentrione plana Urbis, & Pincium Collem.

Nomen Quirinalis.

Nomen QVIRINALIS sibi adsciuit, vel à *Curibus, seu Quiritibus*, qui Urbem Tatio Duce obsidentes ibi castra posuerunt, quod placet Varroni: siue à Quirino, idest Romulo, cuius in eo Colle nobile sanum extructum erat, quod Plurarcho, & Ouidio placet.

Plut. in vita Romuli.

Templa Deo fiunt, Collis quoque dictus ab illo est.

Et referunt certi sacra paternadies.

Ouid. Fas. lib. 2.
Dion. lib. 2.
Antiquit.

Quamquam & Mars aut Marti alius similis Quirinus Romanis fuerit, ut refert Dionysius. *Hunc, inquit, sicut bos sequuti Romani Quirinum nominant. nondum satis certi, Mars ne is, an quis alius honore Marti similis.*

Dion. lib. 2.
Antiq. Lin. Dec. 5. lib. 3.

Deus est etiam COLLINVS, AGONALIS, siue AGONVS, & SALVTARIS. Dionysius Collinum nuncupat, & per antonomasiam Linus. *Collem in Aede, inquit, Primigeniæ Fortune, qua in Colle est.* Id fortasse non modo propter præruptam, productamque altitudinem, qua Campo Martio imminebat; sed etiam quia plura in Quirinali fuere olim iuga, ut patet ex Varrone, à quo etiam *sexticeps* appellatur. Sed & alij Romani Colles bicipites, aut tricipites fuere: quod nunc exquat is supercilijs alicubi non apparet. *Agonalis idem: quia Agones dicebant Montes, ait Festus: Agonia sacrificia, qua fiebant in Monte. hinc Roma mons Quirinalis Agonus, & Collina porta Agonensis: qua & Salutaris à Salutis vicino Templo, & Quirinalis quod ea iretur in Collem, ut idem ait, Quirinalem: siue quod proxime eam esset Quirini sacellum.* Hoc intelligit Martialis cui extra mœnia propinquum Templo QVIRINI suburbanum erat:

Lib. 10.
Epig. 58.

Hic mihi quando dies meus est, iactamur in alto

Urbis, & in sterili vita labore perit.

Dura suburbani dum iugera pascimus agri,

Vicinosque tibi Sancte Quirine lares.

Sed non solus amat, &c.

Templum Quirini.

Numam Dionysius huius Templi conditorem facit. *Romulum, inquit, ut augustiorem homine Templo honorauit, & sacrificio quod alternis annis in Quirinali Colle instauratur.* Verum præter hanc ædem Quirini ad portam, aliud QVIRINI Templum nobile fuit, imminens valli, in qua nunc Templum S. Vitalis quæ ideo Vallis Quirinalis, & Quirini olim dicta. Causa ædificandi fuit, quod Iulius Proculus Senator ex ijs, qui cum Romulo ex Alba venerant, post mortem Romuli iuravit in concione, visum ab se humana specie augustiorem. Dionysius, Linius, Plurarchus, & Ouidius, illi in Historia, hic Poetica, æque mendaces tamquam rem veram tradiderunt. Ouidius.

Lin. lib. 1.
Dionys. lib. 1.
Antiq. Plurarch. Ouid. locis cit.

Pul-

Pulcher & humano maior, trabeaque decorus

Romulus in media visus adesse via.

Et dixisse simul: prohibe lugere Quirites,

Ne violent lacrimis numina nostra suis.

Templa ferant, placentque nouum pia turba Quirinum?

Et ibi fortasse locus ædificando Templo delectus est, ubi visum ab se Proculus narravit: siue illud spectrum dæmonis illudentis; siue deliramentum mentientis fuit. *Aedes illi in colle consecrata*, inquit Plutarchus, *quem ab illo nominant Quirinalem*. Dubium an de hac, an de priore loquatur. Liuius: L. Papyrium Col. L. Papirii Cursoris filium Aedem Quirino dedicasse scribit: *Aedem Quirini ab Dielatore patre votam filius Consul dedicauit, exornauitque hostium spolijs*, Samnitium, quos vicerat.

Causa ædificandæ
Ædis Quirini.

Condita est hæc Aedes anno Urbis CCCCLX. Horologium Solarium ibi erat: cuius, ac Templi meminit Plinius: *Princeps*, inquit, *Romanis Solarium Horologium statuisse ante duodecim annos, quam cum Pyrrho bellatum est, ad Aedem Quirini*, L. Papyrius Cursor, cum eandem dedicaret, à patre suo votam, à Fabio Vestali proditur. Addita est insignis

Liu. Dec. 1
lib. 10.

PORTICVS, quo homines vel otia, vel negotia causa conuenirent. De otio Martialis.

Plin. lib. 7.
cap. vitæ

Vicini pete Porticum Quirini

Turbam non habet otiosorem

Pompeius, vel Agenoris puella.

Mart. l. 11.
Epiogr. 1.

De negotio Iuuenalis:

Iuu. Sat. 2.

_____ officium cras,

Primo sole mihi peragendum in valle Quirini:

Quæ causa officij? quid quaris? nubit amicus,

Nec multos adhibet &c.

De duabus antea Aedem Myrtis. *Inter antiquissima delubra habetur Quirini hoc est ipsius Romuli*. In eo sacra fuere Myrti due ante Aedem ipsam per longum tempus, altera Patricia appellata, altera Plebeia. Patricia multis annis præualuit, flauescente Plebeia, exuberans ac lata: quamdiu Senatus quoque floruit illa vigens, Plebeia retorrída ac squalida. Quæ postea quæ ualuit flauescente Patricia, Marsico bello languida auctoritas Patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit Mæstas. Fuluius; Quirini Templum semper fuisse clausum scribit, quod aperiri non liceret, perinde arcanum foret, an Romulus humo tectus, an inter Deos relatus fuisset. Alterius Templi QVIRINO dicati meminit. Dion: *Ante, in suum obitum Augustus Templum Quirini de nouo edificatum dedicauit, ideo commemorandum duxi, quod id Templum cum sex, ac septuaginta columnis decorasset, totidemque omnino annos ipse vixit, occasionem nonnullis dedit ea res, ut dicerent, non fortè fortuna, sed consulto ipsum hoc columnarum numero usum fuisse.*

Plin. li. 15.
cap. 29.


Fulu. lib. 2.

Dion. l. 54

Iam ascendendo in Collem, superioribus annis cernebantur ingentes reliquæ Thermarum Constantini, quæ dirutæ nullum iam sui vestigium relinquunt: Nam partim in amplas Aedes Cardinalis Bentiuolij mutatae sunt,

Thermæ
Constantini.

sunt, partim in eiusdem hortos subsederunt. In ipso vero Collis cliuo propè Aedes Comitum, vbi Cœnobium Monialium, BALNEA PAULI constituunt. At cuius Pauli? vel eius Aemilij Pauli, qui Basilicam in Foro condidit: vel alterius, à quo teste Dione, Roma porticu insignita est. *Porticum*, inquit, *qua Pauli dicitur, Aemilius Lepidus Paulus proprijs impensis perfecit, & in Consulatu suo, dedicauit.* de qua supra. Sed qui viderit curuatis in hemicyclum, & lateritijs pilis arcuatum ædificium, deinde continuatis parietibus erectum, de Balneis ambiget: vt iure dubitandū censet, qui vicinam domum nobili Musæo instruxit studiosus in primis rei antiquariæ Franciscus Gualdus Ariminensis Eques S. Stephani. In Hortis Columnensibus marmorei ædificij pars exurgebat vulgo MAESA iam diruta. Blondus *Turrim Mæcenatis* falso nuncupat. Vbi enim hic Esquiliz, & Neronianis tædis ardens in conspectu Roma? Alij partem Templi Solis pronunciant, quod ab Aureliano auctore Flauio Vopisco extructum est ad eam formam, quam viderat in Oriente: quod vestibus, & opibus in triumpho vectis instruxit. Quid si ædificium illud partem SENACULI, seu CVRIAE fuisse dicerem, quam Heliogabalus in Quirinali mulieribus extruxit ad conuentus habendos, quibus auia ipsius Maesa nomine, & mater Soæmis præfiderent? Quod duplici coniectura elicitur. Alteram præbet nomen. Mæsa enim dicebatur, vt auia Heliogabali. Alteram ipsius ædificij forma. Serlius enim Architectus sic eam nobis lineauit, vt domiciliij plane figuram descripserit frequentibus scalis (quod postulabat ædificij situs in cliuo) aulis, peristylis, ac porticibus. Lampridius: *Pecit & in Calle Quirinali Senaculū, id est mulierum Senatum, in quo ante fuerat conuentus matronalis solemnibus dicitur diebus.* Palladius autem nobilis item Architectus præter alias ædificij partes in Templi quoque formam descripsit amplissimi, magniq. columnationibus insignis. Quare eodem fortasse in loco fuit etiam SOLIS TEMPLVM: cuius quæ particula supererat, magnis lapidibus compactus paries nuperime dirutus est, & ingentes columnarum spiræ sub terra inuentæ. Curia autem Heliogabali non sine cultu Solis, & ipsa probabiliter extructa fuit: cuius ille somniuir Sacerdos erat. At Templum ab Aureliano factum, nisi eodem in loco ponatur, statuet aliquis, vbi Aedes sunt Pontificiæ, vt ibi quoque Sol gentium Pontifex Maximus sedem multo iustius haberet. De eo Templo Eusebius, & Cassiodorus in Chronicis: *Aurelianus*, inquit, *Templum Soli adificat, & Romam firmioribus muris vallat, Vopiscus: Templum Solis magnificentissimum constituit.* Et antea: *Roma Soli Templum posuit maiore honorificentia consecratum, quod Orientis victor hostili prada ditauit, ornauitque.* Idem: *Tunc illa vestes, quas in Templo Solis videmus, conferta gemmis: tum Persici dracones, & tiara: tum genus purpure, quod postea nec vlla gens detulit, nec Romanus Orbis vidit.* Adiuæ sunt Templo ingentes porticus. Idem: *In porticibus Templi Solis fœcilia vina ponuntur non gratuita populo eroganda, sed pretio.* Magna ergo porticum laxitas, quæ tantam vini vim caperet. Superstitiosissimus quidem Aurelianus in cultu Solis fuit. quod cum eius mater Solis Sacerdos




SOLIS TEMPLVM AB AVRELIANO FACTVM

dos imperatorum filium aliquando prædixisset, illi acceptum imperium impiè referebat. Illum ut cultum ostenderet, coram Valeriano Augusto, qui illum in conspectu exercitus militaribus coronis muneribusque donauerat, & Consulem renunciarat: *Dij faciant, inquit, Aurelianus, & Deus Sol certus sit, ut & Senatus de me sic iudicet.* Idem ad suum Præ-

Aurelianus Solis cultor.

Z 4 tum



TEMPLI SOLIS VESTIGIA

*Quum ita scripsit. Templum sanè Solis quod apud Palmyram milites diripi-
 puerunt, ad eam formam volo, qua fuit, reddi. habes trecentas auri libras,
 habes argenti mille octingenta pondo, habes gemmas regias. Ex his omni-
 bus fac cobonestari Templum: mibi, & Dijs immortalibus gratissimum
 feceris. Ego ad Senatum scribam ut mittat Pontificem, qui deducet Tem-
 plum.*

Fulu. lib. 2. *plum.* Deniquè suis nummis inscripsit. *Soli Inuicito*, vt notat Fuluius. Idem docet, EQVOS MARMOREOS contra Palatium Pontificis collocatos aduexisse in Urbem Tiridatem Armeniorum Regem. Atqui legitur apud Sex. Rufum, & P. Victorem Equos Tiridatis fuisse æneos. Hi verò sunt marmorei. Quare alius transtulit è Grecia. illi ænei iam sublatis, ac deleti sunt. Honuphrius de monte Quirinali scribens sic ait. *Nunc dicitur Mons Caballus à duabus statuis marmoreis Alexandri Magni Regis Macedonum Bucephalum domantis; quas Alexandria Constantinus Imperator Romam transtulit, atque in medio Thermarum à se in Quirinali extructarum collocavit. Quarum altera Phidia, altera Praxitelis manu sunt, vt titulus indicat.* Idemque leges in adnotationibus ad Marlianum. Sed quod affirmant de Phidia, expressum ab illo fuisse Alexandrum Bucephali domitorem, pernegandum iure est. De Praxitele ambigi potest, sed de hoc etiam negandum. Nam Plinius ait: floruit Phidias Olympiade LXXXIII. circiter trecentesimo nostra Urbis anno. Quem Eusebius in Chronico tradit floruisse Olympiade LXXXV. Alexander autem, eodem Eusebio referente, natus est Olympiade CVI. octuaginta quatuor post annos: iuxta Plinium nonaginta duos. Idem patet ex Plutarcho, qui ait Periclem ædificando vsu præsertim fuisse opera Phidiæ tamquam Architecti, & magistri. Pericles autem obiit Olympiade LXXXVII. vt ait Eusebius, septuagesimo sexto ante natum Alexandrum. Non igitur Phidias Alexandri res gestas exprimere potuit. Iam Praxiteles, referente eodem Plinio, floruit Olympiade CIV. octo annos ante natum Alexandrum. Is vero, vt colligitur ex Plutarcho aliisque, saltem quindecim annorum erat cum Bucephalum domuit. Anni ergo viginti tres additi homini præstanti iam, & claro in arte, eum in ætate iam affecta constituunt. Neque vero causæ quidam in promptu erat, cur domito statim equo, Alexandro nondum Regi, & viuente patre, colossæ statuæ ponerentur, præsertim ab opifice, qui alibi artem exercebat. Quid? si Plinius cum florere Praxitelem dixit, non eius media vitæ spatia, sed postrema signauit? Eodem certe loco scripsit; *Centesima quarta decima, Olympiade, Lysippus fuit, & cum eo Alexander Magnus.* Qua videlicet Alexander obiit. Sic etiam Olympias CIV. si vitima Praxiteli fuit, conficitur, Praxitelem ante ortum Alexandri mortuum fuisse. Harum igitur statuarum sculptores Phidias, & Praxiteles fuere, sed Alexandrum non figurarunt. Eos autem auctores fuisse constat ex titulis, qui erant inscripti antiquitus vnica in basi ante Thermas Constantini. Deinde ex eo loco translatae sunt à Sixto V. Pont. Max. ad aream contra Pontificij Palatii vestibulum, sua vtrique subiecta, basi, præfixisque titulis restitutis, *Opus Phidia, Opus Praxitelis.* Porro quâdo aut vnde hæ statuæ adpectæ fuerint in Urbem, ante Constantinum, an illo iubente, dici probabiliter non potest. Credibile est tamen eius ætate, vt nouis operibus Urbem excoleret, & suas Thermas ornaret.

Mōs Quirinalis vn de Caballus.

Plin. li. 34. cap. 8.

In vita Periclis.

Loc. cit.

Quando mortuus Alexander.

Equi marmorei vn de translatis.

Iuuenum hæc equos frenantium colosseæ signa, Castoris certè, ac Pollucis sunt, pro typo æternitatis posita, vt videre est, in antiquis nummis, & præcipuè Maxentij, quem exhibemus.



Fabulantur immortalem Pollucem, Castori mortali fratri, dimidium suæ immortalitatis impertitum: vnde alternis diebus immortales singuli vivere dicuntur. Falsò ergo Alexandro Bucephali domitori ascribunt; adeoque de sculptorum ætatibus non est differendum, quod porrò affirmant alterum à Phidia signum, alterum à Praxitele expressum, verisimile non est; centum enim circiter annis, inter se artifices distant: vtraque verò signa, ex eadem officina prodijisse sculpturæ periti obseruant: nec deluerat Castor Olympiade LXXXIII. à Phidia effingi, & Pollux à Praxitele Olympiade CIV. Non immeritò tamen præstantissima opera, quæ miraculo habentur eximijis sculptoribus adiudicata fuere, Constantini sæculo: tituli namque in veteri basi, OPVS PHIDIAE. OPVS PRAXITELIS recentiores sunt, ac latino, non græco idiomate inscripti, vt erat in more positum sculptoribus Græcis, per omnia, quæ adhuc extant simulachra.

Quod vero Marlianus DOMVM ATTICI constituit in ea parte Quirinalis, quæ Templo S. Vitalis incumbit minus exploratum existimo. Nam Cornelius Nepos in eius vita, *Domum, inquit, habuit in Colle Quirinali Pamphilianam ab auunculo hereditate relictam, cuius amœnitas non ædificio, sed sylua constabat.* P. Victor nupmerat inter Quirini Templum, & Malum Punicum, qui locus fuit non longe ab æde nunc S. Sufanæ. Itaque cum esset amœna domus, & cincta nemore; remotiorè à Foro, & Urbis frequentia probabile est, prope quatuor nunc fontes sitâ fuisse.

In eodem Colle DOMVM NVMÆ fuisse testis est Plutarchus. Nam cum Regiam haberet prope Aedem Vestæ: *Alteram, inquit, habuit domum in Colle Quirinali, cuius adhuc locum ostendunt.* Crediderim, hanc prope eisdem quatuor fontes fuisse, proximam Capitolio Veteri, quod idem dedicauit. Sicut enim Rex ille, vt rebus suis Religionem obtenderet, ædificato Vestæ Templo domum illi, quæ Regia vulgò dicta est, at-texnit: ita probabile est, alteram in Quirinali prope delubrum à se conditum ædificasse. Nec tamen aliàs Dionysio subscribere volui scribenti:

Numa

Dionys.
lib. 2.

Domus
Attici.

Plutarch.
in vita
Numæ.

Ant. Ro. *Numa Quirinalem Collem complexus est ampliatis manibus.* In eadem
 Lib. 2. parte Collis Templum fuit CLATRAE Clatrorum, & Cancellorum
 Dez, & APOLLINIS; vbi, vt ait Fuluius, Quirinalis imminet Re-
 gioni, ac fontibus Triuij. Quia vero, vt ante dicebam, aliquot iugis col-
 libusque constabat Quirinalis; hac olim vallicula subsidebat, quæ quatuor
 fontium vicus è monte Pincio deducit in Esquilias.

Inde modicum supercilium, in signe CAPITOLIO VETERI.
 Valer. l. 4. *Erant, teste Valerio, Veteris Capitolij humilia tecta, siue Aedes à Numa*
 cap. 4. Rege, vt creditur creta Iou, Iunoni, Mineræ. Nam Eusebius, & Cas-
 Capitolij siodorus in Chronicis scribunt *Capitolij quoque à fundamentis edificauit.*
 Vetus. Atqui in Tarpeio Monte alij Reges condiderunt. Hoc igitur Numa con-
 struxit, quod deinde à Tarpeio, & minus antiquo Capitolio, propter eos-
 dem præfides Deos accepto nomine, maiorem adhuc ex conditoris me-

Lib. 4. de memoria Religionem recondidit. Varro: *Capitolium, inquit, Vetus, quod ibi*
 ling. Lat. *facellum Iouis, Iunonis, Mineræ, & id antiquius, quam Aedis quæ in Ca-
 pitolio facta.* Hæc sane Templum in ea parte Quirinalis noui Antiquarij
 omnes, & ratio manifesta collocat. Celebrata est enim olim ea vicinia,
 quibusdam locis, & ædificijs, quæ nemo eruditus separare audeat. Nam
 Domus & DOMVS MARTIALIS, & PILA TIBURTINA, &
 Martialis, & alia ædificia. CIRCVS FLORAE, & VETVS CAPITOLIVM ibi suis
 & alia ædificia. selescuntur, quæ à me simul explicanda sunt. Varro: *Clius proximus ad*

Lib. 5. Ep. *Florales usus versus Capitolium Vetus.* De domo sua Martialis sic ait:
 23.

Nam Tiburtina sum proximus accola pila,

Quæ videt antiquum rustica Flora Iouem.

Lib. 6. Ep. Et alibi. *Bis vicina Neptis; nam tu quoque proxima Flora*
 27. *Incolis, & veteres tu quoque Ficelias*

Lib. 1. Ep. Et: *At meæ Vipsanas spectant Cænacula lauros,*
 109. *Paellus in hac ego sum iam regione senex.*

Pila Tibur Pila ergo Tiburtina, vel à Lapide Tiburtino, quo constabat, vel à Tibur-
 tina vbi tnis ibi poma, mercèsque vendentibus dicta est. In Vrbe enim pilæ, co-
 effet, lumnæque passim erectæ visebantur, quibus vendibilia mercimonia ap-
 pendi, venimque exponi solebant. Negat Horatius libros suos, vt aliorum

Lib. 1. Sat. Poëtarum ituros ad pilam, à bibliopolis, & librarijs pretio distrahendos:
 Sat. 4. *Nulla taberna meos habeat nec pila libellos.*

Et in Arte Poëtica *mediotribus esse Poëtis,*

Non Cij, non homines, non concessere columna.

Lib. 7. Ep. Deque his à Domitiano sublatis ad decorem Urbis, Martialis:

6. *Nulla catenatis pila est præcineta lacænis.*

Iam, Tiburtina pila locò nomen fecit, cui proxima domus Martialis:

Et Ficelie, in quibus vicinus Poëta habitabat nepos, à Ficu vel sculpta,
 vel sata, vel picta, nuncupata; vt propinquum *Malum punicum* ab eius-
 modi arbore: sicut & *Pyrus* à Pyro, quo nomine domum suam quoque

Lib. 1. Ep. designat Martialis.

118. *Longum est si velit ad Pyrum venire;*

Et scalis babito tribus, sed altis.

E suo idem cœnaculo prospiciebat lauretum VIPSANIAE PORTICVS, quæ adiuncta erat Septis propinquis fonti aquæ Virginis, nunc Truij, vt postea dicam.

Cæterum Tiburtinæ pilæ, in Regione septima Viæ latæ, finitimus erat CIRCVS FLORÆ in Regione sexta Altæ semitæ. Erat hic Circus in Valle media inter Quirinalem, & Pincium, eiusquæ caueam, & vestigia sedium subiecta Aedibus Barberinis vidimus aliquot ante annis, antequam ea vallis nouis edificijs impleretur. Immo veteres substructionum reliquiæ, quibus sulca eius Palatij moles Septentrionem versus frontem erigit, crypto porticus, murique arcuati erant, aut ego fallor, ad gradus exterioresque Circi porticus sustinendas. In circo Templum eiusdem Floræ; quam ideò *rusticam* Martialis nuncupat, vel quia præerat floribus & florentibus frumentis, quæ opera rusticorum succrescunt: vel quia, idque magis placet, Circus rudi structura constabat. Domus porro Martialis in eadem vicinia, quam hodie vulgus, nuncupat, ad Caput Domorum.

Circus Floræ vbi esset.

Ad Capitolium vetus, quod è Floræ Circo spectabatur, in Colle erat, vbi Barberinarum Aedium horti, & florem Capitolium est. Argumento sit aliud eiusdem Poetæ Epigramma in hominem pluribus locis habitantem.

Vbi esset Capitolium Vetus. Lib. 7. Ep. 72.

Esquilij's domus est, domus est tibi colle Diana,

Et tua Patricius culmina vicus habet:

Hinc vidua Cybeles: illinc sacraria Vestæ:

Inde Nouum, Veterem prospicis inde Iouem:

Lipsius: Cerni ab eo, inquit, vtrumque Capitolium vult: *Vetus è Colle Auentino, siue Diana: Nouum ex Esquilij's, & Vico Patricio. Etsi fortasse nouum Iouem Domitianum suum vocat, eiusque Palatium intellegit.*

Lib. 3. de Admit. c. 5.

Magni viri interpretatio, & ingeniosa clausula. Verum aliter interpretabitur, qui situs locorum oculis subiecerit. Nam ex Auentino nullus est, interiecto monte Capitolino, prospectus in eam Quirinalis partem Capitolio Veteri dedicatam, longequè distitam: facilis verò, & propinquus ab Esquilij's. Contrà, Nouum Capitolium, & Iuppiter Tarpeius in conspectu erat Auentini, Velabri solum valle interposita. Quare ille Maximus, in quem scribit Martialis, ex domo Auentina Nouum Capitolium: ab Esquilina Numæ sacella prospectabat. Hæc etsi humilia & angusta, nihilominus videbantur ab Esquilij's, aut etiam è culmine domus in Vico Patricio Esquilij's subiecto sitæ; ideoque necesse est in summo Quirinali fuisse, in hortis, vt dixi, prope Altam semitam, nunc Piam cognomento. Illud addam pro interpretatione eius Epigrammatis: mihi non videri, oportere versus posteriores referri ad priores, ita vt ille diues solum ex Auentino, Esquilij's, & Vico Patricio prospiceret Tempia Cybeles, Vestæ, & vtrumque Capitolium: sed significari, Maximum, præter domos positas in Auentino, Esquilij's, & Vico Patricio, qui est in radicibus Viminalis, quartam habuisse in Palatino, vnde Templum Cybeles: quintam prope Forum Romanum, vnde Templum Vestæ: sextam in Capitolio, aut illi

illi adiunctam, vnde Iouis Capitolini Templum: septimam demum in Quirinali, & Regione Altae Semitae, vnde Vetus Capitolium spectaret. Si enim illi tres tantum priores domus fuissent, nescio an ex ijs Templum Vestae videre potuerit in ima valle, & Foro situm, tot circum exstantibus praeter altis aedificijs. Deinde qui tribus tantum in locis habitasset, quomodo in clausula Epigrammatis vbiq; habitare diceretur? quae tanta in eo requirendo difficultas.

Dic vbi conueniam, dic qua te parte requiram?

Quisquis vbiq; habitat, Maxime nusquam habitat.

Rectè autem vbiq; & tota in Vrbe dicitur habitare, qui praeter Coelum omnes cum forensi valle Romanos Colles suis domibus infederat.

Vicus Mamurij.

Iam VICVS MAMVRII, vbi statua eius plumbea fuit ad Aedem S. Susannae: Constat ex Actis eius sanctae Virginis apud Cardinalem Baronium, in quibus haec habentur, et alias diximus. *Erat coniuncta Caij domus cum Aedibus sanctae Susannae, & Gabinij Patris eius. Facta sunt haec in sexta Regione apud Vicum Mamurij ante Forum Salustij.* In supra ex iisdem Actis dixerat, domum Gabinij fuisse ad Arcus portae S. Iulianae iuxta Aedes Salustij. Tum subdit: *Perseuerat haec nobilis memoria S. Susannae eodem in loco.*

Malum Punicum.

Prope Vicum Mamurij fuit & MALVM PVNICVM, Vicus, scilicet, in quo natus est Domitianus, Regione Urbis sexta, DOMO, quam postea in *TEMPLVM FLAVIAE GENTIS* conuertit, ut ait Suetonius. Is locus cirra Aedem S. Susannae, aut in Septis Montium, aut in Hortis Barberinis erat. P. Victor: *Malum Punicum ad quod Domitianus dedicauit Templum Flauiae gentis, & erat domus eius. Hoc Templum inter pulcherrima Urbis opera celebratur. Constat ex Martiale pluribus in locis.*

Lib. 9. Ep. 21.

*Hac qua tota patet, tegiturque & marmore, & auro,
Infantis domini conscia terra fuit.*

*Hic steterat veneranda domus, qua praestitit Orbi
Quod Rhodos, astrifero quod pia Creta polo.*

Eod. lib. Ep. 35.

Et: *Iuppiter Idei risit mendacia busti
Dum videt Augusti Flauiae Tempula poli.
Gnossia vos, inquit, nobis monimenta dedistis;
Cernite quam plus sit Caesaris esse patrem.*

Vbi Vespasianum praecipuo honore memoriaque cultum apparet; cum quo Titus, & Iulia Titi filia: sed praeterea gentis Flauiae vnum veluti Numen colebatur. De eodem.

Eod. lib. Ep. 3.
Eod. lib. Ep. 2.

Et: *Addita quid Latio Flauiae Tempula polo?
Manebit altum Flauiae decus gentis
Cum sole, & astris, cumque luce Romana;
Inuicta quidquid condidit manus, Caelum est.*

Aedes Fidiij.

Iam in eodem colle constat AEDEM FIDIJ fuisse. Cuius fabulam habes apud Dionysium lib. 2. Hunc seu Fidei praesidem, siue Herculem Iouis filium, Sanctum, & Sangum, & Sabum dixere, vnde Sabinis est nomen:

men: Quem illi cum Tatio venientes ad Urbem asportarunt. Quidius:

*Hanc igitur veteres dixerunt Aede Sabini,
Inque Quirinali constituere iugo.*

Fast. 6.

Dedicatis eidem Nonis Iunij. Item eodem loco.

*Quarebam Nonis Sancto, Fidonè referrem,
An tibi Semo pater: tunc mihi Sanctus ait.
Cuicumque ex istis dederis: ego munus babebo,
Nomina terna fero: sic voluere Cures.*

Quare postea Numam ab Sabinis profectum, cum vetus Capitolium, si-
bique domum erigeret. putaverim, locum Sabo haud longe distantem,
delegisse. Erat autem Aedes Sargi propinqua Templo Quirini, quod ad
portam statuimus. Colligitur ex Livio: *Bona*, inquit, *Semoni Sargo cõ-*
suerunt consecranda: quodque aris ex eo redactum est, ex eo anei orbes fa-
cti positi in sacello Sargi versus Aedem Quirini. Porro in ea Sargi Aede
lanam eũ colo, & suso Tanaquilis, qua eadem Caia Cecilia vocata fuisse,
prodente se. auetor est Varro, factamque ab ea togam Regiam undu-
latam in Aede Fortune, qua Servius Tullius fuerat usus. Inde ortum, ut
nubentes Virgines comitaretur colus compta, & susus eũ stamine; Plinius.

Liu. Dec.
1. lib. 8.Plin lib. 8.
cap. 48.

Eodẽ in loco fuit & SALIORVM SACRARIVM. Atqui scien-
dum est duplicis generis fuisse Salios Martis Sacerdotes: alios PALA-

TINOS, alios COLLINOS. Ita Dionysius. Palatini, *ὡν τὰς πα-*
λατίω κείτου τὰ ἱερά: vertit Interpres. *Qui sacra in Palatio celebrant.* an
rectius? quorum in Palatio res sacra reponuntur. ut eorum Ancilia signi-
ficentur. Hos, qui duodecim erant, Numa instituit. *Ἀγωναλεῖς, καὶ κολ-*
λῖνοι, ὡν τὸ ἱεροφυλακίον ἔστιν ἐν τῷ κολλῖνῳ λόφῳ. Agonales, & Collini,
quorum sacrarium est in Collino, seu Quirinali Colle. Hos successor Nu-
ma Tullius Hostilius instituit bello Fidenatum, vel Sabino, ut Livius, &
Dionysius tradunt: *Vouit etiam Rex in pugna se Saliorum numerum du-*
plicaturum. Hi Martiales item Sacerdotes fuere, non Pauorij, aut Pallo-
rij, ut quidam opinantur, quod in Livij, & Dionysij citatis locis animad-
uertere poterant. Porro sacra scuta quæ ANCILIA, & arma Cæle-
stia dicebantur, cum tripudijs, solemnique cantu saltuque feretes postea
vnde acceperant, reponebant in Sacrario Martis, ut loquitur Seruius.

Dionys.
lib. 2.Dec. 1. 1. 1.
Antiquit.
lib. 2. & 3.

Quidam in Templo Martis recõdita fuisse docent. Verum quod nam fue-
rit in Vrbe Templum Martis, in Palatio præsertim ab antiquissima ætate
Numa, ignoro. Nisi Templum latiori significatione quodcunque inau-
guratõ conditum velint. Quod autem Camillus apud Livium in concio-
ne dixit: *Quid de Ancilibus vestris Mars Gradivus, tuque Quirine:* Id ne-
mo, arbitror, referat ad Tempa Martis, & Quirini, in quibus conderen-
tur Ancilia; sed potius ad eos tamquam Anciliorum præfides, & quorum
sub tutela erant Salij, & Ioue, ut ait Seruius. Hæc igitur non Templo cre-
dita sunt, sed *ἱεροφυλακίῳ*, seu Sacrario Martis. Est autem Sacrarium,
ut leges monent, locus, in quo sacra reponuntur, quod etiam in edificio pri-
uato esse potest. Rursus: *sacra res sunt, quæ publicè consecrata sunt. Si-*
quis ergo priuatim sibi sacrum constituerit, sacrum non est, sed profanum.

Æncid. 1.
7. & 8.ff. de rer.
diuic. tit. 8.
l. sacra.
Eod. tit. 1.
in tantũ.

Hæc

Hæc ibi. Cum ergo Ancilia sacra essent, locū in quo recondebantur, Sacrarium fecere. Salij autem tam Palatinis, quam Collinis sua fuere Ancilia, & Sacraria. Palatinis antiquioribus à Numa institutis Sacrarium fuit in Palatio, ut ex alijs supra Dionysij verbis licet conijcere. Illo Rege Quirinalis extra Urbem fuit, centum circiter post annos intra Urbem receptus à Senio, quæ sub Numa solum Palatium, & Capitolium cinxere. Neque dixerim prudentissimum Regem, à ma Cœlestia, quibus fore prædicauerat, ut Vbis perpetuò defendetur, ac staret, credidisse immunito Colli, hostiumque direptionibus exposito. Onophrius designauit in Palatio Curiam Saliorum, & Sacrarium. Mihi probabile est eandem Curiam fuisse Sacrarium. At Salij Collinis in Quirinali Sacrarium fuit, & Ancilia Hostilij iussu fabricata. In antiquis marmoribus hæc scuta cum Salij sculpta sunt, figurata etiam in nummis, non solum vndique iucosa, ut docet Plutarchus in Numa & qui instar incurua: sed gemini cum lunulis introrsus in duplici latere cõformata. Piora illa Numæ videntur fuisse: aliqua è posterioribus fortasse Hostilio placuerunt.

Cur autem Sacrarium Martis pro Ancilibus Saliorum Collinorum in hac parte Quirinalis statuendum sit, hæc potissimum causa se offert. Numa de Cœlo, ut vulgabat, delapsus, an clam fabricatum Ancile, quo stare iactabat salutem Urbis, ne quisquam auferret, multa eiusmodi scuta à Mamurio insigni illius ætatis fabro facienda curauit. Fuius Mamurij, qui identidem a Salij inter canendum vocabatur, Vicus cum statua plumbea fuit ad Aedem S. Sufannæ, ut eius Virginis Acta demonstrant. Hostilius autem cum Salios, & Ancilia duplicata, Sacrarium statuisset prope Mamurium credendus est. sic enim & venerationem suis quærebat Ancilibus, quasi ab eodem artifice elaboratis; nec, quamuis extra Urbem poneret, Vibi, si aliquando auferrentur, periculum creabat; cum ibi non esset Numæ scutum Cœleste: Et Mamurius non incongrue Ancilia, eorumque Sacrarium spectabat è propinquo. Erat etiam prope Capitolium Vetus à Numa factum, qui & Ancilia prior fecerat. Scribit Seruius, eum, qui susciperet curam belli gerendi, Sacrarium Martis ingressum Ancilia commouere solitum, tum hastam ipsius, & dixisse, *Mars vigila.* Quod Lipsius à Turnebo relatum non probat. In antiquiore ne Sacrarium id fieret, an in vtroque non constat: probabile est in vtroque.

In eodem Quirinali suisque fanis olim Fortuna culta est. Plura autem dicuntur fuisse Tempia FORTVNÆ in Regione sexta Altæ semitæ, quæ fere spatium occupat Quirinalis, *Primigenia, Publica, REDVICIS.* De Primigenia Liuius: *Aedem, inquit, Fortuna Primigenia in Colle Quirinali dedicauit Q. Martius Hala Trimum ad id ipsum creatus. Vouerat eam decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus, locauerat idem Censor.* De voto idem. *Consul principio pugna Aedem Fortuna Primigenia vouit, si eo die hostes fudisset.* Idem alibi tradit in Aede Primigenia Fortuna, quæ in Colle, duo diuersa prodigia contigisse. *Palam in Area enatam, & sanguine interdum pluuisse.* De Fortuna Publica

Sacrariū
Saliorum
prope vicum
Mamurij.

7. & 8. Æneid.
Antiq. le-
tion. l. 5.
cap. 16.

Li. Dec.
4. lib. 4.

Dec. 3. l. 9.
Dec. 5. l. 3.

Li. 4. Fast. Ouidius.



Qui dicet, Quondam sacrata est Colle Quirini

Hac Fortuna die, Publica, verus erit.

Li. 8. Fast.

Et: *Nec te prater eo populi Fortuna potentis
Publica; cui Templum luce sequente datum est.*

Hoc secundum Fortunæ Publicæ Templum vbi nam esset mihi nō liquet. Primum, vt dixi erat in Colle Quirinali. Ouidij Interpres eandem facit Publicam, & Primigeniam. Nec placet. Magnæ enim Religioni Romanis erat, quo sub nomine Dijs Tempa nuncuparentur, neque licebat alterum pro altero supponere. Publica quidem dicta est propter assertam Publicam libertatem pulsis Regibus. Etsi alijs de causis dici publica potuit, sicuti non vnum eius Templum fuit. Primigenia vero, cui ante Seruius Rex Aedem dicauerat in Capitolio, dicta est, vel quod ille Rex ad Fortunam prima initia, & originem sui Regni: vel quod Roma Imperij sui principia ad eā referenda censuerit. Aedem Fortunæ Reducis statuit Sex. Rufus in Regione sexta Altæ semitæ, quæ tamen vt postea dicam, altera est ab illa, quā causa reditus Domitiani posuit Populus Romanus. Dion de Augusto: *Ob reditum, Fortuna Reduci Aram consecrari, diemque sui reditus inter ferias referri, & Augustalia dici passus est.* Nondum fortasse Templum erat.

Plutarch.
de Fort.
Rom.
Idem in
q. Rom.
q. 16.
Dion. l. 54.



In eodem Colle fuit Templum SALVTIS, quod erat prope muros Vrbs. Porta enim Collina dicta est in Vrbe Salutaris, quod esset ad

A a

Aedem

- Aedem Salutis*, vt ait Festus. *locavit adificandam* Iunius Bubulcus Cenfor, quam teste Liuius. *Consul bello Samnitium vouerat*. Et alibi. *Aedem Salutis, quam Consul vouerat, Cenfor locauerat, Dielator dedicauit*. Extremo Martij illi sacrificabant, & alijs Dijs. Ouidius.
3. Fast. *Ianus adorandus, cumque hoc Concordia mitis, Et Romana Salus, araque Pacis erit.*
- Li. 35. c. 4. *Aedem Salutis Fabium, qui ex eo dictus est Pictor, pinxisse testatur Plinius, principatu Claudij exultam: Pacunium vero Poëtam Aedem Herculis in Foro Boario. At extra portam Templum ERYCINÆ VENERIS celebratum est. P. Victor in Regione quinta. Templum Veneris Erycina ad portam Collinam. Liuius: Ludi Apollinares Circo inundato extra Portam Collinā ad Aedem Erycina Veneris parati sunt. Ouidius. Templum frequentari Collina proxima porta Nunc decet, à Siculo nomina colla tenet.*
- Fast. 4. *Nempe ab Eryce Siciliae colle, à quo, translato inde monitu Sibyllini carminis signo, dicta est Venus Erycina; erat adiuncta insignis Porticus.*
- Dec. 3. lib. 10. Fast. 4. *Strabo: Est & Roma ante portam Collinam Dea huius aedificium, quod Veneris Erycina Templum dicitant; cui cum Aede Sacra insignis adiacet Porticus. Appianus: Collina porta iam propinquus Sylla ad Aedem Veneris castra posuit. Extra eandem portam TEMPLVM HONORIS. De quo M. Tullius. Nostis extra portam Collinam Aedem Honoris: & Aram in eo loco fuisse memoria proditum est. Aedem cum lamina esset inuenta, & in ea scriptum, Domina Honoris, ea causa fuit Aedis huius dedicanda. Sed cum multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt. Statuit enim Collegium, locum publicum non potuisse priuata religione obligari. Eodem in loco TEMPLVM HERCVLIS. Liuius: Ipse Annibal, ad portam Collinam, usque ad Herculis, Templum est progressus: atque vnde proxime poterat, mœnia situmque Urbis obequitans contemplabatur. Et: intra muros solus hostium emisit hastam, vt ait Plinius.*
- Strabo lib. 6. *Prope eandem portam extra muros SCCELERATVS CAMPVVS, vbi inceste Vestales viuae sepeliebantur. Id argumenti satis est, ne quisquam iure ponat intra mœnia. si enim intra Urbem neminem licebat sepelire, quanto minus scelerata cepita? Liuius: Minucia Vestalis, facto iudicio, viua sub terram ad portam Collinam, dextra viam Stratanā defossa, scelerato Campo credo ab incesto id eo loco nomen factum.*
- App. lib. 2. De Bell. ciu. *Dec. 3. l. 6. Lib. 34. cap. 6. Dec. 1. l. 8.*

Aedificia Campi Martij, & Flaminiij. Cap. XVI.

LIB. 1. c. 8. **E**COLLIBVS ad æqua Urbis descendendum est: & primum in Campum Martium. De finibus, amœnitate, & viriditate Campi Martij diximus. Nunc eius aedificia in conspectum damus, quæ aliquam eius partem ceteroqui herbidi, & graminei occuparunt.

STATVAE primò se offerunt virorum illustrium ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Campum collatæ. Et quamvis à Caligula deiectæ, mox tamen *restituta, & si non saluis titulis*, vt ait Suetonius. Has Statuas in crepidine viarum, ego putauerim, interiectis forte arbutusculis collocatas. Tres autem viæ, quod antea dicebam, vti hac tempestate, secundum eius longitudinē fuerunt in Campo. VIA FORNICATA, FLAMINIA, RECTA.

De via Fornicata, idest recta Fornicibus, & porticu Lilius: *Et in via Fornicata, que ad Campum erat aliquot homines, de cælo tacti, exanimatique fuerunt.* Ad Fontem hodie Triuij colitur Templum S. Mariæ cognomento in Fornica: deducto fortassis à prisca via Fornicata; ibi enim erat, propior Collibus. Via Flaminia propior Tiberi, medio fere Campo strata. Tacitus de exercitu Flauiano, qui pontem Miluium superauerat. *Pars, inquit, vt asliterat, Flaminia via.* Suetonius de Maufoleo Augusti. *Id opus inter Flaminiam viam, ripamque Tiberis.* Fuit & viæ Flaminie superstructa porticus, de qua Iulius Capitolinus in Gallieno: *Porticum, inquit, Flaminiam, usque ad pontem Miluium ipse parauerat ducere, ita vt tetrastrice fieret: vt autem alij dicunt, pentastice, ita vt primus ordo pilas haberet, & ante se columnas cum statuis, secundus, & tertius, & deinceps ἑξάστειον columnas.* Via Recta propior Tiberi strata est, in quem desinebat. priusquam ad Mausoleum Augusti perueniretur. Seneca: *Inter Tiberim, & viam Rectam descendit ad inferos.*

Ipsam porro MAVSOLEVM, mirum quam vmbrarum opacitatē, ac pulchritudinē extremo Campo afferret? Suetonius: *Id opus inter Flaminiam viam, ripamque Tiberis sexto suo Consulatu extruxerat: circumiectasque sylvas, & ambulationes in usum populi tunc iam publicarat.* Strabo: *Quorum, sepulchrorum, omnium præclarissimum est Mausoleum: agger ad amnem, supra sublimem albi lapidis fornitem congestus, & ad verticem usque semper virentibus arboribus coopertus. In fastigio statua Augusti Casaris. Sub aggere loculi eius, & cognatorum, ac familiarium. A tergo lucus magnus ambulationes habens admirabiles. In medio autem campo busti eius ambitus ex albo saxo in orbem cinctus ferrea sepe, intus αἰγέοις populis confitus.* Huius molis (Augustam nunc appellant) vestigia adhuc extant intra materiarij mercimonij officinam ad Aedem Rocchi, & Ripam, vt vocant, minorem Tiberis. Meminit illius Tacitus: *Dies, quo reliquia tumulo Augusti inferebantur, modo per silentium vastus, modò ploratibus inquires: plena Urbis itinera: conlucentes per Campum Martis faeces.* Habuit hæc moles in parte anteriori duos OBELISCOS, quorum vnum ad Aedem Liberianam Maximæ Virginis, in Esquilijis positum videmus. Pars autem anterior Mausolei illa fuit, quæ spectabat Urbem. Itaque cum sylvæ, & opacæ ambulationes essent à tergo molis, versus portam, nunc Flaminiam secundum ripam Tiberis producebantur. Mausolei autem forma est notissima. Hanc enim suggestus, & tabernaculum quasi per gratus decrescens, quod in Apotheosi pro rogo Cæsaris incēdebant, inibatatur. Quia vero locus, vbi crematus fuerat Augustus al-

Statuæ
Campo
Martio.
In Calig.
cap. 34.

Liu Dec.
3. lib. 2.

Hist. lib. 3.
In Aug.
cap. 100.

In Iudo
de morte
Claudij.
Mausoleū
Augusti.
Loc. cit.

Strabo l. 5.

Tac. lib. 3.
Ann.

Sylvæ
Mausolei
versus portam
Flaminiam.

bo distinctus saxo, ferreisque cancellis, & umbrosa arborum corona cinctus in medio erat Campo: ibi quoque exulta deinceps fuisse cadaver Augustorum, vel cadaverum effigies credibile est. Herodianus: *Letum extra Urbem perferunt in Martium Campum, ubi, quâ latissime Campus patet. suggestus consurgit.*

Septa vbi
essent.

In eodem Campo fuere **SEPTA**. Hic locus est, quo populus conveniebat ad ferenda suffragia in Comitijs, qui primo ligneis cancellis, postea marmoreis septus est. Ideoque propter similitudinem caularum gregis, **O V I L E** dictum. Nam vocatus ad Comiticia populus, & distributus in Tribus, vel Centurias, manebat in Campo. postea ut quæque centuria larura erat suffragium introvocabatur in Septa per angulum pontem: neque tunc alijs licebat esse in Septis. Quamobrem Marius in petitione præturæ ambitus suspicionem dedit, quia eius servus intra Septa, vel Ovilis est deprehensus. Livius: *Citatis Centuria senioribus, datum secretum in Ovilis cum his colloquendi tempus.* Lucanus.

Concidit, & misera maculavit ouilia Roma.

Iuv. Sat. 6.

Iuvenalis: *Isidis, antiquo qua proxima surgit ouili.*

Ad Attic.

Septa voluit Cæsar primum extruere curante Marco Tullio, ut alibi ex Cicerone dictum est: *In Campo Martio Septa Tribunicijs, Manutio Tributis, Comitijs marmorea sumus, & tecta facturi, eaque cingemus excelsa porticu, ut mille passuum efficiatur.* Sed opus varijs de causis, & postremo, exortu belli civilis omissum est. Ea deinde Lepidus ædificavit, perfecit ornavitque Agrippa.

Dion. l. 53.

Dion: *Augusto V I I I. Statilio Tauro Consulibus, Agrippa, quia nullam viam sternendam susceperat, Septa dedicavit. Septa locus est in Campo Martio. Eum ad habenda Tributa Comiticia Lepidus undequaque porticibus circumductis ædificauerat, tabulis lapideis, & picturis à se exornatum: Agrippa Septa Iulia ab Augusto cognominavit.* Plinius: *Fuit memoria nostra & in porticibus Septorum à M. Agrippa relicta trabs aque miraculi causa, qua Diribitorio superfuerat, viginti pedibus breuior, priore C X X. pedum, sesquipedali crassitudine. Quoniam autem hæ Porticus amplissimæ fuere, spectacula ibi ab Augustis non rarè data, ut de Augusto, & Caio memoriæ proditum est. Et quotidiana ibi mercium præsertim pretiosarum venditio, ut colligitur ex Martiale.*

Plin. l. 16.
cap. 40.

Plinius: *Fuit memoria nostra & in porticibus Septorum à M. Agrippa relicta trabs aque miraculi causa, qua Diribitorio superfuerat, viginti pedibus breuior, priore C X X. pedum, sesquipedali crassitudine. Quoniam autem hæ Porticus amplissimæ fuere, spectacula ibi ab Augustis non rarè data, ut de Augusto, & Caio memoriæ proditum est. Et quotidiana ibi mercium præsertim pretiosarum venditio, ut colligitur ex Martiale.*

Lib. 9.
Ep. 60.

In Septis Mamurra diu multumque vagatus

Hic vbi Roma suas aurea vexat opes.

Iam vbi Septa collocanda sunt? Cõmuni opinione collocantur inter Forum Columnæ, fontemque Treuentis Aquæ: siue inter viam olim Fornicatam, atque Flaminiam. Erigitur Colliculus prope Flaminiam, & Forum Columnæ vulgari appellatione Citorius. hunc à citandis Centurijs, ac Tribubus in Comitijs dictum autumant.




MAVSOLEVM AVGVSTI

Aa3



MAVROVA V. TORVAN
KAVAZI



MAVSOLEI VESTIGIA



Villa Pu-
blica.
Dec. 4. l. 3
Loc. cit.
ad Attic.

Val. lib. 9.
cap. 2.
In epito-
me lib. 83.
Lib. 3. in
Bel. Mar.
in Sylla.

Lib. 1. de
Clemen-
tia cap. 12

Luc. lib. 2.

Diribito-
rium.
Dion. l. 55.

Septis proxima fuit VILLA PVBLICA, publica scilicet extra Urbem domus pro legatis hostium, quos intra mœnia admitti nolebant. Liuius: *Macedones deducti extra Urbem in Villam Publicam, ibique ijs locus, & lautia prabita.* Cicero cum de Septis ædificandis dixisset, subdit: *simul adiungetur huic operi Villa etiam Publica.* P. Victor in Regione nona; *Villa Publica, ubi primum populi Censuræ factus in Campo Martio.* Valerius Maximus, *Quatuor Legiones contraria partis fidem suam sequutas in Villa Publica, quæ in Martio Cæpo erat, Sylla obruncari iussit.* At Liuius de eadem cæde: *Octo millia de ditorum in via publica trucidauit, Florus: Quatuor millia de ditorum inermium Ciuium in via publica interfici iussit.* Plutarchus, *Superstites ad sex millia in Circo Maximo.* perperam hoc Interpres. Græce enim, *ἄδρα τὸν ἰππὸς ἐγμὸν* iuxta Circum, Maximum de suo adiecit. Flaminium autem Plutarchus intelligit, qui tunc erat extra Urbem; prope quem in Aede Bellonæ Sylla Senatium item extra Urbem vocauerat. Seneca: *Septem millia Ciuium Romanorum contrucidari iussit. Et cum in vicino ad Aedem Bellonæ sedens exaudisset Sylla, conclamationem.* Adijcit Plutarchus cædem fuisse factam *ἐν χωρίῳ μικρῷ* in loco paruo, & angusto. Non igitur in via publica; sed in Villa, domoque Publica, quæ prope Circum Flaminium erat. Ex quo corrigendi Liuij, & Flori Codices. Quia autem Circi Flaminij fines alibi inuestigati sunt; existimo Villam Publicam eo loco sitam, qui à Foro Columnæ, cui olim vicina Septa, versus Pantheon, haud longe abesset. Quod si Lucanus militum illam cædem deplorauit in Septis potius editam, quam in Villa Publica illis verbis.

*Tunc flos Hesperia, Latij iam sola Iuuentus
Concidit, & misera maculauit ouilia Roma.*


Id cecinit, vel propter locorum propinquitatem, vt vnus pro altero supponeretur: vel per Catachresim, ouilis nomine abusus, vt à Septis ad Villam domumque Publicam traduceret; nam & Poetis inusitatum non est, vsurpare, Septa domorum: vel quia etiam in Septis milites tendebant, & pars cædis ibi peracta est.

In eodem Campo DIRIBITORIVM fuisse certum est: *Domum omnium earum quæ vnquam vno culmine fuissent, maximam, vn Dion. loqui-*

loquitur. (Nunc omni eius te-
 Eto diruto, quia rursus commit-
 ti inter se non potuit, aperto fa-
 stigio conspicitur) Agrippa im-
 perfectum reliquerat. Tunc ur-
 rò ad finem perductū erat opus.
 Et ante scripserat: Campū au-
 tem Agrippa porticu excepta, ac
 Diribitorium ipse Augustus de-
 dicauit. Plinius: Trabs eque mi- Plin. 1.16.
 vaculi causa, qua Diribitorio su cap.40.
 persuerat: In eo censebantur
 milites, & illis soluebantur sti-
 pendia, inde exortum nomen;
 Diribere enim distribuere est.
 Ludi interdū propter loci la-
 xitatē in eò facti. Dion: Tunc
 primū Senatoribus puluina-
 ria subdita, vsusque pileorum
 Thessalicorū concessus in T bea-
 tris, ne Solis ardore laborarent;
 qui sicubi esset vehemētior, Di-
 ribitorio Foris, & tabulatis in-
 structo vsi sunt.

FORVM, in quo Antonini
 COLUMNNA COCHLIS ere-
 cta est, instar Fori Traiani or-
 natum fuit porticibus, quæ im-
 manibus columnis nitebātur.
 Cochlidem in medio decreuit
 erexitque Antonino Pio Senā-
 tus post eius mortem. Extat
 nummus cū Columna, inscri-
 ptus, DIVO PIO.

Columna
 Antonini.



P. Vis



P. Victor: *Templum D. Antonini cum Cochlide Columna, qua est alta pedes CLXXV. habet intus gradus CCVI. & Fenestellas LVI: quam sane ruinosam, & incendijs, ac vetustate vndique exesam Sixtus V. Pont. Max. resecit, figillis, & basi, atque in summo ex aere inaurata. D. Pauli Statua posita, restituendam curauit. Sed quia Templum P. Victor statuit prope Columnam: Erat hoc in fine olim eius Fori, vbi grandes adhuc marmoreæ Columnæ visuntur cum epistilio, in platea Petraræ, vt dicunt. Quod alij Basilicam, alij Porticum malunt dicere. Rectius dixeris Templum, vt ostendunt solidi parietes, parquæ fornicis, quæ in Aedes Romani Seminarij obuersa est. Apud Cencium Camerarium sic legimus *Templum D. Antonini iuxta S. Saluatorem ante S. Mariam in Aquiro*. Præter hoc, aliud eiusdem cum vxore Faustina com mune Templum adhuc cernimus in Foro nunc Boario. Ceterum Marco Antonini successori, decreta fuisse paria honoris monumenta notant scriptores. Aurelius Victor: *Eius morte nuncio Romam peruecto, omnes pari sensu presumpserunt Marcum Cælo receptum esse, ob cuius honorem Templo, Columna, multaque alia decreta sunt: Et. Qui seiuētis in alijs Patres, ac vulgus, soli omnia decreuerunt, Templo, Columnas, Sacerdotes*. De Templo Iulij Capitolinus: *Templum ei constructum, dati Sacerdotes Antoniniani: & Sodales, & Flamines, & omnia, qua de Sacratissimis decreuit antiquitas*. In ipsa vero Pij Columna insculptæ imagines, Marcomannici belli, quod Marcus gessit, acta repræsentant. Argumento est inter cætera Iouis Pluiij fulminantis imago; quâ ideo in Columna figurarunt, quod obsessum exercitum Legio Christianorum, quæ postea Fulminatrix est dicta, præcibus impetrata, immissaque in hostem diuinitus tempestate liberauerit. Hoc quidem Ethnici inanibus Dijs adscripserunt. Iulius Capitolinus: *fulmen de Cælo precibus suis contra hostium machinamentum Marcus extorsit, suis pluuia impetrata, cum siti laborarent*. Atqui non ille impius, vexatorque Christianæ Fidei, sed piorum militum sanctæ preces à Deo impetrarunt, quod fusè Baronius exposuit. Cum autem nondum peracto bello in Germania Marcus auctore Herodiano, & Iulio Capitolino decesserit: insertur, Columnam, quamquam Pio dicatam, Commodo Principe post mortem patris factam esse.*

Templum sancti Laurentij in Lucina ipso nomine indicat eiusdem LVCINÆ Templum cū luco. Ibi & T E R E N T V S, locus eius nominis, quod ibi Curuatus Tiberis sinistriorem ripam attereret: siue quod ara Ditis patris sub terra ibi occultaretur, ad quam fiebant sacrificia anno, ludisque secularibus. Ouidius;

Faët. 1.

*Fluminis illa latus, cui sunt vada iuncta Terenti
Aspicit, & sparsas per loca sola casas*

Li. 4, Ep. 1.

Martial. *Hic colat iugenti redeuntia secula lustro,
Et qua Romuleus Sacra Terentus habet.*

Legio
Christia-
norum
Fulmina-
trix.
In vita
Marci.
Tom. 2.
An. Au.
Sal. 176.



ARCUS DOMITIANI POSTEA DICTVS diPortogallo.

Horologium in Campo Martio. Plin. l. 36. cap. 4 & cap. 10. De eo Ful. lib. 4. Mar. l. 5. cap. 6 & prioris ed. lib. 6. c. 16.

In eodem Campo HOROLOGIVM olim fuit strato lapide æreisque regulis descriptum ad deprehendendas Solis umbras, & dierum, noctiumque magnitudines. Huic pro gnomone OBELISCVS ingens fuit aduectus ab Aegypto, pila aurata apici superposita. Hunc Plinius ait fuisse pedum CXVI. qui modo multas in partes fractus, ac terra obrutus iacet ad radices Montis Citatorij versus Tiberim, sub priuatis Ciuum domibus. Fuluius in basi hanc legisse inscriptionem testatur:

IMP. CAESAR. DIVI. FIL. AVG
PONTIFEX. MAXIMVS
IMP. XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV
AEGYPTO. IN. POTESTATEM
POPVLI
ROMANI. REDACT
SOLI. DONVM. DEDIT


Arcus in via Flaminia.

Lib. 68. siue Xiphilini. in Nerua.

Martial. lib. 8. Epig. 65.

ARCVM, quem in via Flaminia vulgari appellatione Portugalliae nominant, Domitiano passim attribuunt. Ar omnia eius monumenta decreto Senatus diruta fuerunt. Suetonius: *Senatus imagines eius coram detrabi, & ibidem solo affigi iussit, nouissime eradendos & ibique titulos, abolendamque omnem memoriam decreuit.* Dion: *Fuere quoque, inquit, Arcus triumphales, quos ei plurimos fecerant disturbati.* Idemque dixerat de Statuis eius aureis, & argenteis. Perleuis etiam est eius rei coniectura: *Argumento, inquit Fuluius, sumpto ex verbis Suetonij, qui scribit Domitianum somniasse se à Minerua destitutum, & illam excedere Sacratio, ut simulacra eius rei ibi marmorea extant.* Atqui somnium illud paulo ante Domitiani mortem contigit: nec quisquam persuadeat, illum in Arcu insigni victorijs, & trophaeis referri sibi voluisse infausta prodigia. Deinde non est, cur velint, hunc illum esse Arcum, de quo Martialis.

Stat sacer, edomitis gentibus Arcus ouans.



Cum ille multo ante in reditu è Germania, & triumpho Domitiani fuerit erectus. Quo tempore nondum quidquam somniauerat Domitianus; ut nemo per somnium videret, quod in eius Arcu triumphali nunquam fuerat insculptum. Est in nostra Bibliotheca Collegij Romani Codex manuscriptus, in eam ex Bibliotheca Mureti translatus, Ioannis Marchanoux ad Malatestam Principem Casareum, in quo docet, ARCVM illum esse DRVSI Germanici priuigni Augusti. Hic auctor, nonnulla de Antiquitatibus Urbis rudi stylo est complexus, multoque copiosius inscriptiones, quæ non modo in Vrbe, sed etiam extra sunt. Suam ille tueri sententiam potest, quod Drusum, teste Suetonio in Germania bellum gerentem species barbaræ mulieris humana amplior victorem tendere ultra sermone Latino prohibuit. Id verò virtutis, victoriæquæ monumentum in Arcu post eius mortem erecto, insculptum est; non illud infaustum somnium Domitiani. Quod si, eodem Suetonio auctore, Senatus inter alia plura, Druso marmoreum Arcum cum trophæis via Appia decreuit; eumquæ P. VIctor numerat in Regione prima portæ Capenæ: ex quo infertur, hunc in via Flaminia Drusi Arcum non esse dicendum; respondere potest, hunc esse Arcum, quem Claudius Drusi filius post Caium Imperator patris memoriæ posuit, non quem Senatus statim vita functo decreuit. Illum autem in numismatis Claudij expressum videmus formæ eius, qui mutilus superest, respondentem.

An. 1465.
Arcus
Drusi.

In Clau-
dio Cæf.
cap. 1.

Eodem
capite.



Structus est autem in campo, quia & in campo Martio Drusus sepultus est. At nummi veteres Arcum Domitiani huic simile referunt. Respondebit iterum, alium quempiam referri ex ijs, qui post eius mortem deiectioni sunt; non hunc, qui quoniam non est deiectus, Domitiani non est. Caterum Arcus ille triumphalis Domitiani certam, puto, sedem non habet. Fuisse versus portam triumphalem colligi forsitan potest ex epigrammate Martialis. nam vbi reducem & triumphaturum Domitianum Senatus

Arcus Do-
mitiani
vbi esset
Epigr. 69.
lib. 8.

Populusquæ salutauerat (ait postea).

Stat sacer edomitis gentibus Arcus ouans.

Hic gemani currus numerant elephanta frequenter.

Sufficit immensis aureus ipse iugis.

Hæc est digna tuis Germanice porta triumphis,

Hos aditus Urbem Martis habere decet.

Quamuis enim hæc postrema verba de Arcu ipso Interpretes exponant, indicant tamen portam Urbis propinquam; neque enim Arcu posito in media Vrbe recte videretur dici:

Hos aditus Urbem Martis habere decet.

Sed illo ad portam structo, & porta, & aditus Urbis illustratur. Præterea credibile est, salutantem plaudentemquæ Senatum obuiam factum; Do-
mitiano

mitiano triumphaturo non longe à porta; vt aliquot ante annis Vespasiano, & Tito, quod de his affirmat Iosephus, & alibi est dictum.

Validissimis perstringit Donatus rationibus, hunc in via Flaminia Arcum Domitiani non esse: Druso tamen Germanico, Augusti priuigno fuisse erectum ab Imperatore Claudio; Drusi filio non assentior. Argumento sunt figuræ insculptæ protensa barba, quem morem certum est emanasse ab Hadriano, qui (teste Dione) barbam nutrire primus Romanorum Imperatorum cepit. Ignotam verò antiquitatis latebrasse aperit, in Arcus fronte, marmor insculptum, quod vt oculis perlegi, rarum quiddam mihi intelligere contigit, nondum ab alijs animaduersum. Præfert marmor Iunioris Faustinae Marci vxoris imaginem, atque eius Apotheoseos monumentum: ipsa quippe in Cælum asportatur à Diana Lucifera alata, vtraque manu facem gerente; estque eius caput velatum, vt moris fuit Imperatricibus iam Diuis; quemadmodum in eius consecrationis nummo à nobis deprompto ex rarissimo quem in suo adseruat Thesauro Illustris. D. Camillus Maximus Patriarcha Hierosolymitanus.



Flammans quoque pyra visitur in marmore, insidensque figura palliata, & seminudus hui procumbens Genius. Hinc error patet Fuluij asserentis expressum esse Domitiani somnium à Minerua destituti, aliorumque opinantium monumentum esse, Victoriæ Drusi, de quibus satis Donatus: mulier enim illa, nec Minerua est, nec specie barbara, sed Faustina iam Diua sic ad astra fertus à Diana. In altero itè marmore expressus est Imperator stans (opinor) Marcus, quamuis exesa nimis imago sit vetustate, atque e suggestu alloquitur

populum, adstante palliato puero, qui siue alimento, siue tutelam Italiae designat, vt in nummis. Hic ergo Arcus D. Marco, & D. Faustinae extractus fuit à Commodo ipsorum filio ad Antonini Forum; vbi ille, & Columnam patris rebus gestis, in Marcomannico bello, dicauerat insignem. Hic opportunus erit recensendi locus cum anno MDCXLI. ab Illustrissimo, atque Excellentissimo Carboniani Principe, ex præclarissima Columnensium familia, instaurarentur Aedes, in platea quæ vulgò Sciarrae nuncupatur, non longè ab hoc Arcu in Flaminia, inter iaciendum Porte fundamenta, quædam in rudibus, lateritia lapideaque vestigia, eruta fuisse: vnde Leonardo Augustino Eminentissimi, ac Reuerendissimi Principis Francisci Barberini Cardinalis Antiquario, aliquas inibi præclaras subesse antiquitatis reliquias, non temerè arbitrante, ad xxxij. palmos, in eadem Flaminia, terra circum egesta, antiquum pavementum taxillatum detectum est, effossumque ingens marmoris frustum, cū triumphalibus titulis Imperatoris Claudij. Effosæ insuper ex Africano marmore striatæ, sed dirutæ columnæ simulque captiui truncus, quæ omnia

Arcum

Arcum Imperatoris Claudij fuisse abundè testantur. Sed vt nihil remaneret dubij, aureus quoque nummus ipsius Claudij est adinuentus, qui exhibet ab vno latere Imperatoris caput cum litteris TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. VIII. IMP. XVI. ab altero vero Arcum ipsum, cum equestri Claudij Statua, inter trophæa, & litteris DE BRITANNIS. Inscriptionis porrò fragmentum sic genuinæ restituumus antiquitati.

TI. CLAVDIO. DRVSI. F. CAESARI
AVGVSTO. GERMANICO
PONTIFICI. MAXIMO. TRIB. POT. IX.
COS. V. IMPERATORI. XVI. P. P.
SENATVS. POPVLVSQVE ROMANVS QVOD
REGES. BRITANNIAE PERDVELES SINE
VLLA. IACTVRA CELERITER. CAEPERIT
GENTESQVE. EXTREMARVM. ORCHADVM
PRIMVS INDICIO. FACTO. R. IMPERIO. ADIECERIT

Fragmentum ipsum ad Barberinas Aedes in Quirinali asportatum adseruatur cum eodem Claudij nummo, in antiquitatum larario: Britannij verò captiui exelus truncus, extat in ædibus supra laudati Illustrissimi D. Camilli Maximi prope locum eiusdem Claudij Arcus, in Flaminiam.

In eodem loco **TEMPLVM FORTVNAE REDVCIS** Templum Fortunæ Reducis. extructum est. Quanta pulchritudine idem eodem Epigrāmate declarat:

Hic vbi Fortuna Reducis fulgentia latè

Templa nitent, scelix arca nuper erat.

Hic stetit Arctoi formosus puluere belli

Purpureum fundens Caesar ab ore iubar.

Hic lauro redimita comas, & candida cultu

Roma salutauit voce, manuque ducem.

Claudian. *Aurea Fortuna Reduci si Templa priores
Ob reditum vouere Ducum: non digniùs vnquam
Hac Dea pro meritis amplas sibi posceret aedes:*

De VI.
Consul.
Honorij.

Frequens in numismat' s' Caesarum, Imago Fortunæ Reducis.



Bb

Tem-

Templum vero et si ubi fuerit, affirmari certo non queat, aliqua tamen eius vestigia præbet Martialis in Epigrammate, & quæ de proximo Arcu diximus confirmant. Fuit enim extructum, ubi erat area, idest solum vacans, & antea carens structura; quod præferim in Campum Martium quadrat. Deinde ibi à Senatu, & populo laureato salutatus est triumphum initurus Domitianus, quod videlicet Principi non longe à porta Triumphali solemniter præstari solebat. Templum igitur vel in finibus Campi Martij, aut in altero Campo Vrbi propinquiore (neque enim inclusus adhuc intra mœnia fuerat) statuendū videtur. Quod si apud Sextum Rufum in Regione sexta Altræ semitæ legimus, *Templum Fortuna Reducis*; primo id apud P. Victorem non habemus; deinde putandum est in Vrbe plura eius fuisse Tempia, idque posteriori tempore ædificatum. Errant autem, qui constituto Arcu Domitiani in via Flaminia, ibi & Templum Flauiaz gentis constituunt, cum vt diximus ad Malum Punicum fuerit in Quirinali, ubi natus Domitianus, & postea humatus est.

Eiusdem Domitiani, nec auctori futuram superstitem **N A V M A C H I A M** quod erat ædificium pro naualibus pugnis, collocant in Cæpo Martio ad Cœnobium Monialium Sancti Syuestri. Suetonius: *Fecit & Stadium, & Odeum, & Naumachiam: è cuius postea lapide Maximus Circus deusillis utrinque lateribus extructus est.* De hac, an potius de Naumachia Augusti in Transiberina Regione loquutus est Staius.

In vita
cap. 5.

Li. 4. sylu.
ad Marc.

*Continuò dexteras flauipete Tiberidis oras,
Lydia qua penitus stagnum nauale coerces
Ripa suburbanisque vadum pratexitur hortis.*

Martial. *Hanc norint unam secula Naumachiam.*

Nisi de Titi spectaculo in aquis edito sermo sit.

In vita
Domit.
cap. 4.

Dion. l. 43

Cap. 43.
in vita.
cap. 4.

Prope autem **S T A D I V M** fortasse idem extruxit, in quo præter cursum certamine gymnico, exercebantur pugiles. Suetonius. *In Stadio, cursu etiam Virginis certamini presedit.* **O D A E V M** vero, ædificium ad Musicos concentus, ubi posuerit, non constat. De eo idem Suetonius. Cæterum in eodem Campo prope Tiberim egesta terra, factoque lacu dati sunt Nauales ludi. Dion de Cæsare: *Pralium Nauale exhibuit effosso ad id loco in Campo Martio, eoquè aqua repleto, induelisque nauibus.* De Augusto Suetonius. *Dedit, Nauale pralium circa Tiberim cauato solo, in quo nunc Cæsarium nemus est; quod adiunctum erat Mausoleo Augusti.* De Domitiano idem: *edidit Nauales pugnas pæne iustarum classium effosso, & circumducto iuxta Tiberim lacu.* Quod etiam, inducta in Amphiteatrum, & Circum aqua factum est. Deinum in eodem Campo Martio **T E M P L V M**, & **A R A M A R T I S** fuit, quod supra diximus.

At in Flaminio ædificia etiam plurima fuerunt: quædam prope Urbis mœnia, alia remotiora; vt iudicari vix queat, vtum ad hunc, an Martium Campum pertinerent. Prope Urbem, & portam Carmentalem, Tempia Bellonæ, & Apollinis: tum Circum Flaminium, & alia illi adiuncta delubra, fuisse dictum est.

Paulo

Paulo longius distabat à mœnibus **TEMPLVM MINERVÆ**, Templum Mineræ. Plin. lib. 7. cap. 26. quod Pompeius construxit, & in eo rerum ab se gestarum insigne monumentum posuit. Plinius: *Hos ergo honores Vrbi tribuit in delubro Mineruæ, quod ex Manubijs dicebat Cn. Pompeius Magnus Imp. bello XXX. annorum confecto † terris à Maotis lacu ad rubrum mare subactis votum merito Mineruæ.* Hoc iuxta Aedem Virginis cognomento supra Mineruam fuit in ipso Patrum Dominicanorū Cœnobio vbi à Clemente Pont. Septimo huius nominis, cubicula illis, vt ait Fuluius, extructa sunt. Et vero hanc potissimū Templi sedem Pompeio placuisse credibile est, quod non longe abesset ab eius Curia, & Porticu, & Theatro, quæ quasi Mineruæ præses custodiret. Prope hanc ædem intra ambitum Romani Collegij alia **MINERVÆ AEDICVLA**, nuper detecta est, altè sub terra defossa, & in eius abside Statua Mineruæ è basi delapsa, & capite pedibusque diminuta. Ea dextero cubito nitebatur in truncum angu- Fulu. lib. 4. ingentibus spiris circumuoluto. Vestem tenuissimam anguiculi pro ligulis humero alligabant. sub collum ante pectus inserta bulla, Medusæ vultu, & crinalibus notata serpentibus. Quæ nunc resecta, & restituta in Hortis Ludouisianis aspicitur.

Alterum **MINERVÆ** Templum ædificauit Augustus. De quo sic Dion: *Deinde Mineruæ Templum quod Chalcidicum vocatur, à Ἰνναίων καὶ Ἐχαιδιδίων ὀνομασμένον perfecit,* (de quo supra) & Curiam Iuliæ in honorem patris sui factam dedicauit. Alia eiusdem. Dion. l. 61.

PANTHEON tertio Consulatu extructum Ioui Vltori ab Agrippa factum, vt ait Plinius, hodiequè miraculo est. De eo sic Dion: *Pantheum quoque perfecit Agrippa. id sic dicitur fortassis quod in simulacris Martis, & Veneris, multas Deum imagines acciperet. Vt vero mihi videtur, inde id nominis habet, quod forma conuexa fastigiatum Cœli similitudinem ostenderet. Voluit Agrippa in eo Augusti quoque Statuam collocare. Neutrum autem eo accipiente in Pantheo ipso Cæsaris superioris Statuam: suam, & Augusti in vestibulo posuit.* Ammianus: *Pantheon velut regionem teretem speciosa celsitudine fornicatam.* Hoc Templum quia in summo patens Solem ac pluuiam excipit imperiti quidam tholo superstructo rectum & opertum fuisse arbitrantur. Cæterum id non alia ratione factum perfectumque est à conditore. Hoc enim videtur esse ex eo Templorum genere, quæ hypæthra, idest subdualia dicuntur à Vitruuio: *Qua, inquit, habent interiore parte columnas in altitudine duplices remotas à parietibus ad circuitionem, vt Porticus peristylliorum: Medium autem sub diuo est, sine tecto: aditusque valuarum ex vtraque parte in pronao, & postico. Huius autem exemplar Roma non est, sed Athenis Oestyllos in Templo Iouis Olympij.* Hæc Vitruuius. At Philander in Commentarijs: *Pantheon vero, inquit, Templum hodie D. Mariæ olim Ioui Vltori, siue, vt alij volunt Matri Deum, & tandem Marti, ac Veneri quamuis solo foramine superne lumen admittat, Vitruuius hypæthrum non dixerit.* Eodem capite. Ego tamen à Vitruuio numerari etiam inter hypæthra dicerem. Quamuis enim interiore parte non habeat instar Porticus, quadratum & sub- Pantheon Templum hypæthrum.

Pantheon
instaura-
tum.

In porticu
Panthei
æreæ tabu-
læ testum
sustinebat.

diuale peristylum, & in postico valvas (qua forma negat Pantheon esse hypætrum) tamen quia supernè non tegitur, & verè sub dio est, non video cur Agrippa Iouis Olimpici Aedem imitatus, quamvis diuersa forma, noluerit etiam Romæ ædem hypætram Ioui constituere. Alia Tempora, de quibus ibi Philander, nudo ne, an tecto foramine lumen acciperent, non constat. Aliqua certe religio antiquis fuit, ne aliqua parte, Templorum tecta continuarent. Quemadmodum cernere erat intermissum Templi Capitolini tectum, vt sub dio esset Terminus, & immobile saxum sub Cælo. Sæpe instauratam est: ab Adriano, qui *Pantheon*, vt ait Spartianus: ab Antonino Pio, qui *Templum Agrippæ*, vt Capitolinus: à Seuero, vt monet inscriptio. Olim non modo tectum porticus, sed tota Templi testudo tegulis ac tabulis æneis tegebatur. Eas à Constantino Graecorum Imperatore direptas, & in Siciliam cum alijs Urbis ornamentis translatas auctor est Anastasius in vita S. Vitaliani Pontificis. Idem auctor est, Gregorium III. laminis æreis tectum, siue testudinem operuisse, quæque per circuitum dissipata fuerant, instaurasse. In eius porticu æreæ tabulæ fuerunt crassitudine quadrantis, ita commissæ, vt in fastigium ab epistilijs elatæ, vnam verò supernè expansam duæ in extrema ora vtrinq; suppositæ, alterique transversim coniunctæ fixæque trabalibus clavis, tigillorum, tectique oneri recipiendo firmarent. Hæ iam nouo muneri subierunt. Urbanus enim VIII. cum singularis operis æneam molem conderet, Petri, & Pauli Ecclesiæ Principum Sepulcro impositam in Vaticana Basilica, vetusto metallo nobilitari voluit, Bombardæ præterea, & bellica tormenta complura ex eo fusa sunt ac delata in Aeliam Molem. Eorum vnum factum è clavis, qui tabulas æreas negebant, id duobus in tubo machinæ expressis, ac titulo præfert:

EX CLAVIS TRABALIBVS PORTICVS AGRIPPÆ.

Reliqua, Templi portæ apposito titulo declarantur:

VRBANVS. VIII. PONT. MAX.
VETVSTAS. AHENEI. LACVNARIS
RELIQVIAS
IN. VATICANAS. COLUMNAS. ET
BELLICA. TORMENTA. CONFLAVIT
VT. DECORA. INVTLIA
ET. IPSI. PROPE. FAMAE. IGNOTA
FIERENT
IN. VATICANO. TEMPLO
APOSTOLICI. SEPVLCRI. ORNAMENTA
IN. HADRIANA. ARCE
INSTRVMENTA. PVBLICAE. SECVRITATIS
ANNO. DOMINI. MDCXXXII. PONTIF. IX.

Refe-



PANTHEON AGRIPPE

In fronte sequentes duo leguntur Tuuli: Prior literis pedatibus


M. AGRIPPA. L. F. COS. TERTIVM FECIT.

Alter paulò inferius, literis digitalibus.

IMP. CAES. L. SEPTIMIUS. SEVERVS. PIVS. PERTINAX. ARABIC. ADIABENIC. PARTHIC. MAX. PONT. MAX.
 TRIB. POT. XI. COS. III. P. P. PROCOS. ET. IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS. FELIX. AVG. TRIB.
 POTEST. V. COS PROCOS. PANTHEVM. VETVSTATE. CORRVPVVM. CVM. QMNI. CVLTV. RESTITVERVNT.

LIBRARY





PANTHEI VESTIGIA

Refecit idem tectum, crassisque trabibus compegit. In angulo porticus columnæ capitulum, quod vetustas exederat restituit, imposito cum parte fastigij marmoreo epistilio. Geminas turres ad statos æreis Campani sonitus edendos super tecti culmen erexit, atque extremum vetusto Templo decorem adiecit. Hæc in altero portæ titulo sic leguntur:

Tectum
Panthei
refectum.

PANTHEON

AEDIFICIVM. TOTO. TERRARVM. ORBE
 CELEBERRIMVM
 AB. AGRIPPA. AVGVSTI. GENERO
 IMPIE. IOVI. CETERISQ. MENDACIBVS. DIIS
 A. BONIFAGIO IIII. PONTIFICE
 DEIPARAE. ET. SS. CHRISTI. MARTYRIBVS. PIE
 DICATVM
 VRBANVS VIII. PONT. MAX.
 BINIS. AD. CAMPANI. AERIS. VSVM
 TVRRIBVS. EXORNAVIT
 ET. NOVA. CONTIGNATIONE. MVNIVIT
 ANNO. DOMINI. MDCXXXII. PONT. IX.

Aedes Bo-
 ni Euentus.

Lib. 34 c. 8

Aedem Boni Euentus de qua P. Viſor in Regione nona à tergo Pan-
 thei ſtatuunt, vbi veteres è rubro laterculo parietes cernuntur. Simula-
 crum Boni Euentus ita conformarunt, quod ſcribit Plinius: *dextera pate-
 ram, ſiniſtra ſpicam, ac papauer tenens.* Cæterum non clare cõſtat, an hæc
 Tempia, vt alia priuata ac publica, eſſent in Campo Flaminio, an Martio,
 an in ſinibus vtriuſque: ſicut aliqua ex his, quæ referentur ædificia.

Vtriuſque Campi aliæ Porticus.
 Cap. XVII.


PLVRIMAE, vt ex Strabone dictum eſt, fuere Porticus in mi-
 nore Campo, quædam etiam in Campo Martio. Hic autem ſer-
 mo non eſt de ijs, quæ pro vestibulo, & pronao Templorum ex-
 truebantur. De Porticu Septorum iam diximus. Erat illi adiun-
 ta PORTICVS NEPTVNI. Nec longe aberat Porticus EV-
 ROPAE. Prope Pompeij Theatrum clariffima eiufdem Porticus. Sed
 de his præſtat audire Martialem de Selio ſcribentem, qui varijs in locis
 aucupabatur cœnam.

Porticus
 ad amœ-
 nitatem.

Lib. 2. Epi-
 gr. 14

*Currit ad Europen, & te Pauline, tuosque
 Laudat Achilleos ſed ſine fine pedes.
 Si nihil Europe fecit, tum Septa petuntur,
 Si quid Phyllirides præſtet, & Aefonides,
 Hinc quoque deceptus Memphytica Tempia frequentat,
 Affidet & catbedris mœſta iuuenca tuis.
 Inde petit centum pendentia tecta columnis,
 Illinc Pompeij dona nemuſque duplex.*

Ibant



PERVETVSTI CAMPI MARTII MONIMENTVM.

*Quod spatium tectis nova ROMA frequentibus orget,
MARTIVS antiquo tempore CAMPVS erat.*

4



ibant igitur Selius ad Europam, seu PORTICVM EVROPAE, in Porticus
 qua si neminem coenae datorem inuenisset, pergebat ad Septa, Septorum Europæ.
 videlicet Porticum, porticui Europæ propinquam, quare non longe abe-
 rat à fonte Aquæ Virginis, nunc Triuij. Martialis.

Lib. 7. Ep.
 31.

*Sed curris niueas tantum prope Virginis undas,
 Aut ubi Sidonio Taurus amore calet.*

Iuppiter enim in Taurum conuersus, vti pictura referebat, videbatur ibi
 Europam ferre. Ex quo dicta est Porticus Europæ. indicant illa verba
 Martialis:

*Currit ad Europen, & te Pauline, tuosque
 Landat Achilleos, sed sine fine pedes.*

In Campo enim vt dixi, cursu, equo, armis, palaestra Iuvenes exerceban-
 tur. Eius auctorem Augustum quidam referunt, ab eoque lithostroto,
 alijsque ornamentis instructam docent ex Velleio Paterculo. Sed ego ni-
 hil horum apud Velleium legi; tamen vel ad Augustum auctorem refe-
 renda est: vel fortasse ad sororem Agrippæ Polam. De qua Dion; Por-
 ticus in Campo, quam eius soror Pola, qua etiam cursus ordinauit, para-
 bat, absoluta nondum erat. Nisi hæc propria illius ab omnibus alijs fecer-
 enda est. Fuit Europæ Porticus amœnissima, Septa vndique virente
 buxo. Martialis.

Citat. E-
 pig. lib. 2.

*Lotus ad Europes tepida buxeta recurrit,
 Siquis ibi serum carpat amicus iter.*

Et celebratam fuisse frequentia inambulantium Ciuium idem ostendit;

*Turbam non habet otiosiore
 Pompeius, vel Agenoris puella.*

Lib. 11.
 Ep. 1.

Et alibi: *In delicata sole rursus Europa
 Inter tepentes post meridiem buxos
 Sedet, ambulatus liber acribus curis?*

Lib. 3. Ep.
 20.

Ex quo conijcitur, hanc porticum ad Occidentem Solem spectasse. Et
 quia inter eam, & fontem Aquæ Virginis intercedebat Septorum Porti-
 cus, credibile est hanc fuisse sub ipso Monte Pincio, nunc Trinitatis. hæc
 enim pars Urbis vergit ad Occalum.

Septis propinquior fuit alia Porticus nomine ARGONAVTARVM. Porticus
 Hanc, propter propinquitatem, videtur Martialis Septis ipsis includere. Argonau-
Si nihil Europa fecit, tum Septa petuntur;
Si quid Phyllirides præstet & Aesonides.

Epigr. cit.
 lib. 2.

Chiron, & Iason: ille filius Phylliræ, hic Aesonis, Argonautæ pictura
 referebantur in Porticu, ex qua desumptum nomen. Dion; Agrippa, Lib. 3.
 inquit, eodem tempore proprijs sumptibus Urbem exornauit, & Porticum
 Neptuni propter victorias nauales extruxit, & Argonautarum pictura de-
 corauit. Habuit Porticus adiunctum NEPTVNI TEMPLVM,
 quem summopere propter bellum mari feliciter gestum colebat Agrip-
 pa; & suis nummis cufis ex S. C. Neptunum apposuit.



Merito autem Neptuni Aedes cum Argonautarum Porticu iungebatur. hi enim primò maria, quibus ille præsidet, transiſerunt. Ad amœnitatem Porticus adſitum eſt illi Lauretum. Hinc opacæ, amœnæ, iucundæ-
 quæ in ea Ciuium inambulationes. Martialis.

Lib. 3. Ep.
20.

An ſtatio carpit lentus Argonautarum?

Lib. 11.
Ep. 1.

Et alibi:

*Turbam non habet otioſiorem
 Pompeius, vel Agenoris puella,
 Vel prima Dominus leuis Carina.*

Lib. 1. Ep.
109.

Eas lauros ſpectaſſe è ſua domo teſtatur Martialis.

At mea Vipsanas ſpectant cœnacula lauros.

Tac. lib. 1.
Hiſtor.
Lib. 4. Ep.
16.

Vipsanæ enim laurus, vt & Vipsania Porticus à Vipsanio, poſtea Marco Agrippa conditore. Tacitus: *Miſſus è Celfus Marius ad electos Illyrici exercitus Vipsania in porticu tendentes.* Martialis:

*Qua vicina fuit Vipsanis porta columnis,
 Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis.*

Quibus verſibus puto indicari vicinum fontem Aquæ Virginis, quæ è ductu arcuato, tum patenti tanquam porta è marmore ſtruſta eſt fundebatur. Nam Interpretes aut mira, aut nihil dicunt; vt aliquis neſcio quo ſaltu refugiat ad portam Capenam, duobus circiter milliaribus diſtantiem, aſſiduus quidem imber, & ſereno cœlo fieri non poterat, niſi ex aqua ductili, hæc autem cum pleno è fontis ore non tota efflueret, etiam ex alto ſiphonibus diuiſa, deſtuebatur, depluebatque multiplici ſtillicidio. Quod cum hiberno frigore congelafſet, pendens ſtiria decidit

Mart. eod.
Epig.

In iugulum pueri, qui proxima Tempa ſubibat:

An Aedem Neptuni intelligit, aquarum præſidis: ideoque propinquam fontis aquis pluuiaribus? Hæc à me probabiliter prolata ſunt: Cæterum conſtantiùs refragari audeo auctõribus, qui aiunt Lauretum, quo ex cœnaculo domus ſpectabat Martialis, non Porticui Vipsaniæ Argonautarum, ſed Panthei Agrippæ adſitam fuiſſe. Domus enim Martialis Hortorum inter Collem, & Quirinalem poſita (qui locus vt dixi ad caput domorum dicitur) proſpectum habuit in vicinam Porticum Argonautarum, ad fontem Aquæ Virginis, & Porticus Lauretum: in Porticum autem Panthei non item, tanto interuallo ſeiunctam, & interpoſitis ædificijs ab
 aſpe-

aspectu submotam. Neque ibi fuisse lauros quisquam veterum scripsit. Quæ situm domus Martialis, vti supra diximus, confirmant.

Cap. 15.

Templum ISIDIS percelebre propinquum Porticui Vipsaniæ fuit: Et Iuuenalis prope Septa constituit, vt alibi diximus, *In Aede*

Iuu. Sat. 6.
Porticus
Pompeij.

Isidis, antiquo qua proxima surgit Ouili.

Ab hoc Templo ad HECATONSTYLON, vt Selius ille, transimus, quæ Porticus, vt nomen sonat, centum columnarum erat.

Inde petit centum pendentia tecta columnis.

Epigr. cit.
lib. 2.

Hæc est POMPEIA PORTICVS magnis antiquorum laudibus celebrata: a que vt buxo Porticus Europæ, lauro Vipsania, vite Liua, vt supra diximus: hæc platanis cingebatur. Propertius;

Prop. li. 2:
Eleg. 32.

Scilicet umbrosis sordet Pompeia columnis

Porticus aulais nobilis Attalicis.

Et creber pariter platanis surgentibus ordo,

Flumina sopito quæque Marone cadunt.

At Mart. *Proxima centenis ostenditur Vrba columnis;*

Lib. 3. Ep.
19.

Exornant fœta quæ Platanona fera.

Et vero platanus procera arbor, & folijs, ramisque diffusa opacare poterat non modo spatia Porticuum, sed ipsarum etiam præcellas columnas, vt loquitur Propertius. Centenaria igitur Porticus est Pompeiana. Idque confirmat propinquitas Theatri Pompeiani. Quare cum arfisset Theatrum sub Philippo, Porticus quoque igne correpta, & consumpta est. Eusebius in Chronico: *Theatrum Pompei incensum, & Hecatonsty- lon*. Scio quid alij scripserint de Hecatonstylo; sed ille persuadeat, qui solidius probat. Cæterum propter platanetum mira in Porticu opacitas, & inumbratio; tum Ciuium inibi spatiantium multitudo. Quid ius,

Lib. 1. de
Arte.

Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra,

Cum Sol Herculei terga Leonis adit.

Et alibi. *At licet, & prodest Pompeias ire per umbras,*

Virginis giberis cum caput ardet equis.

Martia. *Sic veterem ingrati Pompeij querimus umbram.*

Lib. 5. Ep.
20.

Propert. *Tu neque Pompeia spatia habere cultus in umbra.*

Augebat in æstæ frigus, & loci pulchritudinem fontis structura, & aquarum copia, de qua Propertius.

Lib. 4. E-
leg. 9.

Flumina sopito quæque Marone cadunt.

Et leuiter lymphis tota crepitantibus Vrbe,

Cum subito Triton ore recondit aquam.

Opinor, inquit, Turnebus in *Aqua ductu*, quæ saliebat aqua, fuisse statuam Maronis, siue ille Poeta fuerit, siue a Maro Homericus, eo habitu positam, vt susurro eius aqua, sopitus videretur. Credibilis omnino tamen est, in *Aqua ductu* statuam fuisse prisca illius Maronis Optimi Vinitoris, Comitæ expeditionum Osiridis: quem ætate prouecti, vt Diodorus scribit, in *Tra- cia* reliquerit, Marone aque conditorem monumenta antiqua produunt: at- que argumentum non inelegans inscitumque fuerit, vitigeni potus optimum cultorem, pæneque inuentorem pro vino hominibus aquas ministrasse. Cui autem

Turn. lib.
7. cap. 26.
a Qui de-
dit viuum
Vlyssi.

Lib. 1.

aut em quadam in Urbis parte Triton magnam aqua copiam ore profundens epistomys versis aquam recondiderat, & fundere desisterat; illa mutato, flexoque cursu magno impetu crepitans ad Porticum Pompeij tendebat per tubos, quæ sopiti erat statua Maronis, & tanta cadebat mole ut cum leuiter in reliqua Urbe aqua susurraret, illic flumen videretur iustum esse.

Statuæ
ibidem.

Hæc Turnebus. Et quia hæc opera perfecta sunt à Pompeio, Virgilij Maronis statua in fonte esse non potuit, sed Maro alteruter è sequentibus: vterque enim cum vinum præbuerit, significabat recentem aquam veteri vino, salubritate, iucundoque haustu præferendam. De Tritone, etsi non displicet expositio, contraria tamen interpretatione dicerem: cum non alibi, sed in ipso fonte Pompeiæ Porticus fuisse, magnam vim aquæ, fluminis instar effundentem: quæ recondita, & intercepta ad alios in Urbe salientes fontes occultas per fistulas commearet. Decorem addebant in loco posita ferarum marmorea simulacra, de quibus Martialis citato Epigrammate. Parietes Porticus ornabantur picturis, & æuro intextis peristromatis. Tabulam Antiphili, quæ Cadmum, & Europam referret in Pompeia Porticu statuit Plinius. Idem: *Polignoti, inquit, est tabula in Porticu Pompeij, in qua dubitatur, ascendentem cum clypeo pinxerit, an descendentem.* Idem: *Pausias autem fecit, & grandes tabulas, sicut spectatam in Pompeij Porticibus bouum immolationem.* Idem: *Alexander quoque in Pompeij Porticibus præcellens, & Calipso sedens Niceæ Athenien-sis.* De vestibis aureis Propertius:

Luctus cū
simulacris
ferarum.
L. 3. Ep. 19

Plin. li. 35.
cap. 10.
li. 35. c. 9.
li. 35. c. 11
Picturæ in
eadem
porticu, &
aula.

Porticus aulais nobilis Attalicis.

Lib. 2. de
bell. ciuil. Ipsa denique ut à vicina mole Pompeiani Theatri ornabatur: ita vicissim illi, ante frontem structa ornamento erat. Appianus; *Brutus, inquit, summo mane in Porticu, quæ ante Theatrum sita erat, exigentibus ab eo veluti Prætorius administrabat.* Quæ hætenus dicta sunt de Hecatonstylo Pompeij, infringi videntur auctoritate Martialis, qui cū dixisset de Sælio:

Inde petit centumpendentia tecta columnis.

Subdit: *Illinc Pompeij dona, nemusque duplex.*

Seiungit igitur à priore fabricas Pompeij. Sed hoc quemadmodum non remouit à nostra sententia claros Interpretes, ita nobis negotium non faceffit; loquitur enim ibi Martialis de alijs Pompeij fabricis, nempe Basilica eiusdem, & Theatro. Nemore autem duplici, duplices eius hortos significari, de quibus alibi, non dubitem, quod Leuino Torrentio item placet.

PORTICVS PHILIPPI Circo Flaminio, & Capitolio propinquior fuit. Martius enim Philippus Augusti vitricus ut supra dixi, Aedem Herculis Musarum instaurauit, & prope ingentem nobilemque Porticum extruxit: non illam quidem tamquam Templi pronam, sed Ciuium commoditati, decorique Urbis erectam. Sextus Victor Philippi Porticum posuit in Regione IX. ut porticum Corinthiam Cn. Octauij. Quod certo argumento est, Philippi Porticum à Templo Herculis fuisse omnino seiunctam, contra quædam aliqui sentiant. Si enim Templi pronam esset, non censeretur tanquam ædificium à Templo secretum, & proprio

Phi-

Philippi nomine; vt videre est in cæteris, Templis, quæ scilicet nulla mē-
tione facta porticus, solum ipsa numerantur. Martialis:

*Vites censeo porticum Philippi;
Sic viderit Hercules, peristi.*

Lib. 5.
Ep. 50.

Quo innuit statuam Herculis in porticu collocatam. Hæc fortasse, est illa
porticus, quam eo loci sitam lineavit Sebastianus Serlius: prod. cæque
per amplo spatio à Foro nunc Iulæorum, vsque ad nouam Aedem S. Ca-
roli in chnographiam, & ortographiam descripsit. Vulgus enim locum
illum Caccabarium nuncupat, vt videatur ab Hercule Musarum, qui pro-
pe aderat, deduci posse. Plinius: *Liberum Patrem Alexandrum puerum,*
Hippolytum tauro emisso expauescentem pictos ab Antipbilo fuisse in Phi-
lippi porticu scribit. Idem: pinxit Theodorus bellum Iliacū pluribus tabu-
lis, quod est Roma in Philippi porticibus. Idem: Zeusedis manu Roma He-
lena est in Philippi porticibus. De Porticu Cn. Octauij Corinthia diximus.
Hæc cum multo amœnissima dicatur à Velleio, quem tamen locum ad-
itum haberet, non legi.

Lib. 3. qui
est de Ro-
man. an-
tiquit.

Plin. li. 35.
cap. 10.

Supra l. 1.
cap. 21. d

PORTICVS OCTAVIA Theatro Marcelli adiuncta est non
minus molitione, quam ornamentis insignis non longè aberat à Campo
Flaminio. Ab hac Aedem Magnæ Virginis cognomento in Porticu dictâ
autumant; ibi certè olim erat. Fuere autè ibi ante Augustum, (hic enim
nomine Octauiæ sororis porticum condidit, vt Suetonius refert) alix
nobiles Porticus, quas Q. Metellus, qui Pseudophilippum, & Achæos
superavit, extruxerat. Velleius: *Hic est Metellus Macedonicus, qui portic-*
us, qua fuere circumdata duabus adibus sine inscriptione positus, qua nunc
Octauiæ porticibus ambiuntur, fecerat: quique hanc turmam Statuarum
Equestrium, qua frontem ædium spectant; hodieque maximum ornamen-
tum eius loci, ex Macedonia detulit. cuius turma hanc causam referunt.
Magnum Alexandrum impetrasse à Lysippo singulari talium auctore ope-
rum. vt eorum Equitum, qui ex ipsius turma apud Granicum flumen ceci-
derant, expressa similitudine figurarum, faceret Statuas, & ipsius quoque
ijs interponeret. Plinius: Lysippus Alexandrum, amicorumque eius ima-
gines summa omnium similitudine expressit. Has Metellus Macedonia
subacta transtulit Romam. Continebant hæc porticus alia ædificia, Tem-
pla Iunonis, & Apollinis, Curiam, Scholas, Bibliothecam. Plinius: Nec
Sauron, atque Bathracum obliterari conuenit, qui fecere Tempia Octa-
uiæ porticibus inclusa, natione & ipsi Lacones. Quidam & opibus prapo-
tentes fuisse eos putant, ac sua impensa construxisse, inscriptionem speran-
tes. qua negata, hoc tamen alio loco, & modo usurpasse. Sunt certe etiam-
num in Columnarum spiris insculpta nominum eorum argumenta, rana,
atque lacerta. Marmorea ornamenta Octauiæ porticus expressit Qui-
dus his versibus:

Porticus
Octauiæ.

Sueton. in
vita Aug.
cap. 29.
Hist. lib. 1.
Iunonis
fortasse,
& Apol-
linis.

Plin. l. 34.
cap. 8.
Alia ædi-
ficia in
porticibus
Octauiæ.

Lib. 1. de
art. am.

*Aut ubi muneribus nati sua munera mater
Addidit externo marmore diues opus.*

Erat enim prope Theatrum Marcelli filij Octauiæ. Plinius: *Cornelia*
Gracchorum matri, qua fuit Africani prioris filia, sedens statua posita
est

Plin. li. 34.
cap. 6.

Lib. 36.
cap. 5.

est soleisquæ sine amento insignis in Metelli publica porticu, quæ statua nunc est in Octauia operibus. Idem: Veneremquæ Phidia esse Roma in Octauia porticibus. Idem: Intra Octauia porticus, in Iunonis Aede Esculapius, ac Diana. Idem: Cupido obiectus à Cicerone Verri ille, propter quem Thespia visebantur, nunc in Octauia Scholis positus. Idem: in Curia Octauia queritur de Cupidine fulmen tenente, cuius munus sit. Idem ibidem: Ad Octauia vero porticum Apollo Philisci Rhodij in delubro suo. Item Latona, & Diana, & Musa nouem, & alter Apollo nudus. Eum qui citharam in eodem Templo tenet, Timarchides fecit. Intra Octauia vero porticus in Aede Iunonis ipsam Deam Dionysius, & Polycles, aliam Venerem eodem loco Philippus. Cætera signa Praxiteles. Item Polycles, & Dionysius Timarchidis filij Iouem, qui est in proxima Aede, fecerunt. Pana, & Olympum luctantes eodem loco Heliodorus, quod est alterum in tergis symplegma nobile, Venerem lauantem se se, Dadalum stantē Polycharmus.

Plin. l. 35.
cap. 10. &
11.

Non minoris pretij picturæ fuerunt. Plinius: Antiphilus Hesionam nobilem pinxit, & Alexandrum, ac Philippum cum Minerua, qui sunt in Schola in Octauia porticibus. Et: Nobilissimas autem, quæ sunt in porticibus, Octauia operibus.

Plutar. in
vita Mar-
celli.
Dion. l. 66.

Bibliotheca inter cæteros meminit Plutarchus: In Marcelli honore, & memoriam Mater Octauia Bibliothecam dedicauit, Caesar Theatrum, quod nomine Marcelli inscripsit. Dion autem: Arserunt, inquit, sub Tito Octauiana adificia, vna cum Libris. Quæ postea, cum alijs, quæ arserant, restituenda idem Imperator, eodem, ac Suetonio teste, curauit.

Porticus
Minucia.
Vell. lib. 2.

Aliæ porticus numerantur, quarum incerta sedes. Minucia. de ea Velleius: Per eadem tempora clarus eius Minucij, qui porticus, quæ hodiequæ celebres sunt, molitus est, ex Scordiscis triumphus fuit.

Porticus
Seueri.
In Seuero.
In Anto-
nino Ca-
racalla.
Porticus
Gordiani.
In Gord.
Iunior.

PORTICVS, quæ SEVERI dicebatur, vbi fuerit, incertum est. De ea Spartianus. Extat sane Roma Seueri Porticus, gesta eius exprimens, à filio, quantum plurimi docent, structa. Idem: Reliquit & Porticum patris nomine, quæ gesta illius contineret, & triumphos, & bella.

De Porticu inchoata GORDIANI Iulius Capitolinus: Instituerat Porticum in Campo Martio sub Colle, pedum mille, ita ut ab altera parte, quæ mille pedum porticus feret; atque inter eas pariter, & spatium pedum quingentorum, cuius spatij hinc, atque inde viridaria essent lauro, myrto, & buxo frequentata: medium vero lithostrotum, breuibus columnis altrinfecus positis, & sigillis per pedes mille, quod esset deambulatoriū; itaut in capite Basilica esset pedum quingentorum. Hæc ille. Præterea numerantur Porticus Traiani in Campo Martio: Constantini in Regione Viæ latæ, & aliæ, de quibus P. Victor, & Sextus Rufus.



Aqua Virgo, & aliæ Aquæ, & Aquæductus. Cap. XVIII.

PROPE porticum Septorum, & Argonautarum fons Aquæ Virginis, fuit. Veteres quidem Romani, auctore Frontino per annos CCCXLI. contenti fuere vſu Aquarum, quas aut ex Tiberi, aut è puteis, aut è fontibus hauriebant. Poſtea ſubterraneis cuniculis, aut opere arcuato magnam vim Aquarum inducere, non ad fontes modo, & publicos lacus, ſed etiam ad vſum Balnearum, & Naualium ludorum. Inſuebant autem ferè in Urbem iuxta Portam Næviiã, Viminalem, Latinam, Ianiculenſem. Quanta verò eſſet horum operum, & molium magnitudo oſtendit Dionyſius: *Mibi ſanè, inquit, magniſſima videntur, ex quibus maxime apparet amplitudo Romani Imperij, Aquæductus, Via Strate, Cloaca.* Eadem tria miratur Strabo. Caſſiodorus: *In formis autem Romanis utrumque præcipuum eſt, ut fabrica ſit mirabilis, & Aquarum ſalubritas ſingularis. Quod enim illuc flumina quaſi conſtructis montibus, perducuntur, naturas credas alueos, ſoliditates ſaxorum; quando tantus impetus fluminis tot ſeculis firmiter potuit ſuſtineri.* Aquæductum quidem admirabilitatem augebat numerus, quod plurimi: longitudo, quod quiſtam ſexaginta amplius paſſuum millia producerentur: laxitas, cùm flumina (quod paſſim auctores) reciperent, ac redderent: ſubſtructio ſub terra, magnis effoſſis montibus: ſupra terram in imis vallibus arcuationes immanibus pilis ſultæ elatæquè, ut alicubi altiſſimè CIX. pedes auctore Frontino, nempe noſtrates palmos CXLV. & trientem ſubleqarentur. Superſunt adhuc ingentia arcuatorum operû veſtigia tum extra Urbem, tum intra mœnia: Claudie per dorſum Cælij Montis à Nerone in Palatium deriuatæ, & Martiæ. Vere de his, grauiſſimè Plinius: *Nibil magis mirandum fuiſſe in toto Orbe terrarum.*

At magnitudinem operum ſequebatur difficultas conſeruandi. *Nam, aut vetuſtate, ait Frontinus, corrumpuntur, aut impotentia poſſeſſorum, aut vi tempeſtatum, aut culpa malefacti operis, quod ſapius accidit in recentibus. Minus iniuria ſubiacent ſubterranea, nec gelicidijs, nec coloribus expoſita. Pila quoque ipſa topbo extructa ſub tam magno onere labuntur.* Quæ hodie ſuperſunt coctili latere extrinſecus munias cernimus. Idem ait, *Proximos ductus, id eſt, qui à ſexto milliario lapide quadrato coſiſtunt, maxime cuſtodiendos, quoniam & ampliſſimi operis ſunt, & plures aquas ſinguli ſuſtinent.* Tutela ductuum antiquitus penes Cenſores, & Aediles erat. Primus M. Agrippa poſt Aedilitatem quam geſſit conſularis, operum ſuorum, & munerum veluti perpetuus curator fuit. Inde inſtituti Curatores Aquarum: & illis duæ ad inſtaurandum datæ familiæ, altera publica, quam Agrippa: altera Cæſaris, quam Claudius Cæſar coſtituerat. Hæc erat hominum CCCCLX. illa CCXL. His ex Fiſco, atque Aerario commoda dabantur, diuiſis in Villicos, Caſtellarios, Curatores,

Dionyſ.
lib.3.Strabo l.5
Caſſ. lib.7.
var. Ep.6.

Front. l.2.

Idem loc.
cit.Curatores
Aqua-
rum.

tores, Si icarios, Teſtores, alioſque opifices, & miſſis quo vocabat neceſſitas. *Minifteria ita inſtituimus*, ait Frontinus, *ut pridie quid eſſet factura utraque familia, dictaremus, & quid quaque die egiſſet, actis comprehenderetur.* Cura illa vetus admonet, quid recens ætas eiſmodi operibus tribuere debeat. Plura a Caſſiodorus, b Marlianus, c Blóduſ, d Lipſius legenti proment.

a l. 7. Ep. 6
b Lib. 4. c.
10. 2. edit.
c Lib. 1.
d Lib. 3.
c. 11. ma-
gu. Rom.

Duo nuperrima præterire non poſſum. Vnum eſt, in ſubterraneo ductu Aquæ Claudiæ nouas lapidû fodinas fuiſſe repertas. Intermiſſo enim aquarum curſu ſub altiffimis montibus Aequicolarum; ſed nihilominus bibulæ terræ, quæ fornicis camera ſuſtinetur, collecto ſupernè humore, in ſpecus defudante, eoque arenæ admixto, locique opacati frigorebus cōcreto, nouus lapis alabaſtrites ingenti maſſa formatus eſt, qui longitudinem formarum cum temporis diuturnitate compleuerit. Inſtitutis lapidicinis egeri iam, veſtuſque in Urbem, ac perpolitus collucere in aris cœpit. quamquam lapidarij aduertunt, ſcabrum lapidem leuiſſimam polituram non admittere, eam tamen, quæ Romanis in Templis tanto marmorum ſplendore fulgentibus, laudetur.

Vetus Aquæ ductus.

Alterum. ſub Collegij noſtri Romani ſolo veterem arcuatam Aquæ ductum ruinis obrutum ſepultumque, nuper fuiſſe inuentum, cum frontis Templi Ignatiani fundamenta egereretur in finibus Campi o'im Flaminij, & Martij; ſed multo cultiorem, pulchrioremque quàm cæteri ex cõſili latere conſpiciantur. Exteriori enim facie tabulis marmoreis veſtiebantur pilæ, antis ad latera Corinthiarum columnarum extantibus: ſed paulum reductis, itemque cruſtatis marmore paraſtatis. Exinde epiſtilia, Zophori, & Coronæ marmoreæ, ſtructumque ſupra parietem marmora contegebant, & columnis è marmore ſtriatas ſtatuas, ut reor, fuerant impoſitæ. Interiori parte, eaſdem pilas Tiburtini lapidis ſtructura ſolidabat, proſtantibus antis opere Dorico, & Epiſtilium Coronamque ſuſtinentibus. Supra, opus lateritium, qua condebatur Aquæ ductus altus circiter ſex: tres palmos latus. Arcus inter pilas marmorato obducti, & certis ſubinde ſpatijs quædam ampliora, minoribus interſtinctis, intercolumnia. Secundum eos arcus, cum inuentas cloacas ſoſiores repurgarent, partem ingentis fiſtulæ plumbeæ non longe à Pantheo Agrippæ repererunt, eratque fuſilibus litteris in ea inſcriptum, **TEMPLO MATIDIAE**. P. Viſtor in Regione nona habet, *Baſilica Macidij*, & Onuphrius idem repetens, addit, alias Matidij, alias Matidiæ. Sed, Matidiæ legendum eſt. Vel enim Baſilica idem eſt cum Templo nempe inauguratò condita: vel quod verius reor, & Baſilica Matidiæ nomine condita, & Templum illi dicatum fuit, poſtquam ab Adriano adſcripta eſt inter Diuas. Erat enim Matidia Marcianæ Traiani ſororis filia, Iuliæ Sabinæ, quæ nupſit Adriano, ſoror: cuius meminit Spartianus in Adriano:

Plumbus canalis.

In regionibus Urbis.

Traiani, inquit, reliquias Attianus, Plotina, & Matidia referebant. Extant, & numismata cusa Matidiæ nomine. In argenteo legimus Matidia Augusta D. Marciana F. Porro Templum Matidiæ non longe à Pantheo in Regione nona fuisse necesse est. illo enim mittebant Aquæductus.



In eiusdem Templi fundamentis, quæ secundum latus Templi ducebantur, non exiguæ balnearum priuatarum reliquiæ inuentæ sunt. Conuexæ ibi fornaculæ, vnde per fictiles canaliculos inuicè confertos igneus vapor in varia etiam diuersæ contignationis hypocausta expirabat. modicæ ibidem cellulæ, ad staturam hominis paulo amplius dimensæ: crustis tectæ marmoreis maculosis, & parijs: vermiculata ibidem, tessellisque versicoloribus in folia floresque picturata pauimenta. qualia vidimus etiam in Auentino, & memorantur à Plinio: *Lithostrota cœptauere iam sub Sylla paruulis certè crustis, extatque hodie quod in Fortuna delubro Præneste fecit.* Fistulæ quoque ibi plumbeæ in conij figuram fusæ. in quarum vna, fusili item opere legebatur Inscriptio: NARCISSI AVG. LIB. AB EPISTVL. Nempe hic habitauerat Narcissus ille Claudij Cæsaris libertus, de quo Suetonius: *Sed ante omnes suspexit Claudius Narcissum ab Epistolis, & Pallantem à rationibus.* Plinius inter ditissimos numerat: *Multos postea cognouimus seruitute liberatos opulentiores, Crasso, pariterque tres Claudij principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum.* Iuuenalis: *Nec diuitiæ Narcissi,*

Lib. 36.
cap. 25.

In vita
Claudij
cap. 28.

Lib. 33.
cap. 10.


Iuu. Sat. 5.

*Indulsi Caesar cui Claudius omnia, cuius
Paruit Imperijs, uxorem occidere iussus.*

Suetonius: *Quarente Claudio de Fiscis exiguitate non absurde est dictum: abundaturum si à duobus libertis in consortium reciperetur.* Dion: *Narcissus hominum ea tempestate potentissimus, & qui amplius quatuor milia sestertium possederit: id est, plusquam centies centena millia, siue decem miliones aureorum.* Idem consulenti Claudio nuptias Agrippinæ neptis palam dissuaserat, eidem infensus, & cum Augusta postea iurgatus. Quare irata scœmina cum primum licuit per Imperium filij Neronis, hominem sustulit, Tacitus: *Nec minus preparato Narcissus Claudij libertus, de cuius iurgijs aduersus Agrippinam retuli, aspera custodia, & necessitate extrema ad mortem agitur, inuito principe, cuius abditis aubuc vitijs per auaritiam, & prodigentiam mire congruebat.*

Sueton. in
Claud. ca-
pit. 28.

Tac. l. 13.
Annal.



Quoniam autem canalis ille plumbeus in latere sinistro Templo re- Fistulae
plumbeae
Aquadu-
ctuum.
pertus est: in dextero immanis alia è plumbo fistula est inuenta, quin-
quaginta palmos sub terra defossa, lato hiantiquè, qualis maiorum bom-
bardarum extrinsecus solet esse, tubo: nec omni ex parte tereti, ac rotùn-
do: sed paulum acuminato, vt latius quàm fluebat in imo aqua spatium esset.
Huius fistulae quia longissime excurrerat, inuentus non est exitus: & quia
nullius auctoris nomine notabatur, earundem Narcissi Balnearum for-
tasse fuit; aquarum videlicet omnium receptaculum quæ è superioribus
tubis confluentes, humiliori latiorique aluuo ducebantur ad Tiberim.

Alia quoque fistula hac posteriore minor, illa Narcissi latior est refos-
sa in ipsis fabricæ Collegij fundamentis, cum hac Inscriptione:

IMP. CAES. HADRIANI. ANTONINI. AVG. PII

SVB. CVR. PORCI. POTITI. PROC. ANN. SYMPO. F.

Hæc omnia in ære incidenda curauimus. Sed quoniam altior arcus ful-
tus maioribus columnis minores hinc inde arcus distinguebat (incertum
quam ob causâ, & an certa per interualla alioe æquales haberet) ibi aqua
ductu inferiore fluens paulum ascendebat: vel si eodè procedebat æqui-
librio, arcui maiori aliquid aliud molitores substruxerant, vt fornicem
aquæ inter parietes sustineret. Vtrumque in postica parte ædificij pun-
ctis notatum est.

Iam quæ spectant ad corriuatas aquas, A QVAM VIRGINEM,
de hac enim dicere cœperam, Agrippa deduxit. *Virgo ideo appellata, ait
Frontinus, quod quarentibus aquam militibus puella virguncula quasdam
venas monstrauit, quas secuti qui foderant, ingentem Aquam modum inue-
nerunt. Aedicula fonti apposita hanc Virginem pictura ostendit.* Plinius
aliam causam refert. Idem, inquit, Agrippa, & Virginem adduxit ab octa-
ui lapidis diuerticulo x 1. millia passuum Praenestina via. Iuxta est Hercu-
laneus riuus, quem refugiens, Virginis nomen obtinuit. Aliam Cassiodo-
rus lib. 7. Epist. 6. Currit aqua Virgo sub delectatione purissima: qua ideo
sic appellata creditur, quod nullis sordibus polluatur. Dion: Aquam, qua
Virgo vocabatur, proprijs sumptibus Agrippa adduxit, Augustamque no-
minauit. quod ita gratum fuit Augusto, vt inopia aliquando vini existen-
te cum quereretur populus, satis prouisum diceret esse ab Agrippa, nequis
eorum siti, periret. Frontinus post tertium Consulatum Agrippæ id factum
scribit C. Sentio Sp. Lucretio Coss. Anno Urbis DCCXXV. cum
quo consentit Dion: Plinius: Agrippa, inquit, in Aedilitate sua (& fuisse
Aedilem post Consulatum idem eodem capite testatur) aedificata Virgine
Aqua, cæteris corriuatis, atque emendatis, lacus DCC. fecit, præterea
salientes CV. Castella CXXX. complura etiam cultu magnifica: ope-
ribus ijs signa CCC. æta, aut marmorea imposuit, columnas ex mar-
more CCCC. eaque omnia annis spatio. Numerum fontium innume-
rabilè, quos alij faciendos curarunt, quisque potest conijcere. Pars vnus
Iulæ, inquit Frontinus, Castellis CCLII. Montis Esquilini vsibus es-

Plin. lib.
32. cap. 3.

Lib. 54.

Front. l. 2.

Dion. l. 54
Plin. l. 36.
cap. 15.

Front. l. 1.

funditur. Porro fons Aquæ Virginis, eodem fere, vbi nunc est, loco fuit, iuxta Septa, siue eorum Porticus, non longe à Colle Hortorum adiuncta Aede Iuturnæ. Ouidius:

Te quoque lux eadem Turni soror ade recepit,

Hic vbi virginea campus obitur Aqua.

Arcus Virginis, ait Frontinus, *initium habent sub Hortis Lucullianis*, hi erant in Colle Hortorum, *finiuntur in Campo Martio secundum frontem Septorum*. Ibi vero emergebant aquæ, vbi definebant arcus. Hos arcus disturbauit C. Cæsar, quia nimirum Amphitheatrum iuxta Septa inchoauerat, Claudius restituit.

Deinde aliquot seculis interceptam, & dilapsam Nicolaus V. tum Sixtus IV. deinde Pius IV. acquisitis etiam nouis fontibus restituerunt. Taçtu præstitisse olim Virginem, haustu Martiam tradit Plinius. Nunc Virgo, Treuia nomine, Martia pridem intercepta, taçtu pariter haustuque præcellit: non solum publicis, sed priuatis etiam Ciuium vsibus totam per Vrbem distributa.

Plin. lib.
31, cap. 3.

Aqua Iulia.

Front. li. 1.

Dion. 48.

Lib. 1.

Lib. 1.
Plin. 1. 36.
cap. 15.

Aqua Martia.

Plin. 1. 31.
cap. 3.
Syluar. 1. 1

IVLIAM idem Agrippa deduxit. Sed XIII. annis ante Virginem anno Urbis DCCXXI. ad miliarium ab Vrbe XII. via Latina: acquisitæque ab inuente nomen Iulæ est datum. hæc ductu quindecim millium passuum prope portam Næuiam parte sui effundebatur. Frontinus: *Prius tamen pars Iulia ad Spem Veterem* (huius Aedes ad eam portam fuit) *excepta Castellis CCLII. montis vsibus diffunditur*. altera pars effundebatur in Viminalem. Dion: *Eodem, inquit, tempore (sub Triumviratu) Aqua, quas Iulias nominarunt, IN VRBEM CANALIBVS DVCTAE SVNT.*

Huic *TEPVLA* ab eodem Agrippa mixta est, vt ait Frôtinus; Quæ ante ex agro Tusculano collecta, & in Vrbem perducta fuerat. Aliam exclusit, quæ dicebatur Crabra; seu quia *vsus improbauerat; seu quia Tusculanis possessoribus relinquendam credebat*, vt idem Frontinus. In Viminalem Tepula exibat cum Iulia, quamquam paulo inferiore libra. Censores autem Cn. Seruilius Cepio, L. Cassius Longinus, qui eam in Vrbem perdixerant, in Capitolium ante adducendam curauerunt. Eodem anno Agrippa ductus Appia, Anienis, Martia poene dilapsos restituit, & singulari cura cum compluribus salientibus aquis instruxit Vrbem: Frôtinus. Eiusdem Appia, vt ait Plinius, *Anienis, Tepula ductus reficere. Q. Marcius iussus à Senatu, nouam à nomine suo appellatam cuniculis per montes actis intra Præture sue tempus adduxit.*

Hæc est Aqua MARTIA, eodem auctore, *inter reliqua Deum munere Vrbi tributa clarissima aquarum annuum in toto Orbe, frigoris salubritatisque palma: præconio Urbis: stagnino colore præuiridi, splendore & rigore gratissima*. Quod postremum illi attribuit Frontinus. Statius:

Marsaque niues, & frigora ducens

Martia. Et alibi eodem libro.

Teque per obliquum penitus quæ laberis amnem

Martia & audaci transcurris flumina plumbo.

Nam

Nam & flumina Aquæ ductus traieciabant, teste Frontino. Hæc ad miliarium XXXIII. concepta in Pelignis nomine quòdam Aufeia, ductu passuum LX. millium DCCX. & semis corruata est. *Transit, inquit Plinius, Marsos, & Fucinum lacum Romam non dubie petens. Mox specu mersa in Tiburtina se aperit LX. m. p. fornicibus structis perducta.* paulo aliter Frontinus: *Opere, inquit, supra terram passuum vij. millium CCCXLIII.* Neque ille Anci Marci, mentionem fecit, qui teste Martia unde deducta quo effunderetur, Plinio, primus eam auspiciatus est in Urbem ducere, quod tamen vi per-suaserit, cum eo Rege longè à ditione Romanorum tam ipsa, quàm regio, in qua oriebatur, Romanis esset ignota.




Emergebat autem cum Iulia, & Tepula ad Viminalem portam, quæ nunc, ut alias dixi, clausa est. Et parte sui post Hortos Pallantinos in Esquilij, teste Frontino, mixta riuo Herculano deijciebat se per Cœlium. Perducta est etiam in Capito'ium, & Auentinum, sed postquam in Cœlium, & Auentinum deducta est à Nerone Claudia, exclusa ab his & Martia, & Julia est. *Quo fiebat, inquit Frontinus, ut quoties defectio aliqua interuenisset Aqua Claudia, celeberrimi colles sitirent.* Quare Traianus ampliore opere his collibus Martiam reddidit, & suas in Thermas induxit. Ideo & Traianam appellatam, non dubitant Fuluius, & Marrianus. Eodem Frontino auctore. *omni parte Urbis lacus tam noui, quam veteres plerique binos salientes diuersarum aquarum acceperunt; ut si casus alterutrâ impedisset, altera sufficiente non destitueretur vsus.* Ex quo apparet tam Cælarum, & Curatorum prouidentia, quam geminatis ubique fontibus aquarum ubertas. Deniquè cum alia alijs vibus assignarentur. *Martia tota potui, ut idem ait, propter salubritatem seruiebat.* Eius ductus cum Augustus, siue Agrippa eius nomine, & Titus refecissent (Dion. enim Agrippam: Inscriptio portæ Esquilinæ Augustum pronunciat) M. Antoninus iterum restituit, & nouum illi fontem Antonianum nomine adiecit. Aliam aquam eiusdem bonitatis, ante adiecerat Augustus, quæ ab inuentore Augusta dicta est.

Front. l. 2.

Martia seruiebat potui. Lib. 49.





PORTA NÆVIA MAIOR COGNOMENTO IN FORMIS AQVAE CLAVDIAE

CLAVDIA bonitate MARTIAE proxima, & illa altior, à Caio Aqua
 Caligula inchoatis binis ductibus, à Claudio perfectis per millia passuum Claudia.
 XLVI. auctore Frontino, subterraneo, & arcuato opere cum Aniene
 Nouo perducta est. *A lapide, inquit Plinius, quadragesimo (XXXVIII.*
iuxta Frontinum) ad eam excelsum, ut in omnes Urbis montes leua-
rentur, influxere Curtius, atque Caruleus fontes. Suetonius: *Claudia*
aqua gelidos, & vberes fontes eorum alteri Caruleo, alteri Curtio, & Al-
budino nomen est: simulque riuum Anienis nouo lapideo opere in Urbem
perduxit, diuisitque in plurimos, & ornatissimos lacus. Ductus Anienis ef-
 ficiebat passuum LVIII. millia DCC. opere omnium altissimo, qua
 arcuatum attollebatur. Hic Romæ cum Claudia mixtus eam frequen-
 ter abactis secum ripis limo turbidus vitiabat: nec minus ceteras, in-
 quarum specus, quod altissime flueret, ab aquarijs inducebatur: donec
 Nerua Principe tam Anto, quam reliquæ inter se discretæ fluxerunt.

DICTUS hic ANIO NOVVS ad VETERIS discrimen, quem Anio no-
 M. Curius L. Papyrius Cursor Censores in Urbem deducendū curarunt. uus & ve-
 Ann. Urb. CCCCLXXXIC. Effluebat ANIO VETVS in sa- tus.
 linas, qui locus erat ad portam Trigeminam. alia sui parte intra portā
 Esquilinam per altiores Urbis tractus distribuebatur. Postea verò, quòd
 turbulentus, & minus salubris esset, in hortorum rigationem, atque in-
 ipsius Urbis sordidiora ministeria destinatus est. Hi duo rivi Anienis ex
 Aniene flumine in Urbem corriuati. Sed vetus humilior, quia propius
 Urbem, supra Tibur XX. milliario concipiebatur. At Claudia, quæ post
 Anienem, secundum tenebat altitudinis locum, post Hortos Pallantia-
 nos (Hi erant ad S. Eusebium in Colle Esquilino) finitis arcubus, cum
 Aniene nouo fistulis per Urbem distribuebatur. Sed ante, partem sui ad
 portam nunc Maiorem transferebat in Cœlium. Nero enim extructis ar-
 cubus deduci voluit in Palatium. *Ij directi, inquit Frontinus, per Cœliū*
Montem iuxta Templum D. Claudij terminantur. Et: *Nero Imperator*
Claudiam opere arcuato assumpsit, exceptam vsque ad Templum D. Clau-
dij perduxit, ut inde distribueretur. Erant ibi Castella, per quæ partim
 læuorsum in Auentinum, partim in Palatinum dextrorsum distribueba-
 tur. Porro Arcuum Neronianum magna pars adhuc visitur, longo tra-
 ctu interfecantium Cœlium Montem. Incipientes enim ab ea, quam di-
 xi porta, secundum Hortos Card. Federici Cornelij per dorsum Cœlij
 procurunt ad Basilicam Lateranensem; inde ad Aedem S. Stephani co-
 gnomento Rotundam, vbi dicitur olim fuisse Templum Claudij. *Hic mo-*
dum, Aquæ, quem acceperunt, ait Frontinus, aut circa ipsum Montem Cœ-
lium, aut in Palatium, Auentinumque, & in Transyberinam Regionem
demitunt. Quare Arcus, qui inde conuersi ad Templum SS. Ioannis, &
 Pauli descendunt in Vallem inter Cœlium, & Palatinum sitam, in quem
 postremò Aquam deferebant, Neronianum nomen non habuerunt; vel
 antiquiores illo, vel recentiores. Arcus autē Neronianos L. Septimius
 Seuerus, & Antoninus filius reficiendos curarunt, quod notat vetus la-
 pis, vt ait Marlianus, repertus ad Portam Næuiam; cum ante Aquædu-
 sus

In vita
 Claudij
 cap. 20.

Vbi Clau-
 dia effun-
 deretur.

Front. li. 1.
 Idem li. 2.

Arcus Ne-
 roniani ad
 excipien-
 dam aquā
 Claudiā.

Etus omnes Vespasianus, ac Titus reddita aqua restituerunt. De Claudia in Auentinum perducta scripsit etiam Cassiodorus lib. 7. ep. 6. *Claudian per tantam fastigij molem sic ad Auentini caput esse perductam, ut cum ibi ex alto lapsu ceciderit, cacumen illud quasi imam vallem irrigare videatur.*

ALSIETINAM prouidit Augustus, ideo & Augusta dicta est. Hæc omnibus humilior erat, ut ait Frontinus, parum salubris: Naumachia, quam Augustus trans Tiberim fecit, Hortis subiacentibus, & vsibus priuatorum inseruiens.

Herculanus riuus
Front. l. 1.

HERCVLANEVS RIVVS supra Anienem nouum conceptus ei postea iungebatur, gratiam splendoris amittens, cum esset natura purissimus. In Vrbe etiam Martia adiunctus Cælium irrigabat.

Aqua Appia.

APPIA à nobis vltimo dicitur, quæ primo est ab Appio Claudio, cui postea Cæco cognomen fuit, deducta, M. Valerio Maximo, P. Decio Murena Coss. Anno Urbis CCCCXLII. Cassiodorus: *His Consulibus per Appium Claudium Censorem via facta, & aqua inducitur, quæ ipsius nomine nuncupatur.* Inter miliarium VI. & VIII. concepta, passuum amplius vndecim millibus deriuata effundebatur prope portam Capenam, & Trigeminam, ad Salinas, fluens vsque ad Campum Martium. Hæc post Alsietinam maxime humilis, & subterraneo labens riuo, quod teste Frontino; *humiliore directura antiquiores perducerent, nondum explorata arte librandi, vel quia sponte aquas celarent, ne hostis interciperet.* Sed tamen illis magnæ fuit laudi cepisse, quod deinde tantam aquarum copiam, & comoda in Ciuitatem inuexit.

Numerus
Aquarum
Romanarum.

Hæc porro aquæ, quæ varijs temporibus fluxerunt Romanam in Urbem sunt: Appia: Anio Verus, & Nouus: Martia, cui addita est Augusta ab Augusto vsque ad caput Martia deducta, & fons Antonianus: Alsietina: Tepula, cui postea mixta est Iulia, Crabra, quæ primum pro voluntate aquariorum, deinde tota iussu Imperatoris exclusa est: Aqua Virgo: Claudia, quæ triplex, Albulina, Curtia, & Cærulea: Demum Herculanea, siue Herculanus riuus vna cum Claudia fluens. Aliæ multæ numerantur. Sed quis post M. Aurelium Imperatorem deduxerit, plane non liquet. Varij quidè Cæsares ductus vetustate collabentes vsque ad Theodoricum Regem instaurarunt, & aquas dilapsas, vel interceptas restituerunt: in colles, quos antea non irrigabant, deduxerunt, & ad suas Thermas, Balnea, Nymphæa, Prætoria; vnde illis nouum nomen quæsitum est. Ut Aquæ Traianæ, quæ ut aiebam, Martia erat. Quid? si idem accidit Anieni Nouo? Nam Traianus, ne ille flueret lutulentus, ac turbidus excipi ex lacu iussit, vbi aqua purissima erat, non ex flumine: *Cæsarem, inquit Frontinus, Neruam, Traianum præscribente titulo.* Sed tamen cum aquis, quas enumeravi, aliæ ab alijs, & post Frontinum perductæ adijciuntur, prætereundæ non sunt: etsi quædam non fontes, sed nomina multiplicant. *Sabatina*, quæ in lacu Sabate, ut ait Festus, excipiebatur. *Alexandrina*, de qua Lampridius: *Thermas sui nominis fecit Alexander iuxta eas, quæ Neroniana fuerunt aqua inducitur, quæ nunc Alexandrina*

Aquæ ductus instaurati.

drina

drina dicitur. Nisi hæc, vt Traiana, vetus erat, *Septimiana*: nisi hæc quoque ex antiquis fuit. *Seueriana*: sed cur hæc Septimiana non est? *Ciminnia*: quam Sabatinam dicit Onephtius. Annia, Argentiana: mihi sanè ignotæ. *Cerulea, Albulina*: malè additæ, nam sunt partes Claudie. *Damnata*: hæc, reor, Crabra est, quam exclusit emisitque Agrippa. Aurelia, Antoniana: sed ad quem Casarem referendæ? nam plures Aurelij Antonini. Quorum vnus ductus Martie instaurauit, & aquam dilabentem reduxit, vt in Arcu portæ nunc S. Laurentij legitur.

Nomina non semper aquas multiplicant.

IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS. FELIX. AVG. PARTH. MAXIM

BRIT. MAXIMVS. PONTIFEX. MAXIMVS

AQVAM. MARCIAM. VARIIS. KASIBVS. IMPEDITAM. PVRGATO. FONTE. EXCISIS. ET. PERFORATIS

MONTIBVS. RESTITVTA. FORMA. ADQVISITO. ETIAM. FONTE. NOVO. ANTONINIANO

IN. SACRAM. VRBEM. SVAM. PERDVCCENDAM. CVRAVIT

Ab hoc Casare Aureliam fortasse adiecto ad Martiam nomine, & Antonianam cum illa permixtam habemus. Quis autè è Marcis Aurelij Antoninis præter Caracallam, Parthicum se, & Britannicum Max. dixisset?

Iam Aquæ ductus teste Frontino prope Urbem, nempe à *sexto milliaro plures aquas singuli sustinebant*; Romæ autem fuisse quatuordecim, testatur Procopius. *Roma*, inquit, *Aqueductus decem, & quatuor numero sunt, cocto ex lapide per priscos homines adificati, ea latitudine, ac simul profunditate, vt equester vir aliquis ipso cum equo per eos superne euadere liberius queat.* Ideoque Bellisarius, ne per eos Gothi transirent, ædificio complexus munivit, ac sepit. Quo tempore cum iidem Gothi in Urbis obsidione Aquas omnes sustulissent, quæ præter reliqua comoda versatiles molas ad conterenda frumenta volebant; molas frumentarias, quas hodiequè in medio Tiberi adificari videmus, excogitauit Belisarius. Hæ multiplici laxoque ferreo vinculo ripis alligantur: tum ligneis machinis, quæ denticulatis rotis committuntur, expansas tabulas flumini obijcientibus, & vndarum vorticoso impetu circumactis, insertos supra immanis ponderis molares lapides celerrime versant. Cæterum paulo ante Gothicum bellum Theodoricus Rex Italiæ curauerat ductus reficiendos. Iubet enim apud Cassiodorum: *Si quid autem conficiente senio fuerit demolitum, Peruigili celeritate reparetur; vt & constructio fabricæ illibata permansat, & aqua distributio nulla se custodum venalitate subducatur.* Tanta vero non modo publicè, sed etiam priuatim per Urbem vis aquæ distributa erat; vt vix animo queat comprehendi. Strabo: *Flumina per Urbem, & Cloacas videri fluere, atque vnquamque domum propemodum habere fistulas, & canales, quibus aquam inducat.* Frontinus: *Irriguos agros, tabernas, cœnacula, & conceptelas, denique omnes perpetuis salientibus instructas inuenimus.* Plinius: *Si quis diligentius æstimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piscinis,* domi.

Romæ XIV. aquæ ductus.

Molæ ad conterenda frumenta inuentæ.

Strabo l. 8

Front. l. 20

Plin. l. 36. cap. 15.

domibus, curiis, hortis suburbanis, villis spatioque aduenientes, extru-
 Front. l. 2. ctos arcus montes perfossos, conualles aquatas, fatebitur nihil magis miran-
 dum fuisse in toto Orbe terrarum. Frontinus: Sentit hanc curam Regina,
 & Domina Orbis in dies, qua terrarum Dea consistit, cui par nihil, & nihil
 secundum: & magis sentiet salubritas eiusdem aeternae Urbis, aucto castel-
 lorum, operum, munerum, & lacuum numero nec minus ad priuatos com-
 modum, quod ex incremento beneficiorum eius diffunditur. Quorum si-
 milia vsurpare hac tempestate possumus influentibus in Urbem vberri-
 ma copia Aquis, Virgine, Foelice, Paulina, & in omnes Urbis angulos
 distributis. Sed ex his sola Virgo potui idonea. Et forte accidet aliquan-
 do; vt etiam Martia, illa aquarum Regina, Dominae Vrbi restitatur.

Thermæ. Cap. XIX.

THERMAE Agrippæ, & nonnullorum Cæsarum, Martio mi-
 norique Campo assignantur. De ijs, alijsque nunc institutus
 sermo est. Porrò THERMAE calida dicuntur loca, in qui-
 bus non solum Aqua, sed etiam vapore, halituque corpora in-
 calefcunt. *ἄερμα* enim calor est. Liuius cum saltum Thermopylarum in
 Græcia inter duo altissima iuga describeret: *ideo*, inquit, *Fyla*, & ab alijs,
 quia calida aqua in ipsis faucibus sunt, *Thermopyla* locus appellatus: no-
 bilis Lacedæmoniorum aduersus Persas morte magis memorabili, quam
 pugna. THERMAE igitur Romanis BALNEA suere calidarum
 aquarum, vnde ædificijs adhæsit nomen; quamquam in ijs etiam frigida
 perfunderentur. Admiranda autem est earum amplitudo, & numerus;
 nam de luxu alibi est dictum. De amplitudine Ammianus: *Lauacra* enim
 dixit *in modum prouinciarum extructa*; & quæ supersunt ex Antonianis,
 ac Diocletianis reliquiæ abunde cõfirmant: quæque ab his vestigia Ro-
 mani Architekti linearunt. At numerus fere sine numero. supra octingen-
 tas. P. Victor agnoui. Plinius: *Quæ nunc Roma ad infinitum auxere nu-
 merum*. Quotidie enim lauabant ante cœnam hora, vt ait Martialis,
 octaua; quæ vnde vigesimæ Italicæ æstate: hyeme vigesimæ primæ circi-
 ter respondet. Nam Romani horas inæquales duodecim de die nume-
 rarunt. Itaque præter lauacra Principum, quæ gratuita populo præbe-
 bant, & alia quæ conducebantur; suas quisque balneas domi fere habe-
 bat, præsertim nobiles Ciues ad priuatos vsus. De modo ædificandi Vi-
 truu. lib. 5. cap. 10. truuus, & apud illum Interpretes. Hic de Thermis Principum sermo est.
 Thermæ Fuere in Campo, aut finibus campi vtriusque, THERMAE AGRIP-
 Agrippæ. PAE, quas excitauit Agrippa prope Pantheon. Dion: *Agrippa Vapo-
 Dion. l. 53. rarium Laconicum fecit. Laconicum autem vocatur id genus Balnei, quo-
 niam hic tum nudari corpora, tum inungi oleo præcipue videbantur. Idem:
 Moriens Agrippa populo hortos, & balneum à se denominatum legauit, vt
 gratis leuarentur. Ad earum ornatum pertinent statuz ibi ab Agrippa
 positæ. Inter quas disfringentem se à Lysippo factum ante Thermas dicauit*

mirre gratum Tiberio Principi. Qui non quivuit temperare sibi in eo, quamquam imperiosus sui, inter initia principatus: transtulitque in cubiculum ibi signo substituto: Eumque clamoribus populi repositis reposuit; ut Plinius. Et picturæ, de quibus idem: In Thermarum, quoque calidissima parte marmoribus incluserat Agrippa parvas tabellas paulo ante cum referentur sublatas. Idem: Agrippa in Thermis, quas Roma fecit figlinum opus encausto pinxit, in reliquis albaria adornavit: non dubie vitreas facturus cameras, si prius inuentum id fuisset, aut à parietibus scene, ut diximus Scauri, pervenisset in cameras. Ambigi potest, an ad eandem Thermas, & Pantheon Campus Agrippæ fuerit, an potius ad Porticum Vipsianiam, & Aquæ Virginis fontem. Campum autem Agrippa, Porticu excepta, ac Diribitorium ipse Augustus dedicavit, siue publici iuris fecit. Hæc portio sunt Agrippæ monumenta; quæ memorat Tacitus: Sed solatium populo exturbato, & profugo Campum Martis, ac monumenta Agrippa; Hortos, quin etiam suos Nero, patrefecit.

Lib. 35.
cap. 4.Lib. 36.
cap. 35.

Dion. l. 55

Tac. li. 15.
Annal.Therma
Neronis.
Lib. 7. Ep.
33.
Stat. lib. 1.
Syluar.

Idem NERO SVAS etiam in Campo THERMAS extruxit, eximij operis. Testatur Martialis.

————— *quid Nerone peius?*

Quid Thermis melius Neronianis?

De ijs & Statio laudans balneum Etrusci:

————— *fas sit componere magnis*

Parua, Neronea nec qui modo lotus in vnda

Hic iterum sudare neget &c.

Ha nono Imperij anno edificata à Nerone sunt, ut ait Eusebius in Chronico, quas Neronianas appellavit. Sed Therma NERONIANAE, ut ait P. Victor, postea ALEXANDRINAE dicta. Et Cassiod. in Chronico: Therma à Nerone edificata, quas Neronianas appellavit; cuius odio, mutato vocabulo nunc Alexandrina nominantur. At Eusebius in eodẽ Chronico refert novas ab Alexandro excitatas anno eius Imperij quinto. Et Lampridius: Opera, inquit, veterum Principum instauravit ipse nova multa instituit. In his Thermas nominis sui iuxta eas, quæ Neroniana fuerunt, aqua inducila, quæ Alexandrina nunc dicitur. Nemo Thermis suis de privatis adibus suis, quas emerat, disruptis edificijs fecit. Dicendus est ergo Alexander veterum operum instaurator restituisse, atque ornasse Neronis Thermas, & novas ipse ædificasse. Aliquis etiam timide dixerit: quod hæc illis essent proxima, sortasse utrasque dictas esse Alexandrinas. Semper enim in novos Principes prona adulatio est. Cum præsertim ille Neronianis, circumcirca, lucos, & sylvas addiderit: neque his tantum, sed etiam alijs lumina adiecerit, ut de nocte etiam vsui essent. Quod notat idem Lampridius: Artium vetigal pulcherrimum instituit. Ex eoque iussit Thermas, & quas ipse fundauerat, & superiores populi visibus exhiberi: sylvas etiam in Thermis publicis deputavit. Addidit & oleum luminibus Thermarum, cum antea non ante Auroram paterent, & ante Solis Occasum clauderentur. Sed postea Tacitus Cæsar auctore Vopisco, de novo Thermas omnes ante lucernam claudi iussit, ne quid per noctem seditionis

Therma
Alexan-
drina.
In vita
Alexãdri.
Aqua Ale-
xandrina.Luci cir-
cum Ther-
mas.

tionis

Vbi essent *tionis oriretur*. Apparent harum vestigia prope Templum S. Ludouici nationis Gallicæ in adibus Mediccis ad Circum eiusdem Alexandri, hodie Naonium. Neroniana in propinquo fuisse dicuntur.

Thermarum ADRIANI meminit P. Victor, & Sextus Rufus in Regione nona. alius veterum, quem ego viderim, non meminit. Spartianus ita scribit de Adriano: *Roma inflaurauit lauacrum Agrippæ, eaque omnia proprijs, & veterum nominibus consecrauit*. His verbis adduci quispiam potest, vt putet, Thermas Agrippæ Adriani fuisse nuncupatas, & verumque nomen sortitas, quare alias Adriani Thermas in Campo non esse vestigandas. Sed tamen auctoribus Sexto Rufo, & P. Victore propriæ Adriani Thermæ in Campo statuendæ sunt. Eas autem prope Forum Antonini, nunc Columnæ, fuisse haud absimile veri est. Idem Adrianus lauacra pro sexibus separauit: vetuitque ne mulieres cum viris lauerent, vt ^a Spartianus, & ^b Dion testantur, quod postea iterum sanxit Alexander, referente Lampridio.

^a In vita
Adriani.
^b Dion. l.
69.

Thermæ
Domitiani.
In Chrono-
nico.
In Chrono-
nico.
Plutarc. in
Poplic.
Tom. I.
Conc. &
Anast. in
vita.
Domitia-
nus Ther-
mas non
fecit.

Ponuntur & THERMAE DOMITIANI prope eius Naumachiam in Campe ad Cœnobium Monialium Sancti Syluestri, de qua supra. Eusebius perobscure de his: *Sub Domitiano multa opera Roma facta, in quibus Therma Traiani, & Titiana*. Idemque Cassiodorus: *Sub Domitiano insignissima Roma facta sunt opera, Forum Traiani, Thermae Traiana, & Titiana*. Plutarchus Balneum quidem factum à Domitiano tradit, sed in Palatio, vt alias dixi, *si in Domitiani domo videant Porticum, vel Basilicam, vel Balneum, vel Pellicum diatam*. Verùm Ecclesiasticæ Historiæ de S. Syluestro tradunt: *eum Ecclesiam fecisse, & constituisse titulum iuxta Thermas Traianas (alias, aiunt, Domitianas*. Rursus de eodem: *Titulum suum constituisse iuxta Thermas Domitianas, quæ cognominantur Traiana*. Rursus: *Consilium celebrasse intra Thermas Domitianas*. Titulus autem ille Equitij dictus est, quo Aedes S. Martini in Montibus hodieque insignitur: certisque vestigijs S. Pontificis memoriam designat: & id Templum conditum iuxta Thermas Traianas, supra retuli ex Anastasio. In hac dubitatione ponendum est, Domitianum etsi Balneum fecerit in Palatio, eo tamen loco Esquiliarum Thermas non fecisse, nihil enim de his legimus apud Ethnicos scriptores. Quod si dicas: Thermas Domitianus fecit, nec perfecit perfectas postea à Traiano: Ideoque nomen vtriusque adeptæ non memorantur à Suetonio; contra est, quia etiam opera imperfecta Domitiano Suetonius ascripsit, vt Forum Neruæ, quod Forum Traiani dixit Cassiodorus. Cur igitur non idem scripsit de Thermis, si illum nouerat earum conditorem? Deinde si inchoatas perfecisset Traianus, Domitiani nomen, vt Forum Neruæ penitus amississent. Sed cum Domitianus Thermas non fecerit, Thermæ tamen Titi eius fratris in eo tractu vel auctæ à Domitiano, & ornatae, vel propter incendium, quod sub Tito Romæ ingens fuit, non improbabili- ter resectæ sunt. Quamobrem dictæ etiam Domitiana. *Plurima, inquit Suetonius, & amplissima opera incendio absumpta restituit: sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria*. Iam Thermis à Traia-

Traiano factis è Titi Caesaris Thermae proximae erant & prope contiguæ. De quibus supra c. 10. Quæ cum Domitianæ dicerentur; multos post annos ætate scriptorum vita S. Sylvestri, credibile est, propter ædificiorum propinquitatem, promiscuè a vulgo fuisse usurpata nomina; & quia vnum quodammodo esse videbantur, Traianas Domitianas, Domitianas Traianas esse dictas. Quod si non placet solutio, dicent alij meliora, quæ placeant. Nec sane ab his dicuntur, qui vel Domitianum fecisse Thermas nullo veteri auctore, affirmant: vel contra a eisdem negant Traianum struxisse.

Thermas PHILIPPI cum Titianis, Traianisque in tertia Regione, & parte Esquilini collis inter se propinquas iam statuimus. Alij Balnea Traiani statuunt in Auentino, Adriani vero in Esquilij. Sed eruditiores cum P. Victore PRIVATA Traiani BALNEA in Auentino collocant, fortasse extructa ante adeptum Imperium. Adriani verò veterius ponuntur in Campo, vt diximus. Aurelius Victor in epitome. *Traianus*, inquit, *ob honorem Suræ, cuius studio Imperium arripuerat, lauacra condidit.* De Thermis item Traiani Eutropius.

In Auentino quidem Thermae Variarum fuerunt, idest Heliogabali, qui & Varius est dictus. Eas P. Victor statuit in Regione xij. Idemque ostendit plumbeus canalis in Auentino inuentus versus portam Ostiensem, S. Pauli in quo vetus erat Inscriptio:

AQVA. TRAIAN. Q. ANICIVS. Q. F. ANTONIAN
CVR. THERMARVM. VARIANARVM

Dubium vero, an de his Lampridius loquatur. *Opera publica præter Aedem Heliogabali. Et Amphiteatri instauratio post exustionem, & lauacrum in vico Sulpitio, quod Antoninus Seueri filius cœperat, nulla extant.* Hic fortasse est Antoninus Geta: Nam de altero Antonino Seueri item filio videtur illa subiicere: *Et lauacrum quod Antoninus Caracalla dedicauerat & lauanda, & populum admittendo. Sed Porticus defuerant, quæ postea ob hoc sub Decio Antonino extructæ sunt, & ab Alexandro perfectæ.*

Hæ THERMÆ ANTONINIANÆ sunt omnium, quæ Romæ essent, nobilissimæ in Regione decima Piscinæ Publicæ, inter Auentinum, & Cœlium. Spartianus in Severo: *Vixit, inquit, diu in odio populi Antoninus, quamuis & vestimenta populo dederit, unde Caracallus est dictus, & Thermas magnificentissimas fecerit.* Idem: *opera Romæ reliquit, Antoninus, Thermas nominis sui eximias, quarum cellam solearem Architecti negant posse vlla imitatione, qua facta est, fieri. Nam & ex are vel cupro Cancelli superpositi esse dicuntur, quibus cameratio tota condita est, & tantum est spatij, vt id ipsum fieri negent potuisse docti Mechanici.* Idem viam nouam munituit, quæ est sub eius Thermis, Antoninianis scilicet, qua pulcherrime inter Romanas plateas non facile quidquam inuenias. Quam asserit inter Romanas plateas pulcherrimam, eam vt cætera fora Columnationibus, & Porticibus cinctam fuisse necesse est. Aurelius Victor: *Per eum (Antoninum) aucta Vrbs magno accessu via no-*

a P. Vict.
& Pausaniam, & lapides Thermae Philippi.

Eutr. l. 10.

Thermae Heliogab.

In vita Heliogab.

Thermae Antonianæ.

In vita Antoniani Carac.

ua, & ad lauandum absoluta opera pulchri cultus. Habebant, inquit Olympiodorus, in usum lauantium fellas mille sexcentas, & polito marmore factas. Fecisse Antoninum anno Imperij quarto scripsere Eusebius, & Cassiodorus in Chronicis. Has postea ornatas, vt dixi ab Heliogabalo, etiam Alexander, quod refert Lampridius, perfecit, & ornauit. Earum Ichnographiam ex ijs, quæ supersunt parietinis peruestigatam Serlius Archite&us descripsit; asseruitque, symmetria partiumque dimensionibus, esse omnium, quæ extant pulcherrimas. Vbi sane multo maior inspicitur ambitus, quam stantes reliquæ demonstrent.

In vita Alexandri.

li. 3. Art. Rom.

Thermæ Antonini ad exercitationem Seminar. iuuetutis.

Quoniam autem præcessi è laterculo parietes magnam intus locorum amplitudinem includunt; Paulus V. Pont. Max. qui in Cardinalatus purpura Seminarij Romani patrocinium sapientissimè gesserat, postea euectus ad Pontificatum collectæ ex tota Italia nobilissimæ Seminarianæ iuuentuti liberaliter induisit, vt ex Thermis Antoninianis, tanquã è suburbano opportune commodum caperet. Itaque repurgato, & complanato solo, concisis sublatisque ruderibus, cum à contentione studiorum, & scholis vacant, ad Thermas animi gratia conueniunt, & ibi maioribus pilis, follibusque colludentes se se iucunda exercitatione reficiunt. Vt ex miserabili ruina Antonini moles iam refecta videatur; quòd quæ mèbra abluerat, animos mœrore detergat; nec minus corporum, quàm bonam mentis valetudinem ad vitam, sapientiamque propagandã rœatur.

Thermæ Seueri & Commodi. In Seuero In Commodo. Herod. l. 1.

In proxima Regione portæ Capenæ Thermæ SEVERIANAE, & COMMODIANAE numerantur. De Seuerianis Spartianus: *Operaeius, Seueri, præcipuè extant Septizonium, & Therma Seueriana.* Meminit etiam Cassiodorus in Chronico. De Commodianis idem, & Eusebius scripserunt. Et Lampridius; *Operaeius præter lauacrum quod Cleander nomine ipsius fecerat, nulla extant.* Herodianus: *Idem Cleander, Gymnasium quoque maximum edificauerat, publicatis etiam balneis, vt eo modo populum inescaret.* Quidam Thermas Seueri Septimianas nominant, easque trans Tiberim locant. At Spartianus Seuerianas appellat, quas P. Victor statuit in prima Regione portæ Capenæ. Quis autem alius huius nominis has condere potuit? Spartianus de eodem Seuero; *Eius denique etiam Ianua in Translyberina regione ad portam nominis sui, quarum forma intercidens statim usum publicum inuidit.* Hos alij Ianos esse volunt, idest Arcus quadrifariam peruios. alij idem significari putantes, Iana, pro Iani legunt; quod non placet. Et aliquid aliud fortasse Spartianus ibi præter Ianum significare voluit. *Iani Septimiani* meminit P. Victor.

Thermæ Decij.

Thermæ Decianæ à Decio ædificatæ sunt. Cassiodorus: *Decius, inquit, lauacra publica ædificauit, quæ suo nomine appellari iussit.* Pomponius Latus; *Senatus, inquit, Decij nomine, Decianas Thermas in Auentino ædificauit.* qua Collis parte incertum. De Thermis Constantini in Quirinali pauca supra dicta sunt.

Thermæ Diocletianæ.

At in Viminali Thermas Diocletianas omnium maxime integras reliquo seruauit, vt verterentur in Templum. quod præter cæteros piè eruditèq;

diteq; obseruauit Card. Cæsar Baronius. Nam Diocletianus hostis Christi-
 stiani nominis infestissimus aliquot militum Christianorû millia quos cû
 igne minia exaustrauerat, mancipiorum instar ædificationi destinauit:
 perfectaq; ædificio trucidari iussit. quorum corpora in Templo ad Aquas
 Saluias condita sunt. Superfuit ergo post tot sæcula illa moles, vt demum
 Pio I V. Pont. Max. Virgini Angelorum Dominae consecraretur: iam
 ante tanto Sanctorum sudore, ac sanguine consecrata. Verum illa quam-
 nis magna, quantula pars Thermarum fuit? Fuerunt ibi in vsum lauan-
 tium folia, sellæque plusquam tria millia, altissimi fornices, cameratio-
 nes, hemisphæria, testudines, porticus, latissimæ areæ subdiales: aliaque
 admirabilia, quæ in earum ichnographia proponuntur: & nunc hortos,
 horrea publica, duo Cœnobia, vineta, plateas amplissimas capiunt. Plu-
 res de his apud Gruterum leges inscriptos lapides.

Tom. 2. an
 no Christi
 298. Dio-
 cle. 15,

Dicuntur & ab Aureliano THERMAE factæ trans Tiberim. Vopi-
 scus in eius vita: *Thermas Translyberina Regione Aurelianus facere pa-*
rauit hyemales, quod aqua frigidi aeris copia illis deessent. Ex quibus ver-
 bis non constat fecisse, nisi aliunde deducatur. Referuntur & Thermæ
 GORDIANAE. De his Iulius Capitolinus in Gordiano Iuniore.
Opera Gordiani Roma nulla extant præter quadam Nymphæa, & Balneas.
Sed balneæ priuatis hominibus fuerunt, & ab eo in usum priuatum exor-
nata sunt. Et supra de Villa Gordianorum via Prænestina: *Cætera huic*
operi conuenientia, & Therma, quales præter Urbem, vt tunc nusquam
in Orbe terrarum.

Therma
 Aurelia-
 na.

Thermæ
 Gordiani.

Taciti etiam fuere Augusti Thermæ. Vopiscus in eius vita. *Domum Thermæ*
suam destrui præcepit, atque in eo loco Thermas publicas fieri priuato sum-
ptu iussit. Vbi fuerint incertum. Præter balneas publicas, & priuatas,
 Piscinæ publicæ ad natandum, priuatæque in domibus fuerunt. Quarum
 vnâ dedit nomen Regioni.

Taciti.




D. D. N. N. C. AVREL. VALER. DIOCLETIANVS. ET. M. AVREL. VALER. MAXIMIANVS
INVICTI. SENIORES. AVGG. PATRES. IMPP. ET. CAES. P. P.

D. D. N. N. FL. VALER. CONSTANTIVS. ET. GALER. VALER. MAXIMINVS
NOBILISSIMI. CAESARES. F. F.

THERMAS. FELICES. DIOCLETIANO. COEPTAS. AEDIFICIIS. PRO. TANTI. OPERIS
MAGNITVDINE. OMNI. CVLTV. IAM. PERFECTAS. NVMINI. EIVS. CONSECRARVNT
.....

*Roma, Thermarum Constantinianarum inscriptio in adicula deserta S. Helene, retro ipsas
Thermas. littera longa & inaequali.*

PE TRONIYS PERPENNA MAGNVS QVADRATIANVS VC ET INL PRAEF VRB
CONSTANTINIANAS THERMAS LONGA INCVRIA ET ABOLENDAE CIVILIS VEL
POTIVS FERALIS CLADIS VASTATIONE VEHEMENTER AFLICTAS ITAVT AGNI
TIONEM SVI EX OMNI PARTE PERDITA DESPERATIONEM CVNCTIS REPA
RATIONIS ADFERRENT DEPV TATO AB AMPLISSIMO ORDINE PARVO
SVMP TV QVANTVM PVBLICAE PATIEBANTVR ANGVSTIAE AB EXTREMO
VINDICAVIT OCCASV ET PROVISIONE LARGISSIMA IN PRISTINAM
FACIEM SPLENDOREM QVE RESTITVIT



L I B E R T E R T I V S

Dd

THERMAE DIOCLETIANAE IN VIMINALI

89



Biblioteka Uniwersytecka

Университетская Библиотека

UNIVERSITY LIBRARY




LIBERTIVS

Dde


THERMARVM DIOCLETIANARVM RVINAE

ДЕРЖАВНО БИБЛИОТЕКА НА БЪЛГАРИЯ


СЪБЪРТА НА НАУКАТА



Др.



Dd 3



BIBLIOTECA
SICULA

THE BATH AT ANTONINAE

THE BATH AT ANTONINAE



Dd+


THERMARVM ANTONINI VESTIGIA

LIBRARY OF THE



1840

THE AMERICAN ANTHROPOLOGICAL ARCHIVES



LIBER
TERTIVS

THERMAE M. AGRIPPAE

ЛИБРАРИЯ И АСКИПЬЕ

LIBRARY






VESTIGIA THERMARVM AGRIPPAE

L
I
B
E
R
T
E
R
I
I
V
S

АРХИВЪ ЧЕХИИ КЪ УЧБИ ДЪЛЪ




Музей Чехия



THERMAE NERONIANAE POSTEA ALEXANDRINAE DICTAE




VESTIGIA THERMARVM NERONIS IN AEDIBVS MEDICAEIS.



THEATRA ROMANA FORA ALEXANDRINA DISTA



VESTIGIA THERMARVM NERONIS IN AEDIVS MEDICARIS




TITI IMPERATORIS THERMAE



VESTIGIA THERMARVM

LIBER TERTIUS



TI TI IMPER TORIS THERMAE



VESTIGIA THERMARUM

Cloacæ. Cap. XX.

TANTA vis Aquarum, quæ per Aquæductus in vsum Ciuitatis effluxit, receptacula, quo illaberetur, reposcebat, atque euolueretur in flumen. Ea porro conuenientia fuere: quamquam ante facta; & alijs vrbibus destinata. Exundans enim aqua Tiberis è planioribus Vrbis locis euehi non poterat. Quare Tarquinius Romanorum Rex *Quintus infima*, vt ait Liuius, *Vrbis loca circa Forum aliasque interiectas Collibus conuales, quia ex planis locis haud facile euehebant aquas, CLOACIS è fastigio in Tiberim ductis siccant.* Dionysius: *cæpit & Cloacas, Tarquinius fodere, quibus in Tiberim corriuatur quidquid aquarum est per vias; dici vix potest quam admiranda opera. Mibi sane tria magnificentissima videntur, ex quibus maxime apparet amplitudo Romani Imperij, Aquæductus, Via Strata, & hæc Cloaca reputanti non solum utilitatem operum, verum etiam impensarum magnitudinem; quam vel hinc licet conijcere, quod vt affirmat C. Aquilius, neglectas aliquando Cloacas, & non transmittentes aquas, Censores militantis purgandas locauerint: hoc est, sexcentis millibus aureorum.* Strabo cum eadem tria, vt supra dicebam, admiretur: *Cloaca, inquit, quibus Ciuitatis sordes in Tiberim eluerentur, duro camerata lapide per vias carris stramentorum semitas reliquerunt. Sed has omnium maxime Plinius admiratur, operum, inquit, omnium dictu maximum suffossis montibus Vrbe pensili, subterquæ nauigata. A M. Agrippa in Aedilitate post Consulatum per meatus corriuati septem amnes, cursuque præcipiti torrentium modo rapere, atque auferre omnia coacti, insuper mole imbrium concitati vada ac latera quatunt: aliquando Tiberis retro infusi recipiunt fluitus, pugnantquæ diuersi aquarum impetus intus, & tamen obnixæ firmitas resistit. Trabuntur moles interuæ tanta non succumbentibus causis operis: pulsant ruina sponte præcipites, aut impactæ incendijs, quatitur solum terramotibus; durant tamen à Tarquinio Prisco annis DCCC. prope inexpugnabiles. Amplitudinem causæ eam fecisse proditur, vt vebem sæni large onustam transmitteret. Augetur adhuc soliditatis admiratio, quod Cloacarum fornicibus firmo tanquam solo altissimæ domorum niterentur moles. Liuius: *Festinatio curam exemit vicis dirigendi, dum omisso sui, alienique discrimine in vacuo adificant. Ea est causa, vt veteres Cloacæ primò per publicum ductæ, nunc priuata passim subeant teçta formaquæ Vrbis sit occupata magis, quam diuisa similis. Habetur his firmitas operis, & causa struendi, vt scilicet Vrbis purgameta, & aquæ eueherentur. Maior deinde cura seruandi Cloacas mansit, postquam induta tot flumina in eas corriuata sunt. At quoniam tantum Vrbem subibant, non omnes struxit Tarquinius, sed inchoatas ab illo alij perfecerunt. Nam Prisco regnante, quatuor montes Romani incolebant, Capitolinum, Palatinum, Auentinum, Cœlium. Tres ab eius successoribus**

Liui. lib. 1.

Dionys.
lib. 3. Ro-
man. ant.

Strabo l. 5

Lib. 36.
cap. 15.Liui. Dec.
1. lib. 9.

Li. 1. Dec. 3. lib. 9. Seruio Tullio sunt additi Quirinalis, Viminalis, & Esquilinus; Sub his Cloacas Tarquinius, vti sub Auentino non fecit, sed postea Censoribus Flacco, & Catone sunt factæ. Lilius: *Opera deinde faciendæ ex pecunia in eam rem decreta, lacus sternendos lapide, detergendasque qua opus esset Cloacas: In Auentino, & in alijs partibus, qua nondum erant, Censores faciendas locauerunt.* In campum deinde extra montes deductæ, quorum aliquæ nunc repurgatæ Romanis in vsu sunt, præsertim alijs coniunctæ recentiore memoria struendis. Inter quas maximam nuper vtilitatem, & commodum Ciuibus præbuit, quæ à Gregorio XV. paucis ante annis à Tiberi inchoata, Urbano Pontifice ad Pantheum vsque, inde ad viam Flaminiam, & ultra, Collem Pincium versus, & Quirinalem est deducta. Hæc magno Ciuium comodo Urbis planiciem subeuntes aquas magna ex parte exhausit: subsederuntque in puteis; exiccatisque cellis vinarijs, terræque solo, humor qui subter stagnabat in fluuium euectus est. Incidere fossore in veterem, ab Agrippa vt creditur factam, quæ secundum fundamenta Panthei productio specu, inde flexo Quirinalem versus per ampla decurrebat, latitudine palmorum sexdecim, altitudine tredecim. Ea cum tecta Ciuium subiret, deinde alterius operis stabili, durissimoque fundamento, præcludebatur, quod dolabris, rutrisque vix aliquis foderet. Sed circumcirca aliæ minores Cloacæ deprehensæ altiores, humilioresque, & earum nonnullæ aquis, quæ dabatur exitus, abundantes. Altitudo earum sex, septemue palmos, tres ferme, ad summum quatuor habuit latitudo. Cæterum in vita Gregorij IX. scribitur, eum veteres Cloacas expurgatas restituisse, novas extruxisse.

Tiberis, & Transtiberina Regio, Cap. XXI.

Lib. 2. Ital.
ant. c. 10.

TIBERIS, cuius appellatio, & appositæ apud alios, præsertim Cluuerum videri possunt, ex Apennino profluens, *tenuis primò, tum infra Clanim duobus, & quadraginta fluuijs auctus, & ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, Etruriamque ab Vmbrijs, Sabinis, & Latio diuidens in mare Tyrrenum euoluitur: subitis incrementis, & nusquam magis aquis, quam in ipsa Vrbe, teste Plinio, stagnantibus.* Cuius rei multiplex causa, sed ea non minor habenda est, quod intra mœnia receptus angustiori aluoc, vt olim coeretur.

Plin. lib. 3
cap. 5.

Latitudo
Tiberis.

Nunc enim ad pontem Miluium latitudo fluuij est palmorum plus quingentorum sexaginta. Postea intra Urbem coarctatus, idem antiquitus accidisse ex Aelio ponte demonstrat.



Hic enim ab Adriano Imperatore extructus longus est palmos CCCCXXX. Quare vtraque Tiberis ripa, quæ illo iungebatur, tantumdem eodẽ Principe distabat. Deinde laxatur sub exitum Urbis. Itaque pons S. Mariæ olim Senatorius producitur in longitudinem palmorũ circiter quingentorũ. At Dionysius de Tiberis latitudine: Tiberis fluuij inquit, *ἄρξ ὅτι τετράγων πλέθρον μέγιστα* latitudo est quatuor ferme iugerum: profunditas nauibus etiam magnis meabilis; fluxus concitatus, & vorticosus, si quis alius. Cætera ijs, quæ hodieque durant, apprime respondent. Nã & præaltis coercitus ripis, magnarumq; nauium patiens profundo fertur alueo: idemq; arenosus, atque in se ipso, siue ad prolapsorum ædificiorum iacentia in imo rudera frequenter allisus, crebros contorquet silentesq; vortices. Tantum latitudo videtur angustior, quã tradat Dionysius. Sed aduertendum est, Dionysium scripsisse, *τετράγων πλέθρον*. Plethrũ au-

Dionys.
lib.8.

Tiberis at
ueis pro-
fundus.

tem non est eiusdem mensuræ cū Iugero. hoc enim in longitudine pedes continet C C X L. Plethrũ autem C. vt docet ^a Lucas Patus, & ^b Matth. Rader. Quatuor autem Plethrorum quadringenti pedes efficiunt palmos nostrates quingentos triginta tres, & trientem. Quam latitudinem hodie in Tiberi habemus. Eius alueum, referente Suetonio, Augustus repurgauit, laxauitque. Aurelianus deinde à Vopisco SPONDA S ripis addidisse dicitur; quarum nullum superest vestigium. Earum terminos subinde constitutos variæ apud Gruterum, lapidum inscriptiones testantur.

^a Lib. 1. de
Mens. &
Põd. cap.
vlt.

^b In 1. Ep.
Marcial.
In vita
cap. 30.

Spondæ
olim in
Tiberi.
Altitudo
Tiberis.
Loc. cit.

Iam verò riparum, totiusque aluei altitudo octuaginta palmorum est; nullique vt ait Plinius, *Fluuiorum minus licet, inclusis vtrinque lateribus*. Aquæ labentis profunditas etiam æstatis siccis teruoribus, quã summa est, palmos XXV. qua minima, palmos XV. descendit. Illud vero, seu veteris magnificentiæ potentiæquẽ, siue aëris in deteriora vertentis, seu rerum vicissitudinis non leue indicium, quod de eodem idem refert Plinius: *Pluribus propè solus, quàm ceteri in omnibus terris amnes, accolitur, aspiciturque villis*; Cum hodie nullam Prætorijs, & amœnitatibus instructam habeat. Causa rejcienda est in aëris intemperiem insalubrem, & grauem. Nam quod Alexander Petronius Medicus insignis typis euulgauit, omnium assensu, & experientia comprobatur; insalubres esse Ciuibus circum Urbem æstiuas in vineis stationes, nec procul à periculo valetudinis abesse. Itaque non modò secundum Tiberim, sed etiam in agro suburbano, in tanta Principum, & diuitiarum copia, paucissimæ numerantur Villæ, quæ paulo remotiora Tibu-

Tiberis
olim villis
frequens.

ris, Tusculi, & Albæ iuga infederunt.

Pons Sublicius.

At extractorum in Tiberi Pontium antiquissimum est **SUBLICIVS**, ab Anco Quarto Rege, qui Ianiculum adiecit, factus è trabibus, tabulisque iliceis, vnde nomen accepit. *Roboreus* Ouidio; nam vel vnum in eo clauum figere religioni erat, & ab eodem ponte, quod eius curam gerent, Pontifices dictos autumant. Idem clarus Horatij Cocclitis pugna cum ægre disruptus, ne clavis vnquam ferreis committeretur, sancitum est. Hunc P. Victor **ÆMILIVM** nominat. *Aemilius*, inquit, *Pons, qui Sublicius*. Nam ab Aemilio Lepido Prætoris lapideum factum volunt. at quis Aemilius, & quo tempore fecerit, tacent. Nam ætate Ouidij adhuc erat roboreus; & fortasse Sublicij nomen mansit, cum lapideus esset, & simul Aemilius diceretur. Sic Tacitus: Othone Principe *Tiberis immenso auctu prorupto ponte Sublicio refusus*. Et Iulius Capitolinus de Antonino Pio, cuius opera cum recenseret, *Pons*, inquit, *Sublicius, Phæris restitutio*. Lampridius *Aemilium* nuncupauit: *Cadauer*, inquit, *Hellogabali per pontem Aemilium, annexo pondere ne fluitaret, in Tiberim abiectum est, ne vnquam sepeliri posset*. Situs erat pons Sublicius ferè ad radices Auentini ultra pontem nunc S. Mariæ appellatum. Plutarchus de

Pons Sublicius factus lapideus.

In vita Gracch.

Lib. 4. c. 7.

C. Graccho descendente ex Auentino: *In Caium fugam capessentem inferentibus se hostibus, & assequutis eum ad pontem Sublicium*. Valerius de Pomponio, & Lætorio amicis Gracchi fugientis: *Pomponius, quò facilius Caius euaderet, concitatum sequentium agmen in porta Trigemina (erat vt alias dixi ad radices Auentini) inbibuit: Lætorius in ponte Sublicio confisit*. Idem ostendit Ouidius qui Forum Boarium Auentino proximum asseruit pontibus terminari.

Pontibus, & magno iuncta est celeberrima Circo Area, qua posito de boue nomen habet.

A vicino Templo S. Mariæ Aegyptiacæ. Dec. 4. lib. 10.

Pons Senatorius.

Hi pontes fuere Sublicius, & qui nunc S. MARIÆ dicitur, olim **SE-NATORIVS**, & **PALATINVS**. De hoc Liuium loquutum existimant: *M. Fulvius plura, & maioris locauit vsus: portum, & pilas pontis in Tiberim, quibus pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus, & L. Mummius Censores locauerunt imponendos*. Restituerat hunc pontem Iulius III. tum magna ex parte Gregorius XIII. sub initium anni secularis MDLXXV. durantibus antiquis fornibus ad vtramque ripam. Sed anno MDXCVIII. inundante, vt nunquam, Tiberi, versus Palatinam ripam iterum proruptus, necdum instauratus in vsu non est.

Potes Fabricius, Cæstius.

Dion. l. 37.

Duo deinde pontes peruetusti operis Insulam Tiberis iungunt. **FABRICIVS**, & **CAESTIVS**. Fabricium nunc quatuor capitum à quadri-fronte Iani statua ibi posita in citeriore ripa *L. Fabricius C. F. Cur. viar. faciendum curauit*, vt in vtroque fornibus arcu inscriptum est. De eo Dion: *Pons quoque lapideus ad Insulam, qua in Tiberi extat, pertingens extructus Fabriciusque dicitur est*. Id peractum Anno Urbis DCXCII. Alterum olim Cæstium, nunc S. Bartholomæi Ianiculum versus, Valentinianus, Valens, Gratianus Imperatores, vt monet duplex inscriptio, faciendum curarunt. Ipsa porro **INSVLA** præter Templum Iouis, Aeu-

scula-

sculapij, Fauni, de quibus alibi, lapidibus olim instructa in modum pup- Insula Ti-
 pis, insignem fertur habuisse statuam Iulij Cæsaris, ac semel quod scribit beris.
 Tacitus, *in Insula Tiberini amnis sereno, & immoto die ab Occidente in* Tac. lib. 1.
Orientem conuersam. Eodem loco Simoni Mago statuam Ethnici posue- Histor.
 runt, vt narrat Eusebius.

Prope Insulam alterum Pontem nomine Ianiculensem statuunt, vbi Eccl. Hist.
 nunc SIXTVM Sixtus IV. Pont. Max. magnificè posuit. lib. 2. c. 12.

Pontis VATICANI in via Triumphali ad Nosocomium S. Spi-
 ritus nonnulla in flumine cernimus extare vestigia. Sed falluntur, qui illi
 adnectunt portam Triumphalem, vt alibi copiosè exposuimus.

MILVIVS extra Vrbem deriuato vocabulo ab Aemilio Scauro
 conditore dictus est, eumque Nicolaum V. Pont. Max. perhibent in-
 staurasse.

AELIVS ad Molem Adriani adhuc extat. De eo Spartianus: *Fecit*
Adrianus, & sui nominis Pontem, & Sepulchrum iuxta Tiberim.

Iam in Transiberino solo MOLES, & Sepulchrum Adriani ponti Molés A-
 Aelio adiunctum, alterum in Vrbe Mausoleum, ex pario marmore in- driani.
 imo quadratum, exinde rotundum exurgebat. Habet in prospectu ad læ-
 uam in cetero e ripa Mausoleum Augusti: cuius imitatione conditum,
 decrefcentem per gradus figuram neglexit. De eo sic Dion: *Sepultus est*
Adrianus in ripa fluuij, iuxta pontem Aelium. Illic enim sepulchrum con-
ditum. Iam enim Augusti monumentum repletum erat. ne quisquam am-
plius in eo sepeliebatur. In eo deinceps Antonini conditi: describiturque
 à Procopio Equestribus statuis, & quadrigis ornatum. In vita
 Adriani.

A porta Aurelia vsque ad Templum D. Petri, vt à porta Ostiensi vsque Porticus
 ad D. Pauli, continuas PORTICVS olim fuisse notat Procopius. Re- ad Tépla
 liquum spatium ædificijs, ac domibus impeditum. Cæterum ante condi- SS. Petri
 tum à Constantino illud Templum terris omnibus venerabile, ibi fuerant & Pauli.
 Horti Neronis de quibus paulo post. Quædam alia de Vaticano memo-
 rantur, haud sane firmis auctoritatibus nixa, præter frequentia in eo cam-
 po sepulchra, & insalubre Cælum, quod nostra ætas propter Ciuium, te-
 storumquè frequentiam salubrius experitur. De Sepulchris ab Helio ga-
 balo dissectis meminit Lampridius: *Fertur, inquit, Elephantorum qua-*
tuor quadrigas in Vaticano agitasse dirutis sepulchris, quæ obfistebant. De
 loci natura Tacitus: *Postremo ne salutis quidem cura infamibus Vaticani*
locis magna pars tetendit, unde crebra in vulgus mortes, & adiacentia Ti-
beris Germanorum Gallorumque obnoxia morbis corpora fluminis audivitas,
& astus impatientia labefecit. Quo loco, etiam Ianiculo subiecta loca,
 comprehendi arbitror à Tacito. Omnis enim ille tractus sub Vaticanis
 montibus situs est. Tac. lib. 2.
 Histor.

Accedit, quod sub ipso Ianiculo, non horum tantum Vitellianorum,
 temporariæ stationes, sed perennes militum erant institutæ ab Augusto.
 CASTRA RAVENNATIVM dicta; nempe militû qui Classem
 Rauennæ collocatam tuebantur ad defensionem superi Maris. Hi Clas-
 sarij venientes ad Vrbem ibi statiuæ habebant, & ad hos, siue alios
 Castra Ra-
 uennatiû.
 Sueton. in
 Aug. c. 49.

TABERNA MERITORIA, vbi nunc Aedes S. Mariz trans Tiberim, pertinebat: vnde Oleum abunde ad fluium vsque fluxisse Ecclesiastica monumenta prodidere: & constans fama designatusque in Templo maximam sub Aram locus, veterique hoc titulo notatus, *Fons Olei*, abundè testantur. Quoniam vero principatu Cæsarum rarissimæ expeditiones maritimæ, Rauennates Classarij frequentes erant in Vrbe, ludisque vela ducebant in Theatro. Lampridius in Commodo: *Irritum*, inquit, *id credens*, Commodus, à *Populo Romano, à militibus Classarijs qui vela ducebant, in Amphitheatro interimi praeceperat*. Præter milites Transiberinam Regionem, extra Urbem positam, incolendam ijs Romani dederunt, quibus ipsi infensi essent. Quare visis Campanis *Locus vbi habitarent, vt ait Liuius, trans Tiberim, qui non contingeret Tiberim, datus est*. Et Veliternis: *in quos, vt idem ait, grauitèr sauitum, & muri deiecti: & Senatus inde abductus, iussique trans Tiberim habitare, vt eius, qui cis Tiberim deprehensus esset, vsque ad mille pondo clarigatio esset*. Eodem, & Iudæos compulerunt, notosque apud Martialem Transiberinos ambulatores fracto vitro sulphurata permutantes.

Dec. 3
lib. 6.

In vita
Cæs. c. 83.
De Fortuna
Roma
notum.

Li. 2. Ann.

Faß. lib. 6.

Ad Aedem nunc Sancti Francisci collocant **HORTOS** Cæsaris, de quibus Suetonius. *Populo Hortos circa Tiberim publicè, & viritum trecentos sestertios Cæsar legauit*. Ibi & Templum Fortis **FORTVNAE**. Plutarchus. *Quæ vero ad Tiberim dedicata est Fortuna Fortis, scilicet vni omnia vincendi pradita, & generosa, ei sanum in hortis populo à Cæsare legatis edificauerunt, quod hunc quoque fauore Fortuna ad summam potentiam cunctum iudicarent, quod & ipse testatus est*. Tacitus: *Aedes Fortis Fortuna Tiberim iuxta in Hortis, quos Cæsar Dictator Populo Romano legauerat, sacrarium genti Iuliae, effigiesque Diuo Augusto apud Bouillas Tiberio Principe dicantur*. Aliam Seruius Rex, vt alias dixi, ad Tiberim Fortunæ Forti Aedem extruxerat. Ouidius:

*Ite Deam lati fortem celebrate Quirites,
In Tiberis ripa munera Regis habet.*

Et deinde: *Conuenit & seruis, serua quia Tullius ortus.
Constituit dubia Tempa propinqua Dea.*

In vita
cap. 71.

Front. l. 1.

In vita
Gracc.

Li. lib. 2.
dec. 1.

NAVMACHIAM Augusti, quò deducta est Aqua Alsetina, statuunt ad Templum, & Cænobium Monialium SS. Cosmæ, & Damiani. Suetonius: *Bis omnino toto secessus tempore Tiberius Romam redire conatus semel triremi vsque ad proximos Naumachia Hortos subuectus est: disposita Statione per ripas Tiberis, quæ obuiam prodeuntes summoueret*. Frontinus: *Ni forte cum opus Naumachia Augustus aggrediretur, ne quid salubrioribus aquis detraberet, Alsetinam aquam proprio opere perduxit: & quod Naumachia ceperat superesse, hortis subiacentibus concessit*. **LVCI** olim Furinæ incertus est locus. Meminit Plutarchus. *Caius*, inquit, *occupauit aliquantisper in Lucum Furinæ confugere*. Nec **PRATA MUTI** certò demonstrari possunt, quo agro à Senatu Romano Mutius Scæuola donatus est. an prope *Quintia*? an quæ postea *Neronea*, hodiequæ vulgò *Prata* dicuntur? De ijs Liuius. *Patres C. Mutio virtutis causa*
trans

trans Tyberim agrum dono dedere, quæ postea sunt Mutia prata appellata. Datum est quemadmodum ante Horatio Pontis defensori quantum posset circumarare uno die, ait Dionysius. Demum sub Ianiculo sepulchrum fuisse Numiam, duasque areas lapideas ibi repertas testatur Livius; quarum altera cadaver Numæ iam penitus absumptum; altera quatuordecim libros, de Latina, Græcæque disciplina habuissent, eosque decreto Senatus in Comitio combustos. Alia Ianiculi propria, vel dicta à nobis, vel postea dicenda sunt.

Dionys.
li. 5. Rom.
antiquit.
Liu. dec. 4
lib. 10.

Quædam Tempia. Cap. XXII.

MULTA in decursu operis Tempia suis locis constituta sunt. Nunc ea, quorum sedes veluti digito indicari non potest, paucis designabimus: neglecto narrandi ordine, ut se se obtulerint.

Fuit in Campo Aedes LARIVM permarinum, quam vouit L. Aemilius Regillus navali prælio aduersus Præfectos Regis Antiochi: Quadraginta post annos dedicata est. Ita Livius.

Ædes Larium.
Dec. 4. lib.
10.
Lib. 35.
cap. 5.

METELLI Aedes prope Campum. De ea Plinius: *Praxiteles Iouem fecit eburneum in Metelli Aede, quæ Campus petitur. Hæc opinor Iouis fuit. Indicio est signum Iouis. Templum FOELICITATIS. De eo Plinius: Thespiades ad Aedem Fœlicitatis. Et: Signa, quæ ante Aedem Fœlicitatis fuere. Dion: Erat enim Curia Hostilia cum refecta fuisset, de nouo destructa, eo verbo, quod ibi Templum Fœlicitatis ponere instituisent: Quod Lepidus Magister Equitum absoluit. Sed re ipsa ob banc causam, ut ne in eo quidem loco Sylla nomen superesset, ac noua Curia Iulia vocaretur. Huius Templi Sylla primus videtur auctor, qui se Fœlicem cognominauit. Refectum id fortasse est ab Antonino Pio. Vidimus enim in eius nummis, cum Inscriptione; Templum Fœlicitatis. Templum ANTONIÆ apud Plinium ornatum pictura Herculis: In Antonia Templo Herculem auersum; ut, quod est difficilius, faciem eius ostendat verius pictura quam promittat. Sed fortasse Templum ab Antonia factum significat. Aedes POMPEII apud Circum. Plinius, Hercules, qui est apud Circum Maximum in Aede Pompeij Magni. à Pompeio videlicet, extructa.*

Li. 36. c. 5.
Lib. 34.
cap. 8.
Dion. 1. 44

Lib. 35.
cap. 10.

Li. 34. c. 8.

Templum HORTÆ, Dez ab hortando dicta; ideoque semper apertum, quod hortaretur ad honestas actiones. De eo vendendus Plura: chus, DIANÆ multa Tempia Romæ. Idem in q. 3. Rom. Tempia BACCHI & HERCVLIS. De his Dion; Tam Baccho, quam Herculi Templum Maximum Seuerus edificauit.

In q. Roman. q. 46
Lib. 76. siue Xiphil. in Seuero.



Templum
Equestris
Fortunæ.
Dec. 4. lib.
10.
Lib. 2.
dec. 5.
Lib. 3. c. 2.

Girald.
syntag. 16.
Tac. Ann.
lib. 3.

Dec. 7.
lib. 10.

In lib. de
Fort. R6.

Athæn. 1.8

Tepla FORTVNÆ quam plurima, de quibus Plutarchus in quæst. Rom. quæst. 74. & lib. de Fortitudine Roman. Inter cætera *VIRILIS* Fortunæ Templum ab Anco Martio Quarto Rege est edificatum. Plutarchus. *MVLIEBRIS* Fortunæ (idem ait) Romani fecerunt, quo tempore Marcium Coriolanum Volsco aduersus Urbem adducentem mulierum opera auertit. Templum *EQVESTRIS* Fortunæ vocit Q. Fuluius Proprætor in pugna Celtiberorum, locandamque curauit Consul, teste Livio. Idem Censor annos sex postquam vouerat, eodem auctore, dedicauit. Vitruuius de systylo, in quo columnas duarum spatium diuidit, præcepta tradens: *quemadmodum, inquit, est Fortunæ Equestris ad Theatrum lapideum.* Interpres ad Theatrum Pompeij fuisse interpretatur, quod primum mansurum conditum est. Potius dicerem Theatrum Balbi, aut Amphitheatrum Tauri, impolitioris opere facta. Id enim significare videtur lapideum. Theatrum vero pro Amphitheatro frequenter ponitur. Hæc cum certa sint, miratur Giraldus, cur legatur apud Tacitum: *Incessit dein religio quoniam in Templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustæ Equites Romani vouerant Equestri Fortunæ.* Nam & si delubra eius Deæ multa in Vrbe; nullum tamen tali cognomento erat. Repertum est, Aedem esse apud Antium, que sic nuncuparetur. Ita donum apud Antium statuitur. Agebantur hæc paulo post mortem Augusti, quo viuente, Vitruuius illa scripserat. Neutrum tamen aberrasse dicerem. potuit enim interea temporis illud delubrum fortuito aliquo incendio, qualia frequentissima in Vrbe fuerunt, corripri, & absumi; vt vel consumptum iaceret, vel ante usum instaurari oporteret. Templum nouum *Fortunæ*: item *Spei*. P. Victor in Regione septima Aedes *CONCORDIÆ* in Area Vulcani. Dedicauit C. Flavius scriba Ædilis Curulis qui primus Fastos publicauit. Livius: *Aedem Concordia in Area Vulcani summa inuidia nobilitum Flavius dedicauit.* Aedes *VULCANI* in nummis Valeriani. Templum *VIRTVTIS* posuit, teste Plutarcho, Scipio Numantinus, siue Africanus secundus. Templum *FORTVNÆ VRBIS*. Hoc Adrianus Cæsar edificauit. Athenæus: *Celebrabantur enim Parilium dicta quondam Ferie, nunc Romanas appellant, extructo, dicatoque Fortunæ Urbis Templo ab optimo, & humanissimo Imperatore Adriano.* Templum *COMMODI*. De eo Vopiscus in Aureliano: *Commodi Templum ascendit.* Hoc fortasse Seuerus poluit, qui Diuum Commodum fecit Aedes *PORTVMNI* ad Pontem Aemilij, olim Sublicium. P. Victor in Regione xj. Circi Max. *LIBERTATIS* in Auentino. Templum *CLEMENTIÆ* Cæsar. Id ostendunt nummi veteres, & auctor est Plutarchus. Templum *PACIS* Perpetuæ, *AETERNITATIS* Augustæ, *AETERNITATIS* Flauiorum:

IVNONIS MARTIALIS, & alia; nummi Caesarum. Templum CÆ. In Galba SARVM in quo communiter colerentur. De eo Suetonius: *Ac subinde* ^{cap. 1.} *ta cæta de Cælo Caesarum Aede: capita omnibus statuas simul deciderunt. Augustique sceptrum è manibus excussum est.* Herodianus lib. 4. *Ita comitati magno pompa composuerunt ipsum, Seuerum, in Templo, vbi Marci, ac superiorum Principum sacra visuntur monumenta.* Sed dubium, an de hoc vel alio Templo loquatur. cum præsertim de eius reliquijs affectis sepultura sermo sit, quas eius Mausoleo illatas diximus.

Antiqui Romanorum Horti. Cap. XXIII.

ALIIQVA suis locis ædificia consultò prætermisimus, quia in Hortis excitata, cum his quoque erant coniungenda. Nunc Hortos seorsim inspiciemus, ordine temporum, quo quisque in pretio fuit, conseruato. HORTI quidem NVMÆAE Horti Nuri Regis referuntur ab Ouidio, sed vbi fuerint non constat. nisi forte in Quirinali, vbi quædam alia huius Regis, aut sub Auentino collocandi sunt. Sic autem ille 3. Fast.

Cæde caput dixit, cui Rex parebimus, inquit;

Cædenda est Hortis eruta cepa meis.

Viridarium deinde Regium antiquissimum in Vrbe fuit TARQUINII Superbi, in quo inambulans Rex, consulenti per nuncium Sexto filio nihil respondit; sed vt olim Periander Corinthiorum Tyrannus in re non dissimili eminentiores spicas contriuit: sic Tarquinius Rex summa papauerum capita decussit, auctore Liuius, & Dionysio. Et Horti fuerunt in Esquilij, vbi Rex, Solino teste habitabat. At in qua parte montis? *supra*, inquit Solinus, *cliuum pullium, sacundalem lacum.* vbi corrupto loco corrigendum, Fagutalem lucum. Hic autem Fageus lucus pertinebat ad montem Viminalem, qui idcirco Fagutalis etiam nuncupatus est, vt aliàs diximus. Ideoque Hortos in Esquilij fuisse dicendum est, quæ versus vicum Patricium, vergunt ad viminei partem Collis, in qua Aedes S. Laurentij; erant enim ædibus adiuncti. Liuius: *Rex velut de liberabundis in Hortum ædium transit, sequente nuncio filij.* Ouidius:

Hortus odoratis suberat cultissimus herbis

Seculus humum riuo lenè sonantis aquæ.

Quæ sequuta sunt tempora Hortos in pretio habuerunt, sed minime pretiosos. quippe caulium, & brassicarum prouentu vberissimo Horti, & agricolæ prisci probabantur: nec illos florum blandimenta delectabant, sed olera, quæ aut facile coquerentur, aut ex se se expedita, & parata ligno parcerent, igni non egerent. Quod Plinius scribit. Nec sane exiguus Hortorum fructus extitit, cum procerum cognomina produxerunt. Vt non minus natos inter legumina Fabios, Lentulos, Pisones, aliosque huiusmodi Roma laudaret, quam ex Lactucarum thyrsu Lactucinos. lam quod ait idem, *In fenestris suis plebs Vrba in imagine Hortorum quod*

Loc. cit. 2, Fast. Plin. l. 19. cap. 4. Loc. cit. tidia-

Pensiles Horti.
Plin. l. 19.
cap. 5.
Col. li. 11.
cap. 3.
Plin. lib. 2.
epist. 17.
Mart. li. 8.
Epig. 14.

tidiana oculis rura præbebant, antequam præfigi prospectus omnis cogis multitudinis innumera sæua latrocinatio. Sed hi HORTI PENSILES crescente luxu rotis promouebantur ad Solem, rursusquæ hibernis diebus intra specularium monimenta reuocabantur. Quod Plinius, & Columella, & Iunior Plinius confirmant, & Martialis:

*Pallida ne Cilicum timeant pomaria brumam,
Mordeat, & tenerum fortior aura nemus.
Hibernis obiecta notis specularia pueros
Admittunt Soles, & sine sæce diem.*

Ep. 68. l. 8. Et alibi: *Inuida purpureos orat ne bruma racemos,
Et gelidum Bacchi munera frigus edat.
Condita pespicua viuunt vindemia gemma,
Et tegitur sælix nec tamen vna latet.
Fæmineum lucet sic per bombycina corpus:
Calculus in nitida sic numeratur aqua.
Quid non ingenio voluit natura licere?
Autumnum sterilis ferre iubetur byems.*

Sic autem non solum poma seruabant, sed etiam flores alieno tempore exprimebant, vt scribit Seneca: *Fomento, inquit, aquarum calentium, & calorum apta mutatione bruma lilium, florem vernũ exprimunt.* Hac ratione, teste Columella, fere toto anno Tiberio Casari cucumis ferebatur. Sed Plinius singulis diebus allatos Tiberio cucumeres notat, *pensiles eorum Hortos rotis in Solem olitoribus promouentibus.* Quod autem Martialis specularia illa gemmas nuncupauit, causa est, quod antiqui in vsu quosdam lapides pellucentes, ac speculares habuerunt, tenues in crustas dissectos: vti hac tempestate vitreis orbibus, & quadratis nos frigus ventosque arcere solemus. Illud etiam hortensis luxus argumentum est apud Romanos, quod, Seneca referente, *POMARIA* summis etiã turribus habuerunt, eorumque sylux in tectis domorum, ac fastigijs nutarunt, inde ortis radicibus, quò improbe cacumina egissent.

Sed his cum longo annorum cursu prætermisissis, vt veros proferam, ac germanos Hortos, *MARIANI* primo se offerunt spectandos, à Mario opinor Cimbrorum illo victore confiti. De his Plinius: *ea pietura cum peracta esset in Marianis Hortis accensa fulmine etiã optima Hortorum parte conflagrauit.* Horum quidem solum nomen ad nos peruenit: vbi, aut quomodo parati fuerint, quia cæteri siluerunt, ego quoque silentio præteribo. Neque enim dixerim fuisse ad Anienem, vbi *MARIJ* tumulus, de quo Lucanus:

*Tollentemque caput gelidas Anienis ad vndas
Agricola fracto Marium videre sepulchro.*

Horti *LVCVLLIANI* multo notiores. Nec tamen ita certo de loco, vt de auctore constat L. Lucullo victore Mitridatis. Singularem vero loci amenitatem testatur est Plutarchus. *Quando, inquit, vel hac ætate ita gliscente luxu, Horti Luculliani inter Principis sumptuosissimos habentur:* De his Plinium in Panegyrico ad Traianum loquutum putant:

Ipsos

Plutar. in
vita Lu-
culli.

Ipsos illos magni aliquando Imperatoris Hortos, illud nunquam nisi Cæsaris suburbanum licemur, emimus, implemus. Tanta benignitas Principis, tanta securitas temporum est, ut ille nos principalibus rebus existimet dignos, nos non timeamus quod digni esse videmur. Venerunt in potestatem Augustorum Claudio Imperatore cum à Valerio Asiatico secundum Consule magnificentiores pulchrioresque factos Messalina Claudij vxor concupiuit. Tacitus: *pariterque Hortis inhians, quos ille à Lucullo coemptos insigni magnificentia excolebat.* In quibus deinde, ut huius cæterorumque flagitiorum pœnas penderet, gladio Tribuni transfossa est. Idem: *Interim Messalina Lucullianis in Hortis vitam.* At venditi sunt à Traiano? id quidè videtur conijci ex Plinio. Adhæc Lipsius priore Taciti loco citato: *Vides, inquit, quomodo in Principis res peruenerint Horti Luculliani manserintque ad ætatem Traiani.* Verum aliquis posset Plutarchum obijcere, qui *sua ætate Hortos Principis sumptuosissimos Lucullianos nuncupauit.* Nam Traianus, si Hortos Luculli vendidit, secundo circiter principatus anno id probabiliter fecit. Habitus est enim Panegyricus à Plinio ante bellum Dacicum. Traianus autem quarto Imperij anno de Dacis triumphauit, teste Cassiodoro in Chronico, & Eusebio. At Plutarchus si illa scripsit ante Traianum Cæsarem, quis non putet, tamen si Luculli vitam publicasset, quod scripserat correcturum fuisse? Verum credendum non est, tunc ea scripsisse, vel saltem publicasse, qui anno tertio Adriani, id est viginti circiter post annos floruit, & habebatur insignis Philosophus, testibus Eusebio, & Cassiodoro. Itaque videtur elici posse, nisi Horti, quos Traianus abalienauit, Luculliani fuerunt, fuisse fortè Pompeianos, qui item post Antonium venere in Augusti, & Cæsaris potestatem.

Lib. II.
Ann. iai-
tio.

Ibid. in fi-
ne.

Ut ut se res habeat, quo tandem loco Urbis consiti? Sane videre difficile est, nisi fortè Frontinus facem præferat. Ait enim, *Arcus Aqua Virginis initium habent sub Hortis Lucullianis, finiuntur in Campo Martio secundum frontem Septorum.* Aqua quidem Virgo, ut hodieque postquã à Nicolao V. Pont. Max. ductus refectus est, cernitur, per subterraneos, & profundissimos specus meabat sub collibus decliuibus in Tiberinam planiciem, & alueum, extra Urbem, & Pincianam seu Collatinam portã. His collibus adiunctus est is, quem olim collem Hortorum, hodie Trinitatis à celebri eius Templo dixerunt: Campo Martio imminens; quem subterlabens Aqua, inde super arcus in Campo extractos usque ad Septa, ubi fons erat, decurrebat. Quare Horti Luculliani, sub quibus inchoabatur arcus, aliquam partem Pincij collis Campo Martio imminentem occuparunt: ubi nunc pars item Hortorum Mediceorum, Cœnobium, Hortusque Fratrum Minorum cognomento. Hoc cum verba Frontini persuadent, tum quia cum idem collis olim Hortorũ siue Hortulorum honorifica appellatione diceretur, præter Lucullianos, & eos de quibus dicam, quos alios saltem insignes aluerit, ignoro. Hi vero tale nomen merito illi tribuere potuerunt. Fuit autem, ut alias dixi, ætate Luculli, multoque post ille mons extra Urbem.

Lib. I. de
Aquad.

- At vnde Pincij nomen accepit? neque enim id diximus. Audiui, eruditum virum nuper id ex Templo S. Felicis in Pincis inibi olim extructo derivasse. Eius tamen scripta prope diem euulganda videre non potui. Placet interim, quod alijs placuit, à PINCIIS Patriijs Romanis derivare. Certè cum iam ab Aureliani principatu receptus in Urbem esset collis, mirum est, tamdiu Hortorum appellationem viguisse: atque Ethnicos, quorum tum plurimi erant in Urbe, probasse inuentum cognomen à Christianis: hos vero cum insigne nomen Felicis Nolani martyris haberent, cognomentum colli quæsiuisse ex eo vocabulo in Pincis, quod etiam Nolæ quid significet, ignoratur. Ibi autem fuisse nobiles Aedes Pinciorum, qui vt ante Laterani Cœlio, sic dare huic colli nomen poterant, patet ex Cassiodoro: *Declaramus, vt marmora, qua de domo Pinciana constat esse deposita, ad Rauennatem Urbem per catabolenses vestra ordinatione dirigantur.*
- Pincius**
collis vnde dicitur.
- Cass. lib. 3.**
Ep. 10.
- Pro Milone.**
Minus celebres **HORTI POMPEII** sunt, quamquam duplices. De quibus Asconius, Plutarchus, Cicero, Appianus, & alij: Cicero: *Pompeio in Hortos nunciauit.* Rursum. *At eiusdè Pompeij Aedes etiam & Hortos.* Appianus: *Antonius, inquit, Pompeianis in Hortis à Casare dono quoddam sibi traditis versabatur.* Verum Antonio non traditi, sed venditi fuerunt, teste Marco Tullio. *Nam bona, inquit, Pompeij hasta posita pro Aede Iouis Statoris à Casare coempta sunt à seflore Antonio: idemquè postea appellatus de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sefctione debebat, rerum suarum auctione facta persoluit.* Asconius duplices videtur astruere. *Timebat, inquit, Pompeius Milonem, seu timere simulabat: plerumquè non domi sua, sed in Hortis manebat, idquè ipsum in superioribus, circa quos etiam magna manus militum excubabat. Quare quidam inferunt, superiores illi, & inferiores fuerunt. Et huc verba Martialis accõmedant:*
- Illinc Pompeij dona, nemusque duplex.*
- In Orat. pro Milone.**
- Lib. 2.**
Ep. 14.
- Loco cit.**
Ad inuestigandam autem Hortorum sedem primum pro certo est habendum, fuisse extra Urbem: quod perspicue Asconius, & Plutarchus tradunt. Ille enim notat, cum Pompeius Proconsul, habebat enim exercitus in Africa, & in Hispania, quas per suos Legatos administrabat, esset ad Urbem, habitasse in Hortis: *Senatum habitum in Porticu Pompeij, vt Pompeius possit adesse;* non enim in Curiam intra Pomœrium venire poterat. Quod & ipsam porticum extra Urbem fuisse demonstrat. Idem alibi: *Quando, inquit, ante triumphum vetitum erat, ingredi Urbem, misit Pompeius petitum ad Senatum, vt Comitio Consularia proferret. Quod cum non obtinisset, querens Afranium Consulem facere, nummos pro eo in tribus pronunciauit, atque ad eos accipiendos venerunt in Hortos Pompeij.* quos utique tunc Pompeius habitabat. Accedit quod superiores Villam eodem Asconio auctore, adiunctam habebant: quare in edito, patentique loco esse debuerunt, quem Vrbs Ciuium tectis impedita non præbisset. Has ob causas Hortos Pompeij in eodem colle Pincio fuisse arbitror, prope Lucullianos. Hæc enim videtur fuisse eius loci dispositio, vt primò sepulchrum Comitiorum propius portæ Flaminia extaret. De hoc Suetonius:
- In vita Pompeij.**
- Horti Pompeij vbi fuerunt.**

nus: *Reliquias Neronis gentili Domitiorum monumenta condiderunt, quod prospicitur è Campo Martio, impositum colle Hortorum. In eo monumento solium porphyretici marmoris superstante lunensi ara circumseptum est lapide T basto.* Credibile est munumento propinquos alios hortos eodem colle impositos, sed eorum scriptores non meminere. Sequebantur Luculliani in Hortis nunc Mediceis: Pompeiani versus Pincianam portam, vbi pars Mediceorum est, tum Ludouisiorum hortorum. Quoniam autè villa his erat adiuncta, arbitror peramplo patentique ambitu protensam ad Orientem, aliquam partem Burghesiæ nunc Villæ attigisse.

Hæc de superioribus hortis Pompeij. Maior vmbra in INFERIORIBVS est: qua, vt tenebris obfiti, videntur à paucis, situm quidem omnes ignorant. Mihi autem si diuinandum est, probabile fuerit, eos ad Pompeij Porticum, & Theatrum fuisse. Nisi quis putet, dici inferiores eo quod coniuncti cum superioribus ad radices collium, aut certe in ima eius loci parte essent constituti; quod in medium relinquo. In priorem tamen opinionem inclinat animus.

Horti CAESARIS, vt supra dicebam, in Transiberina regione iuxta fluium fuere ad Cœnobium S. Francisci.

SERVILIANI, an Salustiani tempore præcedant incertum est, qui longa Cæsarum possessione nobilitati sunt. Seruilianorum hortorum neque auctor, neque certa sedes proferri potest. Seruilia quidem gens Romæ clarissima plurimos Romæ Consules dedit. Ab aliquo huius gentis Seruilio dictos putauerim hortos Seruilianos potius, quam à Seruio: quamuis Macrobius scribat: *Cum contra, & cognomina ex proprijs sint tracta nominibus vt ab Aemilio Aemilianus, à Seruio Seruilianus.* Hi hortus in delicijs fuere Neroni Cæsari. Tacitus affirmat, *eum rarum egressu domo, aut hortis clausum.* Hi enim & Seruiliani erant, vt idem paulo post: *Milichus, inquit, cepta luce in hortos Seruilianos pergit, deductusque ad Neronem urgens periculum, & graues coniurationes docet.* De iisdem Suetonius. *Nunciata exercituum defectione, Nero transfijt in hortos Seruilianos.* Ibiq; desertus ab omnibus, *procurrit, inquit, quasi præcipitatus se in Tiberim.* Qui locus admonet, vt hortos Seruilianos Tiberinæ ripæ aditos putem. Cur enim habitans in hortis Imperator procurrisset se præcipitatus in Tiberim, nisi hortos ipse fluius alluisset? Nequenim credibile est, eum extrema timentem, si hortus à Tiberi longe aberant, ab eis egressum de media nocte per mediâ Urbem ad fluium decurrisse. Accedit, quod Nero cogitans de fuga, libertorum fidissimos Hostiam præmiserat, quò deinde secundo Tiberi esset ipse venturus, ab eisdem hortis solito nauigio: Itaque cû alium hac de re scriptorè non viderim, nec mihi manifestius argumentum sit; arbitror Hortos Seruilianos non longe à Ponte nunc Sixto in minore campo fuisse ad ripâ Tiberis. Hic enim, affirmante Strabone, præter plurima, & pulcherrimâdificia multis etiâ lucis, & hortis ad amœnitatè confitus erat. Qua de causa Pompeij etiam hortos inferiores habere potuit. Multa simulacra, præter Cæcerem, & Vestam sedentem, & Apollinem, commendat Plinius in hortis Seruilianis.

Horti

Et Horti
Domitij.
In Nerone
C. 50.

Et Horti
eiusdem
inferiores.

Horti Cæsaris.

Horti Seruiliani.

Lib. 1. Sat.
cap. 6.

Tac. li. 15.
annal.

Suet. in
vita cap.
47.

Vbi fuerint
horti
Seruiliani.

Strabo l. 3.

Plin. l. 36.
cap. 5.

Horti Salustiani .
Dion. l. 43

Horti SALUSTIANI in Quirinali ad Salariam portam siue Col-
linam, fuere. Au&tor eorum Crispus Salustius Romana primus in histo-
ria; idemque suorum amœnitate Hortorum nemini secundus. Hic ex A-
fricæ Prætura, quam à Casare acceperat, refertus pecunia Romam re-
uersus, eam partem Quirinalis montis delegit, in qua *Hortis pretiosissi-
mis*, vt loquitur Cicero, seu quis alius in Salustiana, & loco amœnitatē,
& sibi scriptis historijs perpetuum nomen daret; quamquam scriberet
ipse, contra quam fecerat. Horum multi veterum scriptorum memine-
re. Tacitus: *Tertium agmen*, Flauij exercitus, per Salariam Collina por-
te propinquabat. ij tantum (pergit paulo post) *confligati sunt*, qui in
partem sinistram Vrbs ad Salustianos Hortos per angusta, & lubrica via-
rum flexerant. Superstantes macerij Hortorum Vitelliani ad serum & que
diei faxis, pilisque subeuntes arcebant, donec ab Equitibus, qui porta Collina
irruerant, circumuenirentur.

Tac. lib. 3.
Histor.

Tacit. lib.
13. Annal.

Ex quo loco deducitur, non modo ad portam, sed intra portam Col-
linam hortos fuisse. Idem: *Regredienti*, Neroni, per viam Flaminiam,
compositas insidias, fatoque euitatas, quoniam diuerso itinere Salustianos
in Hortos remeauerit, auctoremque eius doli Syllam ementitur. Nec mi-
rum eò Neronem diuertisse; Erant enim Salustiani Horti Principis. Qua-
re post Neronem Vespasianus teste Dione, *rard habitabat in Palatio; In
Hortis autem Salustianis plurimum erat, eoque recipiebat quemcumque
non solum Senatorij, sed cuiuscunque ordinis*. Nerva morbo perijt in Hor-
tis Salustianis, referentibus Eusebio, & Cassiodoro in Chronicis. Displi-
cebat Aareliano, vt ait Vopiscus, *cum esset Roma habitare in Palatio, ac
magis placebat in Hortis Salustianis, vel in Domitia viuere*. Milliarie-
sem denique porticum in Hortis Salustij ornanit, in qua quotidie & equos
& se fatigabat, quamuis esset non bone valetudinis. Eisdem Alexandri
Seueri fuisse colligitur ex Vlpiano: *Si vero*, inquit, *Salustianos Hortos, qui
sunt Augusti, vel fundum Albanum, qui principalibus vsibus deseruit, le-
gauerit quis, furiosus est*. Sub eodem enim floruit Vlpianus, & Pratoria-
nis Præfectus est. Situs Hortorum hic est, supra descriptus à nobis: cum
de monte Quirinali ageremus. Curuatur enim collis ad portam Collinā,
duæque planicies, altera ad mœnia Vrbs, & Hortos Ludouisianos perti-
net: altera secundum altam Semitam, nunc Piam ad Aedem S. Susannæ,
& Hortos Barberinos protenditur, vtraquè olim celebrata Salustianis
Hortis: in medio vallis angusta primum, deinde latior. In angusta visitur
cauea Circi Hortorum Salustianorum, vbi accliu hinc atque hinc solo
apparent hodiequè sediliū, & Templi Veneris subobscura vestigia; quod in
ipso Circo, vt alia in alijs erant. De quo hanc Inscriptionē recitat Fuluius:

ff. li. 30. de
leg. & Fi-
deicom.
l. cum ser-
uus. c. cō-
stat.

Fulu. lib. 2.
Et Marl.
cap. 22.

M. AVRELIVS. PACORVS
M. COCCEIVS. STRATOCLES
AEDITVI. VENERIS. HORTORVM
SALVSTIANORVM. BASEM. CVM
PAVIMENTO. MARMORATO
D E A N A E
D . D

Eiusdem Circi erat Obeliscus notis Aegyptijs impressus, qui contractus iacet in Hortis Ludouisianis, non modico interuallo, à cauea distans, eò, incertum qua causa, translatus. Apud eosdem Hortos versus portam Collinam, porticum Milliarientem locatam reor ad meridiem, hibernique Solis tepores. Sed ex altera parte Horti Salustiani ad Hortos nunc Barberinos terminabantur. Constat ex ijs quæ supra de actis S. Susannæ recitata sunt, in quibus refertur, eius Virginis, & Gabinij patris domum postea conuersam in Templum Susannæ nomini dicatum, iuxta Aedes, & Forum Salustij ad Arcus portæ Salaris positam fuisse.

Obeliscus
in Hortis
Salustij.

At in Esquilij C A I I, & L V C I I Cæsarium Horti fuerunt. Hi nepotes Augusti ex Iulia filia, & M. Agrippa, ab eodem Augusto adoptati sunt in Imperio successores. Horti prope ipsorum B A S I L I C A M, & P O R T I C V M fuere: quorum ædificiorum adhuc aliqua pars extat, sphericus nempe fornix lateritij nixus parietibus non longe à muris Urbis, atque Aede S. Bibianæ. Fuluius eum locum, corrupto nomine, suo æuo nuncupatum testatur *Thermas Gallutij*, quasi Thermas Caij, & Lucij. Ex quo infert, ibi Porticum, & Basilicam horum Cæsarium fuisse. Suetonius: *Quedam etiam opera sub nomine alieno fecit, Augustus. ut Porticum, Basilicamque Lucij, & Caij.* Dion: *Pugnatum est, ab alijs in Horto Caij, & Lucij, quem Augustus perfodi ob eandem causam iusserat.* Vbi alij pro Horto, lucum vertunt. Sed verisimile est, & Lucum, & Hortos fuisse; in Esquilij præsertim, quas ut alias dixi, Augustus repurgauit, sepulchris amotis, & producto pomærio, salubriores fecit, ornauitque. Itaque non necesse erat, transferri à quibusdam, ut supra dixi, Basilicam Caij, & Lucij ad Templum nunc S. Mariæ Aegyptiacæ.

Horti Caij, & Lucij.

Lib. 2.

In vita
Aug. c. 29.
Lib. 66.

Agrippa horum Cæsarium pater nobiles & ipse Hortos parauit in Urbe, quos moriens populo legauit. Dion: *Moriens, Agrippa, etiam populo Hortos, & Balneum à se denominatum legauit.* Qui locus indicat HORTOS AGRIPPÆ eius Thermis fuisse coniunctos inter Pantheon Aedemque S. Andree. In his Hortis, STAGNUM AGRIPPÆ fuisse probabile est, potius quam trans Tiberim, ut quidam ponunt. De eo Tacitus: *In stagno igitur Agrippæ Nero fabricatus est ratem, cui superpositum conuiuium aliarum traëtu moueretur. Naues auro, & ebore distincta.* Adhita illi erat SYLVA, & LVCVS. Idem: *Postquam tenebrae incedebant, quantum iuxta nemoris, & circumiecta tecta consonare cantu, & luminibus elarescere.* De eodem idem auctor: *Apud NEMVS quod nauali STAGNO circumposuit Augustus.* Nisi de Nautichia Augusti hic sermo sit.

Horti Agrippæ.
Lib. 54.

Tac. li. 15.
Ann.

Agrippæ filia AGRIPPINA, nupta Germanico Cæsari, mater Caij Caligulæ; Auia Neronis HORTOS, & ipsa dicitur habuisse: qui forrasse Germanici antea fuerant. Meminit Seneca. *Deinde, inquit, adeo impatiens fuit differendæ voluptatis Caius, ut in Xysto maternorum Hortorum, qui Porticum à ripa separat, inambulans, quosdam ex illis cum matronis, atque alijs Senatoribus ad lucernam decollaret.* Hi Horti fuere ad Tiberim, quod illa verba significant, *Porticum à ripa separat.* Confir-

Horti Agrippinæ.

Lib. 3. de
Ira. c. 18.

mat

Li. de leg. mat Philo: *Exceptos enim, inquit, nos primum in Campo Martio, cum de*
ad Caiū. *maternis hortis, Caius, exiret. Sed male interpres addidit, Martio. Nam*
Græcus Codex sic habet: *Ἐξίωσάμεντο γὰρ ἡμᾶς ἐν τῷ περὶ τῆς πύργου πε-*
δίῳ τὸ περὶ τὸν ἔτυχε δὲ ἐκ τῆς μητρῴων ἐξίων κήπων. Excipiens enim
nos in campo ad Tiberim, primum, cum exiret de maternis hortis. Plures
autem campi ad Tiberim. & hic Vaticanus erat, ut paulo post.

Horti Mæ
cenatis. His paulo Antiquiores fuere **HORTI MÆCENATIS**, quip-
pe qui pari cum Agrippa ætate, illi fuerit etiam superites. Hi, ut non-
Li. 1. c. 13. semel dixi, fuerunt in Esquilij, latissimoque ambitu à Templo, circiter,
Li. 3. c. 10. S. Martini in Montibus, Orientem versus, ultra S. Antonij Aedem pro-
Tac. Ann. cessere. Tacitus: *Nero, non ante in Urbem regressus est, quam domus eius,*
lib. 15. *qua Palatium, & Mæcenatis Hortos continuauerat, ignis propinquaret.*
In vita Ti Suetonius: *Romam reuersus Tiberius è Carinis, & Pompeiana a domo Es-*
berij c. 15. *quilijs in Hortos Mæcenatianos transmigravit. Aedes ibi elegantes or-*
In vita N. Ner. c. 38. *nataeque Mæcenatis cum excelsa Turri, de qua Suetonius: Hoc, inquit,*
Roma incendium Nero è Turri Mæcenatiana prospectans, latusque flam-
ma, ut aiebat, pulchritudine ἄλωσιν Ilij decantauit in illo suo scenico ha-
Eadem li- *bitu. Horum etiam Philo meminit: μεταπεμφάμεντο δὲ δούειν κήπων*
bro. *ὑπερέπυς τῶν Μαυκίνα, καὶ λαμία. πλυσίων δὲ εἰσὶν ἀλλυλιών τε καὶ τῆς*
πόλεως. accersens duorum Hortorum curatores Mæcenatis, & Lamia:

Horti Mæ
cenatis in
tra Urbē. *propinquas autem sunt inter se, & Vrbi. At quomodo Horti Mæcenatis ex-*
tra Urbem, cum essent adiuncti Neronis domo? Id quidem de hortis di-
cendum non est. Sed Philo, vel Vrbi propinquos, idest continuatis Ci-
uium domibus, appellauit, cum vidisset locum arboribus, & hortis fre-
quentiorem quam tectis: atque hospes ea specie fortasse deceptus puta-
uit esse extra Urbem, cum non essent; vel prisco more locus à vulgo di-
cebatur extra Urbem; quāuis producto pomærio: ut hodieq; multi aiunt
se Romam ire, cum intra mænia inter hortos, & vineta longe absunt ab
Dion. l. 55. ædificijs. Quoniam autem, ut narrat Dion, *Primus, Roma Mæcenas*
natorium aquis calidis refertum instituit; id in hisce hortis fecisse cre-
dendum est.

Horti La-
miani. Quod spectat ad **HORTOS LAMIAE**, hi eius Elij Lamiae sint
oportet, quem ex nobili genere Romanorum laudat Horatius. Notus est
Iib. 1. Od. etiam apud Suetonium, & Iuvenalem Lamias à Domitiano necatus, &
39. & l. 3. apud eundem Suetoniū horti **LAMIANI**, in quibus Caligula sepul-
Od. 17. tus. *Cadaver eius clam in hortos Lamianos asportatum, & tumultuario ro-*
Sueton. in *go semibambustum leui cespite obrutum est. In his & Mæcenatianos idem*
vita Dom. *cum tres aut quatuor dies habitasset, Philonem, & socios ad colloquium*
cap. 10. *ad miserat. Ex quo inferes hos etiam Principis fuisse. Cur enim in alieno*
Iuu. Sat. 4. *habitaret, ac sepeliretur? Idem Philo eorundem hortorum Prætoria cō-*
Suet. in vi *mendat: aitque, interloquendum Caium obiisse cœnacula, & conclauia;*
ta Calig. *Et magna Aula circumquaque fenestras claudi vitro cædido iussisse. Quod*
cap. 59. *ij aduertant, qui negant spectare se fenestras in antiquis fabricis.*
Philo eo-
dē libro.

Horti Ne-
ronis. **HORTI NERONIS** in Vaticano fuere. Constat ex Obelisco,
qui

qui prope Sacrarium Templi S. Petri ante Sixtum V. Pontificem erectus medium olim Hortorum Circum, in quo fuerat positus, designabat. De eo Plinius: *Tertius Obeliscus in Vaticano Caij, & Neronis Principum Circo ex omnibus vnus omnino fractus est in molitione, quam fecerat Sestridis filius Nuncoreus.* De Circo, & Hortis Tacitus, cum de supplicio SS. Martyribus à Nerone primum illato vir Ethnicus loqueretur: *Pe-reuntibus, inquit, addita ludibria, vt ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, aut ubi defecisset dies in usum nocturni luminis vrerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat habitu aurigæ permixtus plebi vel circulo insillens.* Vt appareat spatium Basilicæ Vaticanæ, cuius magnam partem Circus insederat, ante Martyrum sanguine, quam sacerdotum cæremonijs, & sacrificijs consecratum. De eodem Circo paulo post. Idem auctor de Hortis. *Solatium populo exturbato, & profugo Campum Martis, & monumenta Agrippæ: Hortos quin etiam suos Nero patefecit.* Non dubitem hos Neronis Hortos eosdem esse, qui Caij fuerant, & Agrippinæ matris Caij Seneca dixerat; cum fuerint prope Tiberium, & vtriusque Circus dicatur, Caij, & Neronis; nempe ab illo factus, an cæptus, ab isto perfectus. Quis enim neget, occiso sine hæredibus Caio, Hortos ad Agrippinam eius sororem, sororibus superstitem, Neronis matrem insigni gratia, potentiaque ab exilio reuocatam: tum in potestatem Neronis fuisse deuolutos? Tacitus: *Nero vitare secretos Agrippina congressus, abscedentem in Hortos, aut Tusculanum laudare.* P. Victor ita vitæ Hortos Domitij in Transiberina Regione. Sed hos cum Neronianis, vt arbitror, nemo miscuerit. Neque hi Agrippinæ fuere; quæ suos ad alteram Agrippinam, matrem suam referebat.

Lib. 36.
cap. 11.
Ann. l. 15.

Loc. cit.

Tac. Ann.
lib. 14.

Floruit sub Nerone SENECA, cuius & amœnos HORTOS ROMA celebrauit. Crimnabantur inuidi, teste Tacito, quod Hortorum amœnitate, & Villarum magnificentia quasi Principem supergrederetur. Et ille apud Neronem de his ita loquitur: *Tales Hortos instruit, & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatijs tam lato sænore exuberat.* De iisdem Iuuenalis.

Horti Senecæ.

Loc. cit.

Iuuen. Sa-
tira 10.

*Temporibus diris igitur, iussuque Neronis
Longinum, & magnos Seneca prædiuitis Hortos
Clausit, & egregias Lateranorum obsidet Aedes
Tota cohors*

Vbi fuerint, non facile assererem; diuersos enim fuisse à fundis, & agris suburbanis probabile est; inter quos fuit Nomentanus. Seneca idem

Sen. epist.
110.

Neronis successor GALBA Aurelia via HORTOS habuit: quæ prope Ædem nunc S. Pancratij mittebat in Hetruriam. Probabile est in ipso Ianiculo prope Templum B. Martyris, Hortos Galbæ fuisse. Suetonius: *Dispensator Argius Galbæ caput, & cæterum truncum in priuatis eius Hortis Aurelia via, sepultura dedit.* Tacitus: *Galbæ corpus dispensator Argius è prioribus seruis, humili sepultura in priuatis eius Hortis contexit.*

Horti Galbæ.

In Galba
cap. 30.
Li. 1. Hist.

Horti
Martialis.
Lib. 10.
Epig 58.
In alta (c.)
mita .

Domitiano Principe Poeta MARTIALIS HORTOS, & suburbana-
num coluit in Quirinali. Ipse sic ait.

*Hic mihi quando dies meus est, iactamur in alto
Vrbis, & in sterili vita labore perit.*

*Dura suburbani dum iugera pasimus agri,
Vicinosque tibi sancte Quirine Lares .*

Erat autem, vt supra diximus ad portam Collinam Aedes Quirini.

Lib. 10.
Ep. 93.

Idem; *Sed Nomentana securus germinat hortus*

Arbore, nec furem plumbea mala timent.

Nomentana quidem arbor est, quæ viret ad Nomentanam viam siue al-
tam semitam, cui, & Viminali portæ vicina erat suburbana Villa Martia-
lis. Alterius TVLLII, vel IVLII Martialis Hortos idem Poeta cele-
brat. quamquam aliqui omnino falsi, hoc eidem Poetæ attribuant. P. Vi-
ctor in Regione XI V. Transiberina numerat Domum, & Hortos Mar-
tialis; sed quis fuerit, Poeta nē, an alius non exponit. Alius certe habendu-
s est à Poeta, qui de Hortis sic scribit.

Lib. 4.
Ep. 64.

Iuli iugera pauca Martialis

Hortis Hesperidum beatiora,

Longo Ianiculi iugo recumbunt:

Hinc septem dominos videre montes,

Et totam licet aestimare Romam.

Illic Flaminia, Salariaque

Gestator patet —————

Hunc hodie locum Montem Marium nuncupant, valde apricum, & amœ-
num. De eodem suburbano idem lib. 7. Epigram. 16.

Horti Do-
mitiæ.
In Anton.
vita .

Memorantur etiam à scriptoribus HORTI DOMITIÆ. Vopiscus
de Aureliano, *Placebat ei in Hortis Salustianis vel in Domitia viuere.* Iu-
lius Capitolinus: *Adriano, inquit, apud Baias mortuo, Reliquias Antonini-
nus Romam peruexit, sancte ac reuerenter, atque in Hortis Domitiæ collo-
cauit.* Vbi postea & Antoninus Pius, & Aelius Verus, & Commodus cō-
diti sunt. Verum Adrianus nonne sepultus est in suo Mausoleo? Sic enim

In vita
Adriani.

*Dion: Sepultus est in ripa fluuij iuxta Pontem Aelium: illic enim sepul-
chrum conditum. iam enim Augusti monumētum repletum erat, nec quis-*

In vita
Adriani.

*quam amplius in eo sepeliebatur. De eodem sepulchro Spartianus: fecit,
inquit, Adrianus & sui nominis pontem, & sepulchrum iuxta Tiberim.*

In eadem
vita .

Quod si idem scripsit: *sepultus est Adrianus in Villa Ciceroniana Puteolis,*
ne pugnet cum alijs, id significare dicendus est, depositum ibi fuisse ca-

In vita
Antonini.

dauer Adriani, donec ab Antonino Pio Romam deferretur, & Mausoleo
conderetur, quod etiam idem, referente Capitolino, perfecit, ornavit-
que. Cæterum quæ de sepultura, & humatione Adriani dicuntur, vbi
Horti Domitiæ essent, demonstrant. Quia enim alter in Hortis Domitiæ:
alter ad Tiberim in suo sepulchro humatum refert; ostenditur, Hortos
ad Molem, & sepulchrum Adriani fuisse; eximia sane amœnitate insignes.
quod in delicijs fuerint Aureliano Imperatori, & ante illum Adriano;
qui ideo CIRCVM ibi fertur ædificasse, rudem illum quidem, nec la-
pidi-

pidibus, vel artificio commendatum, ut tradit Fulvius; restaturque cum Blondo in proximis vineis suo auro vestigia sedilium extitisse. Nec tamen idem Blondus audiendus, qui hunc Neronis Circū pronunciat, hic enim, ut ante dixi, ad Basilicam sancti Petri, ubi stabat Obeliscus, situs erat. De eo Onuphrius; *Septimus*, inquit, *Circus etiam trans Tiberim baud longe à Vaticano erat, scilicet extra portam Arcis sancti Angeli proximam Adriana Moli in Hortis Domitia Neronis Imperatoris amita vicinus*. Et paulo post; *Qua ratione facile conijcere possumus, Circum eum à Nerone, cuius Horti illi erant ex Domitia amita hereditate, inchoatum: ab Adriano vero cum Mausoleum suum vicinum ad ripam Tiberis conderet, aut perfectum, aut instauratum*. Ego, quoniam opinionibus agitur, sine testimonio veteris scriptoris, totum opus Adriano adscripserim; cum alterum Circum Caij, & Neronis nomine notatum Nero suis in Hortis perfecit, ibique frequenter aurigans ludos ediderit. De ijs enim Hortis ad Sanctum Petrum loquitur Suetonius: *Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sapius voluit: positoque in Hortis inter seruitia, & sordidam plebem rudimento, uniuersorum se oculis in Circo Maximo prauit*. Tacitus: *clausumque Valle Vaticana spatium, in quo equos Nero reget baud promiscuo spectaculo. Mox ultro vocari populus*. Hic ergo est Circus Neronis.

Fulu, lib. 4
Blond. l. 1.
De Circo
& Ludis
Circen.
cap. 23.

In vita
Neronis
cap. 22.
Lib. 14.
Annal.

Seueran.
initio lib.
de 7. Ec-
cles.
Tom. 1.
Ann. ann.
fal. 69.

Proc. li. 2.
initio.

Dubium est, an Nero præter Circum ibi etiam *Naumachiam* struxerit, quam quidam Ecclesiastici scriptores ad Templum, & Sepulchrum S. Petri posuerunt. Negat Cardin. Baronius. quod antiquorum nemo id à Nerone factum affirmet, & ille maritima spectacula, teste Dione, ediderit in Theatro. Quem ultro sequor. Qui vero aut vulgi sermone permoti, aut alia de causa Hortis Neronis *Naumachiam* apposuerunt, hanc pro Circo accepere vulgari appellatione: cum præsertim in Circo esset etiam Euripus pro naualibus ludis. Circi autem structi ad Molem Adriani meminit Procopius. Nam cum de pratis egisset quæ ipse Neroniana, vulgus nunc Prata nuncupat, à tergo Castris S. Angeli, subdit *στάδιον μάχη* *ἐν ταῦτα ἐκ παλαιῶ ἔστιν, ἧ δὴ οἱ τῆς πόλεως μονόμαχοι τὰ πρῶτον ἠγωνίζοντο*. *Stadium ibi ab antiquo est, in quo Romani singulari certamine depugnabant*. Verum hæ pugnae in Amphitheatris fieri solebant. Sed videtur Procopius *Monomachiam* pro quocunque certamine accepisse. Nam in Circo singuli & cursu, & cum feris pugnare, aut etiam plures consueuerunt.

Quod spectat ad *Domitiam*: duas quidem amitas *Domitia* nomine habuit Nero, sorores Cn. Domitij sui patris; sed alteram *Domitiam Lepidam* appellatam, quam Agrippina Neronis mater, auctore eodem Tacito ante excessum Claudij occidendam curauit. At *DOMITIAM*, cuius idem auctor meminit, Nero ipse iam Imperator perdidit, ac bona eius, inter quæ, & Hortos inuasit. Suetonius; *Iunxitque Nero parricidio Matris amita necem. Quam cum ex duritia alui cubantem visitaret: & illa traehans lanuginem eius, ut assolet iam grandis natu per blanditias sorte dixisset: simul hanc excepero, mori volo, conuersus ad proximos, con-*

Tac. Ann.
lib. 12.
Lib. 13.
Annal.
In vita
Neronis
cap. 34.

festim se positurum velut irridens ait praecepitque medicis, ut largius purgarent agram. Nam necdum defuncta bona inuasit, suppresso testamento, ne quid abscederet.

Horti alterius Domitiae. Praeter hos, DOMITIAE alterius HORTOS reperio. Nam Capitolinus in vita Marci: Marcus, ait, Antoninus natus est in monte Caelio in Hortis, & educatus est in eodem loco, in quo natus est, & in domo aui sui Veri iuxta Aedes Laterani. Et paulo post. Adoptatus ab Adriano, iussusque est priuata in Adriani domum migrare, inuitus de maternis Hortis recessit. At Marci mater, ut idem Capitolinus, vocata est Domitia Caluilla Caluisij Tullij secundum Consulis filia. Quae & Domitia Lucilla dicta est, eodem auctore, & Spartiano in vita Iulianij; vbi ait: *educatus est apud Domitiam Lucillam matrem Marci Imperatoris.* De iisdem Hortis Capitolinus: cum Omulus, inquit, *Lucillam matrem Marci in viridario venerantem simulacrum Apollinis vidisset.* Hi Horti quod in Caelio monte, iuxta Aedes Laterani fuisse dicuntur, non procul à Basilica Lateranensi fuere, & iisdem fortasse, qui postea Commodiani dicti sunt. Spartianus: *Hunc, inquit, in Commodianis Hortis in Porticu curua pictum de musiuo, inter Commodi amicissimos videmus.* Herodianus suburbani appellat, quo frequenter Commodus commigrasset. Dion, suburbani Quintilij ne putemus eos fuisse Commodi Hortos. Lampridius: *ipse, inquit, Commodus, ad Caelium montem in Vestilianas Aedes (alij Vestilianas) migravit, negans se in Palatio posse dormire.* Vbi deinde occisus est, ut constat ex Capitolino. Has Aedes adiunctas tioris Domitiae aui Commodi crediderim, eisdemque ab illo auctos, & ornatos, dictos fortasse Commodianos.

In vita Marci.

Horti Commodiani. Lib. 1. In vita Commodi.

Horti Getae.

Sed ut trans Tiberim redeam, in ea Regione, teste P. Victore, GETAE HORTI fuerunt. Hic Seueri Augusti filius à patre Regni successor aequali potestate cum Antonino Caracalla fratre constitutus, ab illo paulo post trucidatus est. Non est autem vero ab simile, Hortos Getae prope portam Septimianam ad Tiberim vbi hodie Farnesiani sunt, fuisse. Hanc enim portam Seuerus cum Iano proximo quadrato edificio condidit, & ut aliqui volunt Thermas, de quibus iam diximus. Caeterum ambigi potest, an hos Getae Hortos Seuerus ante possederit, & à patre filius accepit, an ipse sibi parauerit. Sic enim de Seuero Spartianus: *Proficiens ad Germanos exercitus, Hortos spatiosos comparauit, cum antea Aedes breuissimas Romae habuisset, & unum fundum.*

Horti Seueri. In eius vita.

Horti Helioabali. In eius vita.

Antonino Helioabalo HORTI fuere, qui SPEI VETERIS dicti sunt. Lampridius: *Ipse, inquit, secessit ad Hortos Spei Veteris, quasi contra nouum iuuenem vota concipiens.* Et paulo post: *Pars militum in Palatium, pars in Hortos, in quibus erat Varius, ire tendunt.* Et rursus: *Inde itum est in Hortos, vbi Varius inuenitur, certamen aurigandi parans.* Vbi vero fuerint Horti aliquot in locis indicat Frontinus. Partem, inquit, sui Aqua Claudia prius in Arcus, qui vocantur NERONIANI AD SPEM veterem transfert. Idem: *Relius vero ductus Anienis veteris secundum Spem veterem veniens intra portam Esquilinam in*

Lib. 1. de Aquaduc.

*altos riuos per Urbem ducitur. Ex quibus locis deducitur, Spem veterem ad portam Næviam nunc Maiorem fuisse, vbi incipiunt Arcus Neroniani, & transeuntes ab Esquilij in Cœlium Montem ad Templum S. Stephani terminantur. Tam vero quod spectat ad nomen, ab aliquo Spei antiquo delubro deriuatum est. Quod indicant allata supra Lampridij verba: *Secessit Heliogabalus ad Hortos Spei veteris contra novum hominem vota conspiciens.* Iusserat enim occidi consobrinum Alexandrū, ideoquē ad Spei delubrum contendit, quasi speraret factum iri quod iusserat, reique prosperum successum precaretur. A Templo autem ad Hortos se transtulit, vt aurigandi certamen instrueret. Fuere quidem & alia in Vrbe Spei Templa. Vnum prope portam Carmentalem supra statui cum Liuius. Sed P. Victor in Regione septima Viæ latæ Templum Spei novum statuit, sic forte appellatum, quod Spei veteris Aedes longe distita colebatur ad portam Næviam, vbi & Horti collocantur. At si Heliogabalus inibat aurigandi certamen, vbi Circus? Hic sanē nō longe aberat extra eandem nunc portam Maiorem. Fuluius: *Extat, inquit, Circus, extra portam Maiorem, iuxta viam Labicanam, & formā Aquæ Claudie post mœnia Urbis, & Cœnobium S. Crucis, cuius tantum extat forma, & parietum vestigia inter proximas vineas, vbi in medio adhuc in duas confractus partes iacet Obeliscus.* Hæc ille. Quidam hunc Circum ab Aureliano factum autumant. Instauratus fortasse ab illo est, ornatulque, si iam fuerat Principe Heliogabalo. Et Aureliani ætate mœnia ibi latiorum circuitum probabiliter amplectebantur; si tamen Circum, nunc extra positum, includebant.*

Aedes
Spei veteris.

Circus in
Hortis.
Spei veteris.
Fulu, lib. 4

Hortis Spei veteris propinqui fuerunt PALLANTIANI. de quibus Frontinus: *Finiuntur Arcus Claudia, & Anienis post Hortos Pallantianos, vnde in usum Urbis fistulis diducuntur.* P. Victor in Regione v. Esquilina, Plancianos, vel Plautanos nominat, quos tamen non remouerim à Pallantianis; mutantes scilicet subinde cum dominis nomen. Plautianus enim multum gratia, & opibus valuit sub Seuero. Nec minus Pallas Claudij libertus, eidemque à rationibus, quem incestis Agrippinæ nuptijs etiam peruertit; ideoque illo Principe ditissimus, & potens in aula, Neronis quoque imperio validus stetit: cum Agrippina aduersus Burrum, & Senecam moderatores Principis, habebat in partibus Pallantem, vt ait Tacitus. Quamquam ille tristi arrogancia modum, liberti egressus tædium sui mouerat. donec occisa matre Nero libertorum potissimos veneno, vt credebatur, sustulit: *Doryphorum quasi aduersatum nuptijs Poppea: Pallantem, quod immensam pecuniam longa senectia detineret.*

Horti Pallantiani.
Front. l. 2.

Herod. l. 3
Sueton. in
Claudio
cap. 28.

Tac. lib. 3.
Annal.

Habuit & suos HORTOS GALLIENVS Cæsar. Iulius Capitolinus: *cum, inquit, iret ad Hortos nominis sui, omnia Palatina officia sequebantur.* De loco non constat; constat tamen Gallieno Esquilinum collem carum summopere fuisse: ibique ei positum Arcum: eundemquē in eodem Colle admirabilē Colossum collocare voluisse. Quare eius Hortos inde abducere non possum.

Annal. l. 4
Horti Gallieni.

- Alij aliorum Horti. Non sum infcius alios aliorum Hortos memorari à scriptoribus Cn. **DOLABELLAE** à Suetonio: *Germanorum, inquit, cohortem, à Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisque experimentis fidelissimam dissoluit, quasi Cn. Dolabella, iuxta cuius Hortos tendebant, pro-niorem.* **ARGIANOS** in secunda Regione Viæ latæ: **ASINI ANOS** in duodecima Regione Piscinæ publicæ à P. Victore. Hi fortasse Asinij Pollionis fuerunt prope Thermas Antonianas, & Aventinum, ubi Atrium Libertatis instauratum Bibliotheca instruxerat. Horum Hortorum meminit & Frontinus: *Anio vetus peruenit in Regionem via Noua ad Hortos Asinianos, unde per illum tractum distribuitur.* Hæc autem via Neua illa non est, quæ, ut alias dixi, prope Palatium erat, & Forû; sed alia in Regione Piscinæ publicæ, in qua Caput via Noua itatut P. Victor. Spartianus: *Idem, inquit, Caracalla viam Nouã munuit, quæ est sub eius Thermis Antonianis scilicet, qua pulcherrimus inter Romanas plateas non facile quidquam inuenias.* **ANTONINI PII** à Iulio Capitolino: *In viridario, inquit, Antonini Taurus marmoreus cornibus ramis arbori accrescentibus suspensus est.* **ANTHERI** à Lampridio, Commodi æuo: *Anterum, inquit, e ductum à Palatio sacrorum causa, & redeuntem in Hortos suos per frumentarios occiderunt.* **TORQUATIANOS**, Et **EPAPHRODITIANOS** à Frontino. Torquatiani statuuntur ab Onuphrio in prima Regione portæ Capenæ, in qua & Terrentianos statuit. Epaphroditiani fuerunt Epaphroditi, qui Neroni à libellis auctore Suetonio, eiusdemq; libertus eodem auctore, ac Tacito, eum in fuga sequutus iuuic adigentem iugulo ferrum: qua de causa capitali pœna multo post à Domitiano dānatus est. Hortos **STATILII TAVRI** à Tacito sub Claudio Principe. *Agrippina, inquit, Statilium Taurū opibus illustrem Hortis eius inbiens peruertit. Proximos Naumachiz hortos à Suetonio in Tiberio, nempe Transiberinos. Hortos CÆSARIS ad Portam COLLINAM cum TVRRE à Iulio Obsequenti de Prodigijs: *Turris, inquit, Hortorum Caesaris ad portam Collinam de Cælo taeda.* Hortos **SCIPIONIS** à Cicerone, nempe antiquiores: Scapulæ: & Clodiæ ad Tiberim: trans quem M. Tullius parare sibi interdum cogitabat. Multorum in via Claudia, quæ iungebatur Flaminiz. Ouidius:*
- Nec qua pomiferis positos in Collibus Hortos
Spectat Flaminia Claudia iuncta via.*
- Vbi eiusdem Ouidij viridarium statuitur. Et alij inter legendum occurrent. Nos hic promissum Thermarum Alexandri, & aliorum nummos omisimus.





DE VRBE ROMA

LIBER QVARTVS.



Sacra Ædificia ante Constantinum. Cap. I.



ACTENVS Veteris, & superstitiosæ Urbis ædificia indifferēter exposui. Nunc religiosæ, Christianæque Romæ Tempia, & alia monimenta cōplectar: atque ad nostrum ævum sextam ædificandi ætatem perducam. Quamuis autem eam ab Gothica expugnatione Urbis sub Torila Rege inchoauerim; tamen paulo altius repetēdo ad Cæsarium Principatus reuertar, quibus Aedes Dei sanctorumque cultui dicatæ fieri cœperunt.

Lib. 1.
cap. 23.

Igitur integro plusquam seculo ante Constantinum Principe Seuero Transiberinam **BASILICAM VIRGINIS** Calistus I. dicitur ædificasse, vnde Fons Olei effluerat. Quamquam illa tempora feracia suppliciorum magis, quam ædificiorum, & Christianæ pietatis, quam pecuniæ eam loco amplitudinem dare non potuerunt, qua postea Templum stetit. Nec tamen censendum est, tunc omnia penitus abdita, & subterranea fuisse. Quod interdum remittentibus Tyrannorū furoribus, quies aliqua, & respirandi locus daretur pijs hominibus, ac rebus sacris. Et eam quidem Basilicam in domo aliqua erectam more Basilicarū, & Christianorum conuentibus celebrem, atque aperta fruētem luce crediderim potius, quam omnino reconditam ac latentem. Nam neque Commodus in nostros homines gladium strinxerat: eiusque pater Marcus in-

S. Damaf.
sive Anastasius in
eius vita.

Niceph.
lib. 7. c. 30

Idem lib. 7.
cap. 2.

Euseb. lib. 8.
cap. 21.

Cap. 3.

Ab Ana-
stasio in
vita.

Tom. 3.
ann. Chr.
17.

sesta Christianis edicta reuocauerat, & Septimius Seuerus maximis bellis distinebatur. Argumento etiam, quod ante Constantinum **AEDS SACRAE** videntur fuisse in Vrbe, vt in cæteris Prouincijs erectæ. Nicephorus enim cum victoriam de Maxentio reportatam, & triumphalem Constantini ingressum in Urbem enarrasset: *Adhuc, ait, in primis maturauit Ecclesias Dei restaurare, easque donarijs exornare.* Idem auctor tradit, antequam Diocletianus, & Maximianus in nostram fidem seuire cœpissent, propter potentiam virorum Christiani nominis, eorumque gratiam apud Cæsares, **AEDS SACRAS** vbique gentium fuisse excitatas. *Ostendunt, inquit, id quoque plurimorum millium hominum in oratorijs domibus cœtus, & conuentus habiti: qua oratoria cum propter angustiam, confluentem tantam multitudinem non caperent; cernere erat, ex paruis initijs, & fundamentis in angusta amplitudine, & magnitudine, admiranda in locis omnibus excitari, atque construi Tempia.* Idem exponens Eusebius ait: *Aus quomodo quisquam illustres hominum in Templis concursus poterit oratione explicare? Vnde cum in antiquis illis aedificijs non satis loci haberent, ampliores Ecclesia in vniuersis Urbibus, fundamentis earum ad maiorem laxitatem dilatatis exerunt. Et: omnibus in locis per Imperatoris litteras palam edictum fuit, vt tum deturbarentur Ecclesia, soloque equarentur, tum scriptura absumerentur igni.* Neque vero tanti boni expertus Roma esse debuit, vbi Pontifices Religionum sedem defixerant. Quare non solum in Cœmeterijs, locisque occultis pia Christianorum manus ædes ad conuentus habendos fabricata est; (idque de Fabiano Pontifice, quem Decius sustulit, refertur) sed etiam aperte ac publice. Cæcilia quidem virgo fortissima cum accepto vulnere properaret ad sponsum, triduanas tamen poposcisse inducias gloriabatur, vt domum suam, Alexandro Principe, Ecclesiam consecraret. Sic & Lucina religiosissima sœmina domum suam **B. MARCELLI** nomine dedicauit: quo Christiani interdum conuenirent, ac Deum precibus cantuque placarent. Aurelia via sub Aureliano Imperatore, **BASILICAM** condidisse scribitur S. Felix Pontifex, vbi & postea humatus est. Postremo grauissimi scriptores Philippos Cæsares Christiana fide imbutos agnoscunt: quorum pietas, & indulgentia multa religioni tuendæ conseruandæque; permittere potuit. At Card. Baronius cum fidei promulgatione Ecclesias cœpisse, earumque numerum, vt opus fuit, in dies magis magisque auctum affirmat. Ideo & Pudentis Senatoris S. Petri discipuli *domum in Ecclesiam* fuisse mutatam: & *Eutropia* matronæ *domum in titulum* ad sacra obeunda, & alias fuisse erectas: Euaristum V. à B. Petro Pontificem *Ecclesias diuississe Presbyterijs*: eosque temporibus Cornelij Papæ extitisse numero quadraginta sex. Optatum scripsisse, *quadraginta* in Vrbe fuisse ad Christianum usum *Basilicas* excitatas: Lucianum, quamuis Ethnicum scriptorem ferreas portas, ærea limina auratum fastigium domui sacræ assignasse. Alexandrum Imperatorem apud Lampridium locum publicum in quo Deus coleretur, Christianis adiudicasse. Aurelianum apud Vopiscum *Ecclesiam Christianorum* in litteris vsurpasse. Hæc aliaque apud eum leguntur.

Basi-

Basilicæ Constantini. Cap. II.

ANNO Imperij Constantini XI X. vt refert Card. Baronius, Basilicæ
 Urbis M L X X V I. cum Baptismo ante actæ vitæ crimina, sacre quæ
 optimus Imperator eluisset, qui antea, vel prisca ædificijs re- do condi-
 factis, & excultis, vel nouis ædificatis magnopere, vt di- tæ.
 ximus, Urbem exornauerat, nouam sacrorum Templorum molitio-
 nem adiecit, qua veterum operum pulcherrima, vel superauit, vel æ-
 quauit. Nam in parte sui Palatij Lateranensis BASILICAM SAL-
 VATORIS, & ei continentem S. Ioannis Baptista condidit. Nice-
 phorus de Constantino: *Et manibus ipse suis ligone accepto, in Palatio* Niceph.
suo quod Lateranense dicitur, primus terram fodere, & Ecclesia formam lib. 7. cap.
in nomen Domini nostri Iesu Christi describere cepit. Et paulo post: 34.
Templum in Palatio suum ostendit. Et rursus: Sicuti dictum est, in Im-
periali Palatio suo Templum construxit. Quod etiam in matutinis Ec-
clesiæ precibus solemniter recitamus die 9. Nouembris. Idem Basilic-
 cas SS. PETRI & PAULI ædificauit, vtrasque extra Urbem, in
 Vaticano, viaq; Ostiensi: S. CRVCIS in extremis Esquilij: S. LA-
 VRENTII extra portam Esquilinam, S. AGNETIS extra Vimi-
 nale, & alias, quæ præter locorum sanctitatem, amplitudine, ac ma-
 gnificencia in admiratione semper fuerunt. Hæ tum Basilicæ sunt appel-
 latæ. Sed iam antiquata cæterarum appellatione, solum quatuor pri-
 maria Urbis Tempia BASILICAE dicuntur, Lateranense, S. Petri,
 S. Pauli, S. Mariæ Maioris. Qua in re duo exponenda sunt: Alterum, cur
 Basilicæ dictæ fuerint: Alterum, cur solum illa quatuor Tempia nunc
 Basilicæ dicantur.

BASILICA quidem ante æuum Constantini pulcherrimum fuit æ-
 dificium columnis, & simulacris exornatum ad exercenda iudicia, & nego-
 tiatorum mercatorumque conuentus peragendos. Quod Vitruuius ad-
 dendum Foro præcepit in locis calidissimis, idest in Solem hibernum ob-
 uersis: ne eò conuenientibus molestiam afferret frigida tempestas. No-
 men autem ipsum βασιλική Regiam domum sonat. Ideo Isidorus: Ba-
 silica prius, inquit, vocabantur Regum habitacula, vnde & nomen ba-
 bent. Nunc autem ideo Basilica diuina Tempia nominantur, quia ibi Regi
 omnium Deo cultus, & sacrificia offeruntur. Cum eo alij auctores con-
 sentiunt, quos affert Baronius, subditque: *Hac licet vera sint; tamen,*
eiusmodi nomen vna cum re à Gentilibus ad Christianos deriuasse mihi
magis probatur. Nam Basilica illa Gentilium in Ecclesias Christianorum
aliquando commutabantur. Hanc vero causam, quamuis à tanto viro
 prolatam, quispiam tamen non satis esse censebit, cur Basilicæ nomen
 in Tempia transierit. Nam ne vertatur in controuersiam, an Basilicæ
 aliquando in Tempia conuersæ fuerint, idque verum, an probabile spon-
 te tribuatur; tamen non ideo prima illa Cōstantini Tempia videntur Ba-
 silicæ

Quid fue-
 rit Basili-
 ca Roma-
 nis.
 Vitruu. l. 5
 cap. 1.

In notis
 ad Marty
 rol. die 5.
 Augusti.

Basilicæ
 in sacras
 Aedes mu-
 tata.

filicæ nomen fuisse sortita. Sunt enim à Constantino extracta, antequam Ethnicorum Basilicæ sacras in Ædes commutarentur: & toto passim terrarum Orbe Ecclesiæ ædificatæ sunt vigentibus adhuc Gentilium superstitionibus, & immutatis Deorum Templis, intactisque opibus, quæ prius in ea congegnerant. vt ex S. Ambrosio docet idem Baronius. Multo magis intacta permanserunt alia ædificia publicis reipublicæ muneribus obeundis extracta. Præterea mos veteri illo Christianorum ævo intulit, vt ædes sacræ non minus apud Latinos, quam Græcos, Tempa, & Basilicæ dicerentur. Quod manifestum est legenti scriptores Ecclesiasticos, & Concilia, à quibus pronissime vsurpatur Ecclesia, Templum, Basilica. Et ipsa sacella dicta interdum Basilicæ. Vt Basilica S. Laurentij, ac Theodori Papæ quam Sancta Sanctorum appellarunt, in Palatio Lateranensi. Immo in eodem Patriarchio Aedes omnes Basilicæ nomine cenfebantur in quibus aliquid solemnium religionum, & Ecclesiasticarum cæremoniarum exercebatur.

Epist. 21.
Tom. 3.
ann. Dom.
324.

Cencius
Camera-
rius Ale-
mānus de
Parietinis
Lateran-
ens. c. 5.
Cur Tem-
pla dicun-
tur Basili-
cæ.

Prima ergo, & augustissima illa Constantini Tempa cur dicta sint potius, & frequentius Basilicæ, equidem, vt alios, tantos nempe scriptores, audiendos cenleo: ita causam nominis in formam ædificij refero. Tempa enim illa primatia, Lateranense, Vaticanum, S. Pauli, non dissimilia Basilicarum veterum fuerunt: immo eo prorsus modo ac partibus extracta, quibus Basilicæ extruebantur. Fuit enim Basilica ædificiū, quod duplici, aut quadruplici columnarum ordine medianam testudinem, simplici, vel duplici hinc, atque inde Porticu cingebat. Id loco citato Vitruuij docuit Daniel Barbarus. Fufius autem nobil s ædificandi magister Leo Baptista

Li. 7. c. 14.

Albertus: *Quo esset, inquit, Basilica quidem laxior, primarij t e Ædis nō sufficientibus circū addidere porticus patulas intrinsecus hinc atque hinc primū simplices, mox etiam duplices.* Curuabatur ædificiū in summo, vel pari, vel minore, quam semicirculi flexu: quod Tribunal dicebatur, ibi enim habebantur iudicia. Quamquam plura tribunalia maioribus Basilicis fuisse cō-

Quint. l. 12
cap 5.

stat. Quintilianus *Cum in Basilica Iulia diceret primo tribunalij, quatuor autem iudicia, et moris est, cogerentur.* Nec modo publicæ, sed priuatæ in

Vitruu. l. 6.
cap. 8.

ædibus Ciuium, Cæsarumque fuere Basilicæ. Vitruuius: *Habeant nobiliū domus Basilicas non dissimili modo, quam publicorum operum magnificentia comparatas, quod in domibus eorum sapius, & publica consilia, & priuata iudicia, arbitriaque conficiuntur.* Potiori iure in Palatijs Principum fuere. Plutarchus: *Hi vnam si in Domitiani domo videant Porticū,*

Plutarch.
in Poplic.

vel Basilicam, vel Balneum. Quod suo exemplo cæteros Reges docuit Rex sapientissimus, ac vetustissimus Salomon; cuius regias Ædes cum de-

Ant. Iud.
Lib. 8. c. 3.

scriberet Iosephus: *Erat, inquit, magna nimis Basilica & pulchra: hæcque innumera columnarum multitudine portabatur. Quam ad iudicia re-*

Basilica
Salomonis.

rumque cognitiones distribuit, et posset capere populi multitudinem ad iudicia venientem. Cuius longitudinis magnitudo erat cubitorum centum, latitudo vero quinquaginta: altitudinis autem triginta: columnasque quadrangulas omnes habebat, tegebaturque cedro, opere Corinthio, pbiatis aquilibus & scutulis mira arte calatis, et atque robusta, & varijs decoribus exor-

nata.

nata. Item alia erat Basilica in medio totius amplitudinis constituta, habens latitudinem cubitorum triginta, & contra Templum validis columnis extensum: eratque in ea solium valde decorum, in quo sedens Rex iudicia proferebat. Huic erat iuncta alia quoque Regina Basilica, & reliqua habitacula, & sedilia, ubi post causas explicitas residebant strata tabulis cedrinis. Hæc ille. Quis autem dubitet, an ibi fuerint Porticus duplices, ubi erat innumera multitudo columnarum?

Alteram Basilica.

Verum ut ædificij forma clarius ostendatur: fuit in longitudine ambulatione. Mediam Nauem in Templis hodie nuncupant, testudinem mediã seu medianam Vitruuius. Additæ hinc atque hinc simplices aut binæ Porticus aſarum instar: quibus qui ad agendum, & negotiandum conuenerant, spatiarentur. Tribunal in summo mediæ testudini respondebat. Hoc modo videlicet claudebantur minores Basilicæ, quibus & simplices tantum Porticus ad latera mediæ testudinis patebant. At quæ laxiores, & nobiliores erant Basilicæ binis hinc atque hinc porticibus mediã ambulationem cingebant: & in fine harum quinque porticuum transuersam ambulationem secundum tribunalia habuerunt. Vitruuius: *Sin autem locus erit amplior in longitudine, Chalcidica in extremis constituentur, uti sunt in Iulia Aquiliana.*

Basilicæ forma.

Chalcidica quid essent, ambiguum est. Nonnemo putat fuisse transuersas hæc ambulationes. Baptista Albertus, *Addidere, inquit, in super alij secundum tribunal transuersam alteram ambulationem, quam quidem Causidicam nuncupamus, quod illic Rbetorum turma, Causidicique versarentur.* At Danieli Barbaro Chalcidica pro Thermis aliquando sunt. Sed quid commune Thermis cum Basilica, & lotioni cum iudicio? aut quomodo Balneæ partem Fori ingrediuntur, cui hæc litigantium sedes adiungitur? Idem aliò diuertit: atque Chalcidica adijungi Basilicæ, cum tantum additur, ut respectu latitudinis minor debeat esse longitudo. Rursus ait, Chalcidica fuisse in Basilicis loca ampla, & ingentes aulas, more Chalcidensium ædificatas, in quas Magistratus conuenirent. postremisque duobus parum discrepat ab Alberto. Alij aiunt esse Chalcidica, quæ latitudinem in longitudine duplicarunt. Philander: *Ego vero, inquit, in ea sui aliquando sententia, ut existimarem fuisse ambulationes secundum tribunal transuersas, ubi Rbetores, & Causidici etiam versarentur, diuersas scilicet à Porticibus. Reperi postea apud Sextum Pompeium, Chalcidicum genus esse ædificij ab Vrbe Chalcide dictum.* Nec plane quid sentiat, postea clare exponit. Ego sic in Baptistæ Alberti sententiam discedo, ut putem alios huc non repugnantes adduci posse. Chalcidicū enim, quod addendum Basilicæ præcipit Vitruuius, est aliquid proprium ipsius amplioris pulchriorisque. Neque eo potest intelligi ædificium, quasi seiunctum à Basilica, ut pars illius non esset. Nec ipsum tribunal; hoc enim erat in omnibus etiam minoribus Basilicis. Non officina cudendæ pecuniæ, ut quibusdam est visum; quid enim hæc ad Basilicam rei iudiciariæ dedicatam? Neque etiam hic agitanda de nomine quæstio est: An quod præter Porticus addebatur Basilicæ, Chalcidicum solum, an etiam Causidic-

Et Chalcidica.

Sed dubiū quid fuerint.

Quid sint Chalcidica in Basilicis.

Chalcidica trāsuerse ambulationes.

Arn.lib.4. cōtra gentes.

Eutr.li.10 de Domitiano.

Templa habuerūt formam Basilicæ.

Cui inerat schema Crucis.

Tribunal Basilicæ caput, nunc Trituna.

sidicum sit appellandum. Rem enim querimus, nomina posthabemus. Itaque que mihi omnino videntur CHALCIDICA esse trāsuerse illæ ambulationes instar ingentium aularum. Sic autem dicebantur; vel quia perfectum exemplar extensæ eiusmodi Basilicæ ex Chalcide nobili Eubœæ Vrbe acceperint Romani, cum antea illas simpliciori opere ædificarent: vel quia quod trāsuersum patebat, summi esset, & inusitati ornatus, uti Chalcide fieri mos erat. Quod ostendit Arnobius à Philandro allatus: *Scribuntur Dij vestri in Triclinijs celestibus atque in Chalcidicis aureis cœnitare.* Chalcidicæ enim aureæ significant veluti cœnationes, & aulas auratis cameris, vel laquearibus, cæteroque cultu, & ornatu eximio splendide instructas, in quibus Dij epularentur. Meminit Dion Templi Mineruæ facti ab Augusto: *Quod, inquit, Chalcidicum vocatur.* Eutropius inter opera Domitiani numerat *Mineruam Chalcidicam.*

Iam in Basilicis cum pars, in qua excurrebant Porticus, præter columnas, parastatas, & signa in loculis parietum, alia fere ornamenta non haberet: pars altera longitudini obuersa, metallis, marmoribus, aliisque pretiosorum lapidum crustis, & operibus fulgebat; quod proxima tribunalibus primariæ nobilitatis viros, Centumuiros, Magistratus, Prætores, Consules, ipsumque Augustum, patronorum, & accusatorum multitudinem acciperet. *Et iunxere* (pergit Baptista Albertus) *hasce ambulationes inter se lineamento ducto ad T litteræ similitudinem.* Itaque Basilicæ ex ambulatione constat, atque Porticibus. Ex his forma Basilicæ nobilioris, ut Pompeiæ, Iulæ, Vlpie, & Constantinæ, quem fecit ante Baptismum, facile deprehenditur. Nam duabus eo pacto iunctis ambulationibus, additoque, instar capitis, tribunali: tum longitudini adiunctis duabus hinc atque inde Porticibus, Basilica describitur; in qua, iuxta Vitruvium, eius longitudo latitudinem, & duas tertias latitudinis partes comprehendit. Quæ sane ædificij descriptio formam continet Lateranensis Templi, Basilicæ veteris Vaticanæ, & Basilicæ S. Pauli.

Hoc modo, vere proprieque circumscripta Basilica non magnopere querendum videtur, cur prima illa Tempia Lateranense, S. Petri, Paulique à Constantino facta Basilicæ dicta sunt. Non enim alia forma ædificata sunt: & vera germanaque structura fuere Basilicæ, nec modo Christiani, sed etiam Ethnici cum sacras illas ædes videbant, Basilicas sibi videre videbantur. Cur autem hæc potissimum ædificij forma S. Syluestro Pontifici Maximo, & Constantino Pio Augusto placuerit, causa in promptu est: quoniam scilicet illi inerat figura CRVCIS, ut ex se patet: cui Christianæ Religionis Vexillo per Cælum viso, & ad militaria signa traducto Constantinus acceptas victorias referebat: Pontifex autem eius maiestati sacrari Aedes volebat. Et nos trāsuersam illam ambulationem in Templis Crucem nuncupamus. Antiqua vero Tempia superstitioni dicata, etsi variam in speciem extruebantur, huic tamen schemati Crucis dissimilia erant. Quare hac etiam de causa nouam illam sacrarum ædium structuram probauerunt, ut non nihil different ab ædibus Gentilium. Et vero *Tribunalis*, nomen adhuc à Romanis retinetur, qui sinuatâ Templi Apud

dem

dem deriuata voce (quod etiam Philander adnotauit) TRIBVNAM vocant . Quamquam & antiquitus ab iisdem Basilicis, iudiciorumque sedibus translatum fuerat Tribunalis nomen ad Apfidem Templorum. Vitruuius: *Qua sine cella (Aedes) fiunt, tribunal habent, & ascensum ex sua diametri tertia parte*. Et Prudentius in descriptione sacri Tempit.

*Fronte sub aduersa gradibus sublime tribunal
Tollitur, Antistes predicat unde Deum.*

In hymno
S Hippo-
lyti.

Extruxit idem Constantinus Basilicas simplici Porticu: uti S. Laurentij, & S. Agnetis videmus. In quibus illud peculiare est; quod Porticus etiam superiores habent, minoribus communis effultas. Praecipit autem Vitruuius superiores etiam Porticus apponi Basilicis cum pluteis, id est interseptis, & interstructa aliqua parte parietis inter utramque Porticu, ut supra contignationem ambulantes ab negociatoribus deorsum ne conspicerentur.

Ceterum a primis illis & augustalibus Basilicis deinceps emanauit, ut omnia Tempia a Christianis dicerentur etiam Basilicae. Aedes autem Lateranensis praeter Basilicae partes hoc etiam habuit, quod in Palatio Imperatoris extructa est; cum Aedibus Principu, ut dicebatur, adderentur Basilicae.

Sed cur iam quatuor tantum primaria Urbis Tempia dicuntur Basilicae? Credibile est propter eorum dignitatem, maiestatemque factum esse, ut nomen quod initio commune cum ceteris Aedibus sacris habuerunt, iam sola retineant, quae sola ceteris religione ac sanctitate praecellent. Accedit, quod antiquissima in testimonium Christianae fidei, auspiciata tantorum operum mentione extiterunt. Quamquam Liberiana Virginis Magnae Basilica sub Constantio extructa non multo post fuerit. Sed Reginae praesidis sublimitas, loci veneratio, cultus Pontificum, Principu ac populorum quod temporis defuit, abunde compensauit. Haec de Basilicarum appellatione.

Quod spectat ad illarum ornatum, tanto Columnarum, marmoru tanta spatij laxitate tanta auri, argenti, gemmarum, & sacrae supellectilis copia conditas ab se instruxit, locupletauitque Constantinus, ut opes in Templis Ethnicorum repositas vincere voluerit. Quare eorum scriptores, referente Baronio, largientis liberalitatem atque imposita vectigalia crimnantur. Apud quem, Anastasium, & alios qui de septem Templis Urbis scripserunt eorum magnificentia, & oblata munera videri possunt.

Sacra Urbis Aedificia vsque ad Totilam Regem. Cap. III.

POST conditas a Constantino insignes illas Basilicas, Iulius Papa Constantio iam Principe, duas extruxit: *Alteram, Romae iuxta Forum: alteram via Flaminia*. Ambigi potest, an quae deinde Basilica IVLII, seu IVLIAE dicta est, sit ea, quam Iulius aedificauit iuxta Forum Romanum; quod Platina adiecit. Nam Anastasius de

Damasus,
sive Ana-
stasius, ut
alijs placet.

Boni-

Basilica
Iulij, quæ
& Iuliæ.

Bonifacio I. scribit: *ordinatus est in Basilica Iulij: Iulij*, apud Platinam. Quam deinde, vt idem ait Anastasius, Celestinus Bonifacij successor dedicauit, ditauitq; donis argenteis. Idem in vita Siluerij Papæ: *In Basilica*, inquit, *Iulij dederunt* (Vitigi Gothorum Regi capto à Belifario) *sacramentum de incolumitate, vt perduceretur saluus ad Iustinianum*. Idem in vita Paschalis I. refert, in eius comitijs orta populi dissensione, alios fauisse Theodoro Presbytero, alios Paschalem creasse: & cū Theodorus interiora Patriarchij teneret: *Paschalis*, inquit, *exteriorem partem tenuit, & Basilicam domus Iuliæ, quæ super campum respicit*. Idem in vita Vitaliani Pontificis scribit, Constantinum, an Constantium, Imperatorem Romam venisse, summa gratulatione ab omnibus exceptum ordinibus; tum *venit*, inquit, *Imperator ad Lateranas, & lauit se, & ibidem pranzit in Basilica Iulij*. Sic apud S. Gregorium scribitur. *Venit autem icona supra scriptorum Foca, & Leontia Augustorum Romam VII. Kal. Maij, & acclamatum est eis in Lateranis in Basilica Iulij ab omni Clero, vel Senatu*. Quibus locis Basilica Iulij insigne aliquod Conclauæ, & Aula est Patriarchij Lateranensis. Nam si Basilica pro sacello accipitur, quomodo in eo cœnasse dicitur Imperator? Quæ etiam ideo domus Iuliæ dicta est, quod cum Basilica Iulius conditor eam Palatij partem vel instaurauit, vel condidit. Sic domus Tiberiana à Tiberio Cæsare condita in Palatio Augustorum. Sic hodie in Aedibus Pontificijs singulæ fere partes seruant conditorum nomina. In eodem autem Patriarchio, vt supra dicebam, Cœnatio Leoniana, & alia quædam præcipue Conclauia Basilicæ dicebantur. Quod autem dicitur Basilicam Iuliæ *respicere in Campum* interpretari non possum; nisi *Campus* forte Platea sit ante Basilicam Lateranensem; aut aliqua alia planicies propinqua Patriarchio. Cæterum cum hæc Basilica Iulij fuerit in Laterano: & duas memorare videatur Anastasius; alia IULII Basilica extructa *iuxta Forum* (quod Platinæ placuit) *Romanum*, collocanda erit. In qua fortasse Vitigi incolumitatis promissio data est. Sed hæc num eadem cum illa haberi debet, quam, creato in ea Bonifacio, Cælestinus successor dedicauit? Verū aliquis non improbabiler dixerit, Basilicam à Cælestino dedicatam, antiquam Iuliam fuisse ab Augusto conditam, & ab illo Pontifice cōmutatam in Templum. Quo loco nondum dedicato est inauguratus Bonifacius; quia Eulalius, quem populus euehebat, Constantinianam Basilicā, & Palatium Pontificium occupauerat. Hæc dubitando quisque poterit conijcere, non autem serio affirmare.

Lib. II.
Ep. C. I.

Basilicæ
late accep-
tum no-
men.

Alter a Ba-
silica Iulij.

Basilica
S. Mariæ
Maioris.

Duæ Basi-
licæ Da-
massi.

Eodem Constantio Constantini filio Imperatore insigni æstiuarum niuium miraculo Regina Virgo sedem in Esquilijs designauit, in qua Ioannes Patricius BASILICAM illi conderet, Liberius Pontifex consecraret, Sixtus III. deinde augetet, ornaretque, & Pontificum deinceps munificentia, Ciuium, ac Principum liberalitas efferret in eam, quæ modo spectamus, amplitudinem. Damasus, qui tertius à Liberio Pontificatum gessit, duo Tempia condidit: alterum S. LAURENTIO ad Theatrum Pompeij, eximijs donis instructum, quod hodieque S. Laurentij

tij in Damaso nuncupatur: alterum via Ardeatina, in quo sepultus est. Tum vero quanto cultu, auroque Tempia fulgerent, ostendit S. Hieronymus in epitaphio Fabiolæ: *Sonabant, inquit, Psalmi, & aurata tecta Templorum reboans in sublime quatiebat alleluia.* Tertius item à Damaso Anastasius Gratiano rerum potente, Sacram AEDEM in Regione secunda Cœlij montis ædificauit, quæ Crescentiana dicta est. Tum Anastasij successor Innocentius Principe Theodosio titulo Vestinæ Templū SS. Geruasij, & Protasij (quæ postea S. VITALIS) in valle Quirinali dedicauit: ex testamento eius piæ fœminæ venditis gemmis, lautaque suppellectili, & in Templi ornatum attributis muneribus, annuisque cœsibus.

Anastasi-
us in vi-
tæ.

Templum
S. Vitalis.

Eodem Theodosio, & Valentiniano II. Augustis, Valentinianus idem ad Salustium Præfatum Urbis litteras dedit, vt Basilica S. PAULI latior, & magnificentior fieret. Eius porro consilij causa fuit; quòd eodem in loco à Constantino Magno condita redigebatur in angustias à via Ostiensi, quæ dorso Templi adiacens modicum inter ipsam, & Tiberim spatium relinquebat occupatum à Templo. Quare iussit Cæsar, vt latius longiusque aucta Basilica viam ipsam complecteretur: ideoque noua Ostiensis via sterneretur multo remotior à Tiberi. Id opus tunc destinatis sumptibus inchoatum, postea sub Honorio absolutum est. Et tunc fortasse Porticus à porta Urbis ad Templum est perducta; cuius supra auctore Procopio mentionem fecimus.

Baronius
to. 3. Ann.
Domini
386.

Templum
S. Pauli
amplius
factum.

Sub eodem Honorio Secretarium Senatus prope Forum Romanum restructum est. Id monet inscriptio apud Gruterum, Romæ iterum detecta, dum inuento corpore S. Martinæ nouum Templum inibi excitatur.

Secreta-
rium Se-
natus.

SALVIS. DD. NN. HONORIO. ET. THEODOSIO. VICTORIOSISSIMIS. PRINCIPIBUS. SECRETARIUM. AMPLISSIMI. SENATVS. QVOD. VIR. INLVSTRIS. FLAVIANVS INSTITVERAT. ET. FATALIS. IGNIS. ABSVMPSIT. FLAVIVS. ANNIVS. EVCHARIVS. EPIPHANIVS. V. C. PRAEF. VICE. SACRA. IVD. REPARAVIT. ET. AD. PRISTINAM FACIEM. REDVXIT.

At quid est Secretarium? Varie enim ea vox vsurpatur. Quod si iura consulas, & Iureconsultos, pro loco in quo Iudices causas cognoscunt iusque reddunt, acceptam videbis. Sic l. vlt. Cod. vbi Senat. vel Clariss. *Qui in crimen vocatus fuerit, sedendi quoque in aliqua Secretarij parte, qua Iudicibus inferior, altercantibus superior esse videatur.* Et paulo post. *Sedendi, cum celebratur cognitio, in Secretarijs iudicantium ius consequatur.* l. 5. Cod. de Præp. labor. l. 3. Cod. de off. diuert. iud. l. 5. Cod. Theod. de Prox. com. disposit. Idemque eodem Cod. alibi significari admonuit Alciatus, lib. 2. Parer. cap. 26. aliæque apud Brissonium leges. Qui & docet, esse Secretarium Iudicum, vt Consistorium Principis. Quod & Iulius Bulergerius asseruit. Et Card. Baronius post allatam Constantini Sanctionem, in qua præter cætera præcipit: *Non sit venale Iudicis velum, non ingressus redempti, non infame licitationibus Secretarium;* ait. *Locum fuisse*

Quid sit
Secreta-
rium.

Briff. de
Verb. si-
gn. lib. 17.
Buleng. de
Imper.
Roman.
lib. 3. c. 9.
Baron. an
no 332.

fuisse ubi Iudices causas audirent, & cognoscerent cum ex pluribus legibus, tum etiam ex Actis Martyrum recitatis perspicuum redditur. At Iacobus Gretsero in Georgium Codinum placet: *ὁ ἐκπέτρῳ*, quod quidem

De off.
Constant.
Eccl. &
Aulæ l. 2.
cap. 5.
Loc. cit.

non differt à Secretario, significari *tam locum ubi Senatus cogitur, quam ipsum cœtum, vel Concilium Senatorum*. Consentitque Bulengerius, qui tradit, Secretarij significatione comprehendi principum virorum Consilia, & cœtus: Conclauia etiam, in quibus illa seorsim habentur. Locum tamen potiori iure Secretarium notat.

Secretaria quæ fuerit Ecclesiasticis.
S. Paul. epist. 12.

Nec vna item est Ecclesiastici Secretarij significatio. S. Paulinus duas interiores Cellas hinc atque hinc ad Apfidem Basilicæ positas Secretaria appellauit; quarum altera sacrum instrumentum ac vestes ad sacrificium: altera sacros Codices ad lectionem serualet. Prior e significatione præcipitur Dist. 24. Can. *Non liceat cuiuslibet ministeria tangere, nisi Subdiacono, aut Acolyto in Secretario*. Ibi enim Glossa: *Secretarium dicitur locus, in quo sacra vasa ponuntur*. Aliud intelliges eadem dist. Can. *Non oportet Subdiaconos licentiam habere in Sacrarium, siue Secretarium ingredi, quod Græci Diaconium appellant, & contingere vasa Dominica*. Glossa vero: *Sacrarium, idest Altare*. De qua interpretatione alij videant.

Tom. 6.
Ann. sal.
451.

Cardin. Baronius cum Canonis verba attulisset, agens de Concilio Chalcidonensi, quod ex Liberato Diacono actum scribit in Secretario; quoniam Patres in eodem Concilio cõsedisse dicuntur *ante cancellos SS. Altaris*, vt ibi Secretarium constituat, ait: *Meminisse debes (quod & in antiquis Basilicis cernitur) inter Ecclesia gremium, & Apfidem, ubi sedes Episcopi locari solebat, esse Sanctuarium collocatum, quod quidem Altare erat primarium in medio situm, vndique circumcirca cancellis septum*.

Ara primaria cancellis septa Secretarium.

Tum pergit: *Ante igitur Altaris cancellos Apfidem respicientes, apparet congregatum fuisse Concilium, totumque occupasse locum, qui interiacet inter cancellos, & Apfidem*. Quare hoc illi Secretarium est. Verum Altare circumcirca cancellis munitum Secretariũ erat Subdiaconis à Canone interdictum. Sed quia septum, cui subsellia Patrum nitebantur, ipsum quoque Altare, & Secretarium complectebatur; ideo locum extra Concilij tempus, omnibus patentem, Secretarium grauis auctor appellat.

In lib. de
7. Eccl.

Porro primariæ Basilicæ aliud in ima eius parte Secretarium erat, in quo vestibus sacris induebatur Pontifex, tum egressus in Porticum, Templum intrabam ad rem diuinam peragendam. Prope hoc Secretarium inter Breuarij preces, humatum dicimus S. Gregorij corpus: & Lateranensi Basilicæ eodem in loco appositũ narrat Ioannes Seueranus. Quare cum legimus in Lateranensi Concilio iussu Martini I. in eadem Basilica habito: *Suggero Beatitudini Vestre, quoniam præ foribus venerabilis Secreti Vestri adstant*: rectius fortasse hoc Secretarium, aut simile Sacellum muris foribusque munitum, quàm locum aliquem in medio Templo, tametsi tabulatis obseptum intelligere possumus. Neque vero in solis hiscæ Ecclesiarum Secretarijs habita Concilia sunt; sed etiam alijs. Sic, prima Synodus Constantinopolitana habita est in *Secretario Episcopij*: Quinta in *Secretario*, nulla Templi facta mentione: Sexta in *Secretario*

rio Sacri Palatij, quod Trullum dicebant. Vt alia taceamus.

Iam ad statuendum de Secretario Senatûs locum non habent Ecclesiastica Secretaria. Ex his vero, quæ de alijs dicta sunt, inferitur, id vsurpari pro Curia posse, in qua haberetur Senatus: seu tamquam pro iudiciali Patrum Auditorio, cum frequenter in Senatu de capite fortunisque Ciuium decerneretur. Quoniam vero Bulengerius docet, Constantino- poli fuisse *Secretum Priuatarum* ad seruanda instrumenta Urbis, & rerum Ciuilium iura: *Secretum Publicarum* ad condenda secreta publica Imperij; Secretarium Senatûs pro secreto etiam Archiuo, & Tabulario. In quo Senatus Consulta ponerentur, haberi posset. Sed vt Secretarium Curia potius fuisse credatur, vsitata primum significatione persuadetur. Deinde Senatus in varia Deorum Tempa cogi antea solebat. Quem morem iidem iam desertis, & squalentibus aboleuerant in Vrbe recepta Christiana sacra. Nam etsi veram fidem Patres non omnes profitebantur; credibile tamen est, Christianos in Deorum Tempa conuenire non iuisse: aut etiam in veterem Curiam, in qua Aram Victoriæ, atque Ethnicos ab ingressu sacrificantes viderent. Ideoque Flavianum nouam habendo Senatûi Curiam instituisse. Eam porro igne absumptam, & hunc fatalem dici, quoniam ab Gothis, qui Rege Alarico, Honorij Principatus anno XVI. Theodosij III. Romam cœperant, videatur illatus. Quam illi prædam, quam ruinam maluerunt.

Addendum est, quod aliqua nititur coniectura: nempe Theodoricum Gothorum, & Italiæ Regem (*qui Romam venit, Senatûm suum mira affabilitate tractans*, vt ait Cassiodorus) octuaginta circiter post annos eodem in loco ædificasse. Quia forsitan Secretarium post instaurationem, capta à Genferico Roma, tot cæsis mutatisque Principibus, ferro aut igne labefactatum occasionem dederat ædificandi. Tegulæ quidem magnitudinis eximie ibidem inuentæ, mihiq; spectatæ sunt: quibus inscriptum est, REGNANTE DN THEODERICO FOELIX ROMA. Quamquam hæc aliunde asportari potuerunt. De eo autem Cassiodorus: *Magnis eius operibus antiqua miracula superantur*. Postremo, Antiquarij Templum Martis ibi posuere, versus postea in Ædem S. Martini. Quod probabilius dicerent, si conditorem, & causam tempusq; fundandi afferrent.

Iam vero Sixtus Pontifex, qui Valentiniano III. regnante decessit, præter Basilicam S. LAVRENTIO excitatam, ædificatâ fere de integro LIBERIANAM, sacris Aedibus, quâ extructis, quâ instructis ornatisque insignis fuit. Quo etiam Pontifice, vt tradit Anastasius (sed vt ex veteri inscriptione refert Platina) Cœlestino I. Petrus Episcopus gente Illyricus S. SABINÆ Templum in Auentino erexit. Porro eiusdem Valentiniani vxor Eudoxia cû missa sibi Hierosolymis à matre Eudocia ferrea B. Petri Vincula accepisset, eaque Pontifici Romano Leoni tradita cum ferrea item catena, quam Romæ idem Apostolus tulerat, insigni miraculo iungi vidisset; magnum in Esquilij Templum columnarum multitudine, excelssitate, & amplitudine præclarum, appellatione S. PETRI AD VINCULA tituloque EVDOXIÆ, condidit. In eo præter recondita

Secretarij Senatûs non vna significatio.

Loc. cit.

Secretarium pro Curia habendum.

Cassiod. in Chronico.

Sixtus Pont. Basilicam Libertianam auget.

Templum S. Petri ad Vincula.

Ann. 680.
Paulus
Diacon.
lib. 6. c. 5.
Bar. tom.
8. an. 680.
Anastaf.
in vita A-
gatho.
Leo I. Pō-
tif. reficit
sacras Æ-
des aut
erigit.
Ex eodē
auctore.
S. Hilari
monumē-
ta.

Simplicij
Pontificis
Basilicæ
quatuor.
Idem A-
nastafius.

Agapiti,
& Gelasij
PP. fabri-
ca.
Symma-
chus PP.
ædificat,
& resti-
tuit.

De his A-
nastafius.

sacra Vincula, Sanctorum reliquias, aliaque religionis argumenta, Sancti Sebastiani musuo expressa, non vt vulgò, iuuenilem, at senilem in specie conformata effigies visitur: quæ Agathone Pontifice ab horribili peste tres iam menses Urbem depopulante liberavit: cognito ante diuinitus, fore vt pestis conquiesceret, si Sancto Martyri altare constituissent. Eandem imaginem, nuper grassantis in Italiæ pestilentia metu, Senatus Populusque Romanus nouo cultu, ac religione, argenteo insuper calice, ac cereis quatuor oblati, atque ex voto deinceps in singulos annos offerendis, non sine præsentis ope, Urbano VIII. Pontifice veneratus est. Idem Leo Pontifex pijssimam sceminam Demetriadem impulit, vt via Latina B. STEPHANO Templum ædificaret. Ipse in honorè B. CORNELII Aedem via Appia ad Cœmeterium Callixti erexit. Tempa collabentia (referente Platina) restituit: sacrorum vasa comminuta, aut ablata vel denuo renouauit, vel ex integro, quoad fieri potuit, restituit. Cameras præterea tres condidit in tribus Basilicis Ioannis, Petri, ac Pauli.

At S. Hilarus S. Leonis successor Nymphœum, & Triporticum, idest fontem, & triplicem porticum ad Baptisterium Constantinianum ædificauit, & inibi sacella auro gemmisq; distincta S. Ioannis Baptistæ, S. Ioannis Euangelistæ, S. Crucis. Adhæc Balneum, inquit Anastafius, Prætorium, Bibliothecas duas in Laterano, Monasterium ad Lunam. Qui locus vbi in Vrbe fuerit, non facile diuinarim. Hilari successor Simplicius, bellante primum aduersus Odoacrem, tum Italiæ Regnum obtinente Theodorico, quatuor in Vrbe Tempa excitauit: S. STEPHANI in Cœlio monte, quod à forma Rotundum appellant; in quo postea Theodorus Pontifex corpora SS. Primi, ac Feliciani reposuit: S. ANDREAE in Esquilij iuxta Basilicam Liberianam, intra ambitum nunc Xenodochij S. Antonij: S. STEPHANI iuxta S. Laurentium, S. BIBIANAE ad Palatium Licinianum.

At Felix III. qui ab Odoacre ad Theodoricum vsque Ecclesiæ præfuit, Aedem S. AGAPITI iuxta S. Laurentium struxit. A Gelasio successore, cum tres extra Urbem, Tibure, via Labicana, & Laurentina dedicauerit, nihil intra Urbem factum reperimus. Symmachus ab illo Pontifex, Theodorico Urbis ædificia murosque reficiente, S. SYLVESTRI, & MARTINI ad Thermas Traianas in Esquilij; S. AGATHAE, & PANCRATII Basilicas via Aurelia ædificauit, SS. AGNETIS, ac FOELICITATIS restituit: Ad Aedes S. Petri, Pauli, Laurentij constituit pauperibus domos: via Tiburtina S. Petro Templum dedicauit: Vaticanam eiusdem Apostoli Basilicam quadriporticu, marmoribus, musuis, alijsq; operibus instructam, nouis oratorijs ac sacellis auctam, præsertim insigni S. Thomæ trecentarum argenti librarum decorauit: iuxta Templum S. Andreæ, gradus ante fores Basilicæ veteres ampliauit: nouos addidit: alia alijs Templis donauit. Quo tempore Theodoricus Rex, & Imperatores Orientis eandem Basilicam eximijs muneribus large ditauerunt. Fœlix IV. Theodato Italiæ Rege SS. Cosma, & Damiani Basilicam, mutata veteri Aede Romuli, in Sacra via consecrauit. Idem S. Saturnini

Tem-

Templum via Salaria incendio consumptum restituit. Cum postea Gothico bello afflicta Roma diu cruentam obsidionem tolerasset: Belisarius liberata Vrbe, ac recuperata Italia, mox Africa subacta triumphator, auream CRUCEM centum pondo distinctam gemmis, aliaque Basilicæ B. Petri dono misit. Duo in Vrbe XENODOCHIA vnum via Lata, alterum Flaminia excitauit. Quæ sane pauperum alendorum, seu curandorum hospitia, si domos emeritorum militum, aut peregre aduenientium demas, (quæ castra dixere) piæ sanctæque Charitatis expers antiquitas egenis Ciuibus parasse non legitur. Hæc antequam Totila Urbem obsideret, expugnaretque peracta sunt.

Dona Belisarii S. Petro oblata.

Anastasio, & eo Platina.

Ædificia post resectam Urbem à Belisario erecta. Cap. IV.

SEQVVA dein exitialis Urbis expugnatio, atque excidium Gothicum. Sed cum Barbarus victor obruta fere ruinis, & vacua Ciuibus Vrbe aliquando erupisset, multi qui vicinos ad montes saltusque confugerant, aut exteris in Ciuitates se receperant, rursus permoti Charitate patriæ, Romam redire: reuocati etiam à Belisario liberatiq; Tyranni metu; cum mœnia subitario, & militari opere resecta, quæ deinde laterculo, cæmentisq; firmiter compacta sunt. Domus præterea passim instaurari, aut ædificari cœptæ. Inque eam rem multum opere Narses patricius contulit, qui post Belisarium in Italiam missus, Gothis Herulisque sublati diu in Vrbe mansit, in eaque finem viuendi fecit. De eo Paulus Diaconus: *Erat, inquit, vir piissimus in Religione Catholicus, in pauperes munificus, in reparandis Basilicis multum studiosus.* Procopius: *Narses exercitus partem Cumas obsessum misit. Ipse vero Romam instaurandi, ornandiq; banc causa mansit.* Quo tempore, Ioannes Papa III. referente Anastasio, habitauit in Cæmeterio Tiburtij, & Valeriani, alijq; Pontifices alia tenuisse Cæmeteria, alij vero passim Cæmeteria martyrum ædificasse, atque excoluisse dicuntur. Quare spectabiles hæ fabricæ fuerunt non modo ad cultum Sanctorum, sed ipsorum etiam Pontificum habitationem. Per idem tempus nouam Basilicam S. LAURENTII ad Corpus martyris Pelagius II. extruxit, veterique adiecit, hodieque vtrasque coniunctas cernimus. Sepulchrum ipsum tabulis argenteis conuestiuit: in paterna domo senum ac pauperum Xenodochiū condidit. Idem SS. Philippi, & Iacobi celebrem Basilicam inchoauit, quam Ioannes III. eiusdem successor absoluit.

De gest. Longob. l. 2. cap. 3.

Lib. 3. Belio Goth.

At S. Gregorius *exornatis, (verba Platinae sunt) quibuscumque rebus potuit, Basilicis Romanis, dedicataque Gothorum Ecclesia, que in Suburra est, Agatha martyris nomine Flauij Ricimerij viri Consularis opus (ut litteræ eius indicant) paternam domum in Clivo Scauri positam non longe à Circo Maximo in Monasterium redegit. Quo in loco, & hospites continuo accipiebat, & pauperes undique confluentes cibo, & potu in*

S. Gregorius restituit.

Baronius
renouat
memoriã
S. Grego-
rij.

vita retinebat. Huius rei locique memoria Cæsaris Cardinalis Baronij singulari rerum Ecclesiasticarũ studio, ac veneratione nonnullis ab hinc annis renouata est: qui & TRICLINIVM posito inibi S. Pontificis simulacro, mensaque è marmore, ac reliqua circum religiose excoluit. At Flauium Ricimerem non struxisse, sed ornasse Templum S. Agathæ vetustestabatur inscriptio.

*Fl. Ricimer V. I. Magister vtriusque militia, Patricius & Exconsul
Ord. pro voto suo adornauit.*

Pantheon
consecra-
tum,

Quartus à Gregorio Bonifacius, huius nominis item Quartus, PAN-
THEON exacta veteris superstitionis fœditate, Magnæ Virgini, Sanctis-
que Martyribus consecrauit, paternam domum in Cœnobium conuertit.
Honorius I. à Bonifacio Quartus Basilicam B. PETRI æneis tegulis è
Templo Romæ (Anastasium enim libentius, quam Platinam audio, qui
eas Capitolino Ioui ascripsit) sublatis magnificè contexit. Aedes, S. A-
GNETIS via Nomentana, inscripto carmine: S. PANCRATII Au-
relia via restituit. Basilicas, S. APOLLINARIS in Vaticano: SS. QVA-
TVOR CORONATORVM in monte Cœlio: S. LVCIÆ in cliuo Su-
burrano: S. ADRIANI in tribus foris: S. ANASTASII ad aquas Sal-
nias: S. CYRIACI via Ostiensi, aliaque in Vrbe, atque extra Urbem
magnifice extruxit, ornauitque, quædam amplissimis muneribus donauit.

Ann. salut.
626.

Porro Aedem SS. VENANTII, & ANASTASII iuxta fontem Late-
ranensem ædificauit deinde Ioannes IV. S. VALENTINI via Flaminia
Theodorus I. Adeodatus item I. S. Petri via Portuensi instauratam dedi-
cauit: Cœnobium S. ERASMI in Cœlio monte, in quo ipse Monachus
diu vixerat, ædificijs, redditibusque ampliavit. Donus Adeodati suc-
cessor Quadriporticum ante Templum S. Petri, quam fere totam recens
porticus, & Basilicæ frons occupauit, magnis strauit marmoribus: Aedes
Apostolorum via Ostiensi: S. Euphemie via Appia instauratas dedicauit.

Quadri-
porticus
ante Tem-
plum S.
Petri.

Tertius à Dono Leo II. Aedem S. PAVLI iuxta S. Bibianæ condidit, re-
positis in ea corporibus Sanctorum Simplicij, Faustini, & Beatricis, alio-
rumque Martyrum. Idem Tempia S. SEBASTIANI, & S. GEORGII
in Foro Boario quod ad velum aureum dicunt, ædificauit. Eius autè suc-
cessor Benedictus II. B. PETRI Apostoli Templum, necnon S. LAVREN-
TII cognomento in Lucina, S. VALENTINI via Flaminia, S. MARIÆ
ad Martyres, seu Pantheon magna impensa restituit, preciosis marmori-
bus, ac vestibis exornauit. Quartus à Benedicto Sergius teetum Basili-
cæ S. PETRI aduectis trabibus è Calabria instaurauit: frontem musuo
depinxit: alia Tempia aut textit, aut ornamentis large instruxit. Decem
& octo post annis Ioannes VII. extructo Magnæ Virgini magnificè sa-
cellum in Vaticana Basilica, Aedem S. EVGENIÆ diu detectam, rui-
nosamque operuit, & alijs cum ædificijs renouauit, ornauitque.

Templum
S. Georgij
in Foro
Boario,

Templum
S. Pauli re-
fectum.
Cum Té-
plo S. Cru-
cis.

Iam Quartus à Ioanne Gregorius II. Basilicam S. PAVLI magna ex
parte collapsam refecit: atque è Brutijs aduectis trabibus textit. Nouam
ibi aram renouato tabernaculo argenteo extruxit. Ecclesiam S. CRV-
CIS diu detectam, & circumquaque porticus vetustate quassatas, trabi-
bus

bus inductis reparauit: marmoreis operibus, alijsque donis insigniuit, Aedem Sancti Laurentij extra muros, contractis, ac diminutis trabibus ruinæ proximam nouis parietibus, tectisque muniuit: aquam, Martiam opinor, cuius Formæ non longè absunt, eodem reduxit: alia passim Tempora ruinæ obnoxia renouauit. Cœnobia ad Basilicam S. PAVLI à Cœnobitis destituta restituit, iisdemque celebrari iussit. GEROCOMIVM à tergo apsidis Basilicæ Liberianæ situm in Monasterium vertit. Cœnobiū S. Andrea desertum pridem, ab se refectum, reuocatis Monachis habitandum dedit, vt Deo diurnæ, nocturnæque preces vtrouique assidue persoluerentur. Paternam domum in honorem S. AGATHÆ dedicauit, ædificato ibi Cœnobio, ac prædijs ad Monachos sustentandos attributis. At Gregorius III. mirum quam multa in Vrbe opera fecerit, ac restituerit. Aedem S. CHRYSOGONI renouato tecto, camera, & picturis parietum, aureis, argenteisque donis locupletauit. Monasterium Monachis frequens, prædijs dotatum adiecit. Aliud Cœnobium prope Basilicam Constantinianam, vt in eadem diuinis laudibus Monachi vacarēt, structura egregium, annuoque censu donatum restituit. Aedes Sacras S. CALLISTI pœne à fundamentis elatam: SS. PROCESSI, & MARTINIANI, tecto coopertam, firmissimisq; pilis effultam: S. GENESII renouato item tecto, altari extructo, alijsque operibus: S. Mariæ ad Martyres repurgato tecto, refectisque plumbeis tegulis: S. Mariæ in Aquiro depictam, & cum Aede SS. SERGII, & BACCHI à fundamentis ampliori fabrica dilatatam: S. MARCI extra Urbem tecto, quod dilapsum fuerat, instaurato: SS. PETRI, & MARCELLINI noua molitione erexit: Basilicas S. PETRI, & S. Mariæ Maioris refartis tectis instaurauit. Ab eodem MVROS Urbis magna ex parte refectos supra memorauit. Stephanus II. Quartus à Gregorio instauratis quatuor antiquis in Vrbe Xenodochijs, DVO alia prope Basilicā S. Petri annuis redditibus probe instruxit. Eius porro successor Paulus I. in sua ipsius domo COENOBIVM SS. Stephani, & Syluestri Pontificū, ac Templum intra Cœnobij claustra miræ pulchritudinis musiuo marmoribus, donisque ex auro argentoque illustre collocauit. Idem in sacra via iuxta Aedem SS. Cosmæ, & Damiani Beatis Petro ac Paulo nouum Templum obtulit, eo loci, quo, cum ad supplicium ducerentur, genua flexisse dicebantur.

Et S. Laurentij.

Senum domus.

Opera Gregorii III.

Monasterium ad Basilicam Lateranensem.

Antiqua in Vrbe Xenodochia 4.

Adriani, & aliorum Pontificum fabricæ.

Cap. V.

ADRIANVS I. vir cætera admirabilis, structis operibus non impar est visus. De eo Anastasius: *Omnes Dei Ecclesias tam extra muros huius Romana Ciuitatis, quam infra muros ad laudem Dei restaurauit, atque decorauit; verum etiam, & muros, atque turres huius Romana Urbis, qua diruta erant, & usque ad fundamentum destructa, renouauit, atque utiliter omnia in circuitu in-*

Anno sal. 772.

a Locus
fortasse à
fabricæ
specie.
b Fortasse
ad portâ
S. Lauren
tij, quæ Ta
urina di-
cta est.

Tres A-
qua du-
ctus re-
fecti.

Opera
Leonis
III.

Confessio
S. Pauli, &
Petri or-
nata.

restauravit. Et verò præter primarias Basilicas S. IOANNIS, S. Petri, S. Mariæ ad Præsepe, quas renouatis tectis, & porticibus restituit; sex B. LAVRENTII Templi nouæ elegantia reddidit, extra muros, in Damaso, in Lucina, ad Formosam, ad Taurellum, in Palatio, cum Cœnobio quod erat adiunctum. Alia plurima quoniam apud Anastasium singillatim recensentur, hic referre superledeo. Præter hæc tamen Sancta Mariæ in Cosmedin Aedem auctam à fundamentis erexit. S. PANCRAII, vetustate dirutam cum Cœnobio restituit. Idem PORTICVS Basilicæ Apostolorum in Via lata, quas Paulus inchoauerat, absoluit, eiusque Apsidem renouauit: necnon Demos appositas SS. Syluestro, & Adriano, ac COENOBIVM Virginum S. Eugenia à fundamentis excitatum. Præter hæc, aliaque multa, PORTICVM ad porta Ostiensi ad Templum vsque S. Pauli perductam renouauit. Tres veteres AQUAE DVCTVS quæ dirutos, quæ dilapsis aquis vacuos, aut exiguo humore manantes magnis sumptibus restauravit: SABATINAE in Vaticanum effluentis: CLAVDIAE, ad comoditates Palatii, & Basilicæ Lateranensis: AQUAE VIRGINIS, quæ in plana Urbis effunditur. Vt mirum sit, eum Pontificem tot aedificia cogitatione, nedum opere, curaque completi, ac sua pecunia perficere potuisse. addita præsertim magna vi auri, argenti, vestium, quæ pretiosissimarum, locis sacris passim collata. Nam inter cætera Confessionem B. PETRI totam solido auro: Altare autem illi impositum, & parietes dextra laua, quæ argento contexit.

Iam Leo III. eius successor multa & ipse ædificauit. De eo sic Anastasius: *cum ex omni parte tam per diuersas Ecclesias, quam in Patriarchio in amplis ædificijs construens comptè ornaret.* In Patriarchio quidem, seu Palatio Lateranensi TRICLINIVM manus extruxit porphyreticis, parijsque columnis, insculptis vasis ac lilijs, & marmore crustatum stratumque. Tres in eo Apsides: quarum præcipua mutuo: duæ minores pictura, omnes marmorum incrustatione decorata. Hæc Basilica Leonis dicta est: cuius vermiculatas Christi Domini, Apostolorum, Leonis eiusdem, & Caroli Magni effigies Franciscus Cardinalis Barberinus egregio studio Ecclesiasticæ antiquitatis meliorem in formam reficiendas curauit. Aliud Triclinium idem auctor memorat, maiore Apside, decemque minoribus instructum, stratum marmore, sedilibus, & concha porphyretica ornatum. Idem refert, Macronam, idest longam Aulam in eodem Palatio vetustate collabentem, fartis tectis, & camera, struaturis picturisque renouatam. In eodem Patriarchio solarium nempe Xystum & ambulacrum ab illo Pontifice instauratum: sacellum S. Michaelis Archangeli à fundamentis erectum, tessellatis, depictis, marmorum, metallorumque egregijs operibus exornatum. Basilicam ipsam Lateranensem, tectis, quadruplici porticu, & fontibus restitutis unitam: obstructas Basilicæ fenestras infertis metallo vitreis laminis pellucidis, & coloratis. Confessionem S. PAULI auro tectam: S. PETRI, præter illata signa aurea gemmisque distincta, pretioso pavimento aureo in-
credi-

credibilis ponderis stratum. Tectum Basilicæ Esquilinæ: Vaticanæ item, eiusque medianam, & transversam testudinem, turrem, quadriporticum, fores argenteas, gradus, fontemque restauratum: tum Xenodochium, & Balneum, aliaque habitantium conclauia iuxta eandem Basilicam, pæne diruta. Nouam domum Hospitalem B. Petri nomine, ac patrocínio, eiusque Templum conditum. Basilica S. Pauli terræmotu concussa, ingenti tectorum, & parietum ruina ceciderat: eam cum porticibus resectam marmoribus præclaram in speciem obduxit, renouatis antiquis auri: argentique operibus, nouis, atque egregijs additis. Aedes Sanctorum quamplurimas munifice restituit. Nouam SS. Nerei, & Achillei iuxta veterem iam collabentem extruxit: S. Susannæ, cui Presbyter præfuerat, à fundamentis renouauit, auxit, donauitque præclaris muneribus; quibus alia etiam Tempa liberaliter instruxit, & ab Anastasio referuntur.

Basilica
S. Pauli
terræmotu
deiecta
& resecta

Tertius à Leone Paschalis PORTICVM, quæ à Mole Adriani ad S. Petrum pertinebat, & arserat per iacendum ædificiorum in quibus Angli tendere consueuerant, simul cum domicilijs Peregrinorum illico refecit. Aedem S. PRAXEDIS quòd vetustate casuram cerneret, aliam nõ longe eidem Virgini augustiorem, quam hodieq; colimus, excitauit. Aedem S. MARIÆ in Dominica, tum S. CÆCILIÆ instaurauit, vel vt alij, condidit insignibus donis locupletatam: translatoque in eam S. Virginis corpore. Virginum inibi COENOBIVM, in honoré eiusdem, Sanctæq; Agathæ erexit, annuisque censibus dotauit. Aedis porro Apfidem, vt Praxedianæ, musiuis imaginibus marmorumque incrustationibus colorauit: dicauit aram argento immensi ponderis elaboratam. Hospitalem domum apud S. Petrum à Leone III. fundatam redditibus firmavit. Restituta Basilica LIBERIANA, quam vetustas quassauerat: Apfide substruendis gradibus elata ab Ecclesiæ corpore, ac strata marmoribus: aram præcipuam argento inaurato: aram Præsepis solido auro: Confessionem columnis, & epistilijs, interius exteriusque auro textit: illustribus donis cætera compleuit. Eugenius eius successor S. SABINÆ Templum, in quo Presbyter fuerat, ad meliorem cultum perduxit, piæcuratis, & argenteis operibus exornauit. Gregorius IV. AEDEM iam collapsam S. Saturnini martyris. S. Gregorij cum secretario S. Marci restaurauit, S. Adriani renouato tecto muniuit. Nouum, & magnificum SACELLVM in Vaticana Basilica, vbi Corpus B. Gregorij I. Pontificis reponeret, argenteis tabulis conuestito altari construxit. COENOBIVM à fundamentis iuxta Aedem Virginis Transiberinam multa item ædificatione restitutam, & amplissimis muneribus donatam excitauit: annuos census Monachis diurnas, nocturnasque Deo laudes persoluentibus attribuit. Patriarchium Lateranense renouatis excultisq; veteribus: nouis cellis, conclauibus ad habitandú erectis cum balneo, amplificauit. Duo Palatia, (quorum vnum Basilicæ S. Petri proximum erat) porticibus, aulis, ambulacris, conclauibus visenda, commoditati Pontificum facienda curauit. Formas & Arcus Aquæ SABATINÆ rimosos atque intercisos antiquæ integritati commisit, reducta aqua in Ianiculum, & Vaticanum. OSTIAM

Paschalis
Opera.

Templum
S. Praxedis
extructum, &
S. Cæcilie.

Confessio
S. Mariæ
Maioris
ornata.

Gregor.
IV. opera.

Tiberinam, ne deinceps prædonum direptionibus vastaretur, nouis mœnibus, fossaque vallatam Gregoriopolim nominauit. Hæc ille.

Sergij II.
opera.

Sergius eius successor AEDM, & ipse extra portam Salariam B. Romani martyris perfecit à fundamentis. Orphanotrophium refecit, Aedemq; SS. Syluestri, & Martini in Montibus: nouum ibi COENOBIVM psallentibus Monachis constituit. Basilicæ Constantinianæ aditum addita præcurata Porticu illustrauit. Principem Aram nixam columnis, marmore instructam: inferiorem Confessionem argenteis laminis auro perfusis: Cameram Præsepis, an totum Sacellum in Basilica Maioris Virginis argenteis item laminis inauratis splendide obtexit. At Leo IV. COENOBIVM Virginum ad S. Sixtum, quod seculares infederant, refectum muneribus, redditibusq; auctum Monialibus reddidit. Alterum S. S. Stephani, & Cassiani prope S. Laurentium extra Urbem renouatum tradidit Monachis Græcis, & copiosis opibus præditum. Patriarchij euersum solarium siue ambulacrum meliorem in formam redegit: marmorea sedilia in eius aditu collocauit. Nouum miræ pulchritudinis in S. Petri Basilica Sacellum lunensi lapide, ac musuo coopertum, vbi Corpus B. Leonis Papæ conderet, ædificauit.

Ampliora
Leonis
IV.

Piratæ di-
rapiūt Ba-
silicas ex-
tra Urbē.

Ea tempestate, Sergio Pontifice, piratæ Saraceni infestis classibus ad Ostia Tiberina appulsi SS. Apostolorum Basilicas extra Urbem fitas diripuerant. Quare illi suffectus Leo quæcumque è Basilica Vaticana ablata fuerant reficere decreuit. Tum præter alia plurima atque eximia liberaliter collata, aureis argenteisque laminis, quarum vna ex auro, pondoducentorum sexdecim erat, vnd que nõ solum Apostoli SEPVLCRVM sed Altaris frontem auro gemmis distincto contextit: eiusdem Cameram vel, vt aiunt, Ciborium, columnas, & lilia (capitula reor, cauliculis, & lilijs insculpta) argento inaurato, pondomille sexcentorum sex: coronis quatuor, calicibus sexdecim ex auro, alijsque innumeris ornamentis aræ, ac toti passim Templo impositis. Portas Saraceni fregerant, & argento nudarant: eas iterum calato argento vestiuit. fornicem ante portas: casuram porticum ad læuam Templi: alteram Aedi vicinæ S. Andreæ adhaerentem: testum magnis trabibus renouauit. AEDM B. Virginis ad scholam Saxonum, nunc in Saxia ab humo erexit. Idem in Basilica Sancti Pauli à Barbaris item direpta, altare è columnis, & camera argentea, pondonongentorum quadraginta sex eidem Apostolo dedicauit. AEDM SS. Quatuor Coronatorum, cuius titulo insignitus Presbyter fuerat, ruinæ obnoxiam ab imo solo reficiendam ornandamque: & Aram, qua multorum SS. corpora condidit, argento inaurato, hyacinthis smaragdisque præfulgente vestiendam: Apsidem vero Transiberinæ Virginis, item ruinosam instaurandam curauit. E suis porro Aedibus, Virginibus se Deo vouentibus domicilium, patronis S. Simitrio, atque Cæsario. Demum ne Romanis mœnibus immensam beneficentiam concluderet, Ciuitatem PORTVENSEM ad ostium Tiberis nouis cum firmasset munimentis, fabricisque excoluisset, Corsis irruptiones, direptionesque Maurorum fugientibus habitandam cum agro ad culturam dedit.

Portæ S.
Petri ar-
gento cõ-
tectæ.

Basilica
S. Pauli di-
repta, &
exornata.

CENTVMCELLAS dirutis muris populus deseruerat metu Sarace-
 norum. Ipse alio in loco munitiore oppidum ædificari iussit, aquis fo-
 lum perfluentibus: per somnium sibi mœnia portasque designare visus,
 eundem ordinem ædificando retineri voluit. LEOPOLIM placuit polis di-
 nouam Vrbem appellare; nec tamen id nomen per diu conditori super-
 uixit.

Et Cen-
 tumcellæ
 quæ Leo-
 polis di-
 citur.

Ciuitas Leoniana. Cap. VI.

AT Vrbis, quam Romanæ addidit, inditum LEONINÆ, Vrbs Leo-
 seu LEONIANÆ nomen pertinacius viget. Quamquam niana.
 in communionem appellationis adscito rudiore Burgi voca-
 bulo (vt ferè deteriora magis pollent) rarum est in ore
 vulgi, doctorum linguis, aut eruditæ scriptorum paginis fere conten-
 tum. Porro Vrbs, quam Leo IV. condidit è Vaticano colle descen-
 dit ad Tiberim. Vaticanus quidem campus ad ea vsque tempora ex-
 tra Vrbem fuit, Hortis etiam Principum olim confitus, sed amœnita-
 ti permixta *insania insalubris Cali, frequentior funeribus ac tumulis,*
quam tectis; vt Tacitus, & Lampridius scripsere. Sed postquam Con-
 stantinus sepulchro Apostolorum venerabilem omnibus terris Basilicam
 superstruxit, Vaticana planities quamquam exclusa pomœrio, ædifi-
 cijs tamen, & incolis deinceps abundauit. Mœnia vero interiore ripa
 Tiberis producebantur, præter munitionem, quam ad Molem Adria-
 ni excauerant. Quare Stephano Tertio Summo Pontifice, cum Desi-
 derio Longobardo um Regi intesto agmine ad Vrbem venienti Roma-
 ni clausissent portas, statim ipse cum exercitu posuit ad Sanctum Petrum.
 eò cum euocasset Pontificem, mutuosque sermones habuissent: *Rur-*
sum, inquit Anastasius, ipse Beatissimus Pontifex reuersus, ingressus est
in Ciuitatem. Postridie cum iterum Stephanus ad Basilicam Vaticanam
 rediisset, vt leniret iram Regis, duos è Romana Curia poscentis ad ne-
 cem; ipse autem oclusis portis neminem è Templo exire permitteret:
 Pontifex Episcopos duos misit *ad portam Ciuitatis, quæ egreditur ad San-*
ctum Petrum. Et paulo post idem auctor: *Abstulerunt Christophorum,*
& Sergium ab Ecclesia B. Petri Apostoli, & properantes cum pluribus Lõ-
gobardis usque ad portam Ciuitatis, ibi eorum oculos eruerunt. Idem in
 vita Stephani II. *Nam & foris muros huius Ciuitatis Romana secus Ba-*
silicam B. Petri Apostoli duo fecit Xenodochia. Et Pauli I. ann. DC. CLVII.
 dicitur Basilica S. Petri extra muros Ciuitatis Romanæ. In vita Step-
 hani IV. anno DCCLXVIII. cum memorasset portam Ciuitatis, quæ miteret
 ad S. Petrum, deinde ait, *optasse Pontificem, vt quidam Beati Petri*
Basilica introducerentur Romam. Quin & Adriano I. Pontifice cum
 Carolus Francorum Rex Magnus Desiderium Regem Papæ obsidens è
 castris ad Vrbem venisset, Pontificem in gradibus Vaticanæ Basilicæ of-
 fendit: cum quo Templum ingressus, pieque Deum, & Apostolum vene-
 ratus,

Vaticanus
 extra Vr-
 bem.

Mœnia
 Vrbs se-
 cundum
 Tiberim.

Basilica
 S. Petri ex-
 tra muros

ratus, Adrianum rogauit, vt sibi Vrbem, ad visitanda Tempia voti persoluendi gratia, liceret inire. Demum in vita Leonis IV. anno DCCCXLVII. qui hunc Vaticani tractum muris cinxit, memoratur ab eodem Anastasio Monasterium B. Martini extra muros Vrbis iuxta Basilicam S. Petri. Sic Luitprandus Molem Adriani constituit in Vrbis ingressu, vt infra. Quæ causa etiam fuit, cur ante illum Pontificem Saraceni qui prædabundis classibus Romanum littus tenuerunt, è Templis Sanctorum Petri, & Pauli extra Vrbem positis thesauros omnes asportarent, & rapaces manus vrbanis opibus abstinerent, quas mœnia inclusas defenderant, vel irruentium ferociam fregerant stantes pro mœnibus ciues. Illa ergo pars agri Vaticani Suburbium erat, ædificatis passim domibus, & à porta Vrbis vsque ad Apostoli Basilicam continuata porticu. Verum cum quotidie religio, cultusque ad Apostolorum sepulchra auergeretur: multique ex tota Europa præsertim è Longobardis, qui tum dominabantur in Italia, atque è Transalpinis Franci, Germani, Frisij, alijque Romam confluerent; ne cum hospitem frequentia, morbi in Ciuitate vulgarentur: in eo Suburbio illis datæ sunt ad habitandum sedes. Inde & Burgi nomen traxit. Anastasius: *Eodem, inquit, tempore, per quorundam gentis Anglorum desidiâ ita est omnis illorum habitatio, quæ in eorum lingua Burgus dicitur, flamma ignis exundante combusta, vt etiam nec vestigia pristina habitationis in eodem loco inueniri potuissent. Cuius exuberantis incendio poene totam, porticum, quæ ducit ad Basilicam Principis Apostolorum ignis fomes deuastauit. Quæ paulo post Paschalis Pontificis munificentia restaurata sunt: tum vero traditis vestibis, distributis alimentis, erogato auro, atque argento peregrinorum necessitati subuentum. Eiusdem loci incendium Leone IV. renouatum est. Anastasius: Põtificij sui exordio Saxonum vicum validus ignis inuasit, cõteta comburens, atque comminuens, ita vt proprius B. Petri Principis Apostolorum Basilicæ proueniret, Saxonum, Longobardorum domos ac porticum cõcremans, atque diripiens.* Hæc multorum eiusdem ordinis, & conditionis contubernia, & cœtus Scholas dicebant (vt de militibus, excubitoribus, palatinis aulicis, alijsque legimus). Itaque Leoni IV. è Gallia ad Vrbem redeunti effusus obuiâ fuisse dicitur populus Romanus vniuersus, & Scholæ Francorum, Saxonum, Longobardorum, Aedem præterea S. Michaelis Vaticanæ Basilicæ propinquam conditam aiunt in Frisonum Scholâ. Hæc ad eò cum Basilicam extra Vrbem clarè demonstrant, miserabiliùs ostendit crudelis illa Maurorum irruptio, quibus duntaxat ad direptionem Apostolorum limina nudata mœnibus patuerunt. Porto idem noua spe opulentæ prædæ allecti instructis iterum classibus ad Vrbem expugnandam incitato cursu ferebantur. Defixit nouus terror Romanorum animos ex præterito malo futuram cladem æstimantium. Vt tamen hostium furori obuiam irent, Campanorum classis adiuuit: quos omnes Leo Pontifex precibus, & publica supplicatione muniuit ad bellum. Pugnatum est, quâ Tiberim vorticosis influentem vndis excipit mare: ventusque in media pugna subito coortus, quem Deus de thesauris suis produxisse cre-

Anastaf.
in vita Pa
schalis I.

Scholæ
quid esset

Saraceni
diuina o-
pe victi.
Psal. 134

cre-

credebatur, discretis classibus prælium diremit, sed naues hostium abreptas affixit, fregitque, aut desertas ad Insulas, & saxa detrusit. Magnæ eorum pars cæsi: alij capti, & ad Urbem deducti; quorum opera in ædificando postea vsus est Pontifex. Cum ergo Sanctiss. Pater, vt gratias Deo, ac B. Petro ageret immensam argenti vim eius Basilicæ, alijsque Templis munera obtulisset, quod pridem agitauerat, statuit Vaticanum Templum muris cingere. Cœperat antea fundamenta iacere Leo III. sed postea intermissi operis, quæ extabat, maceriam auexerat quorundam avaritia, vt vix vestigia apparerent. Anno igitur Pontificatus II. qui d. natali humanæ salutis fuit DCCCXLIIX. cum ad Lotharium Augustum de ea re scripssisset, vt sibi consilio, sumptuque adesset, ædificare aggressus est. Misit Cæsar cum fratribus liberaliter ad Leonem non modicam pecuniæ summam. Ipse vero Pontifex cum cœptum opus frequenter inuiseret, struaturamque strenue vrgeret, quarto post anno absoluit. Nouæ Vrbi LEONIANÆ inditum nomen, quam ipse, & vniuersi Antistites, ac reliqui Clericorum ordines cinere conspersi, nudique pedes Ecclesiastico ritu Litanij, Psalmisque decantatis circumiecit, ut lustraruntque: scriptas in eam rem preces Pontifex super murum recitauit, tum sacrificio ad Aram Apostoli peracto, Romanos Ciuēs in suam quemque domum, muneribus donatos dimisit. Posthæc muri Urbis secundum ripam Tiberis deserunt, quos aut Romanorum securitas, aut multo serius annorum vetustas demolita est. Quamquam aliqua pars ante Leonianā Urbem conditam collapsa erat. Nam Adriano Pontifice Tiberis effusus, portaque Flaminia, quam deiecerat, immissus, Urbem late inunda-
uit, & Porticum, quam Palatinam dicebant, ad Templum S. Marci, euer-
tit: tum aquæ magno impetu ad pontem Adriani confluentes murū Tiberis ripæ impositum prouerunt, seque iterum fluminis alueo infudere. Cæterum Vaticanus ille tractus tutus deinceps oppugnationes hostium, & obsidia non semel propulsauit, elusitque. Neque destiterunt consequentes Pontifices mœnia bello quassata vel tempore collapsa reficere, nouisque aggeribus, & propugnaculis munire. Quo nomine celebris est inter cæteros Nicolaus V. de quo sic Platina, qui vidit, scripsit: *Muros Vaticanani præaltos, & latos inchoauit, iactis insanis fundamentis ad turres, & molem superædificandam, quibus coerceri hostes possent, ne Aedes Pontificis, & B. Petri Templum, vt antea saepe factum est, diriperetur.* Post illum Paulus III. cum antea expugnatis à tergo S. Petri mœnibus hostes Vaticanum Clemente VII. Pontifice irrupissent, nouas in eo molitiones duxit. Paulus deinde, & Pius IV. qui & Piam Urbem vicis in longum directis adstruxit, idque publico diplomate testatum voluit: & portam conditis muris ex priore suo nomine Angelicam nominauit. Lemum Leonianæ Vrbi Moles Aelia, siue Arx S. Angeli inexpugnabile munimentum adiectum est,

Capitui
ædifican-
do delti-
nati.

Anastaf.
in eius vi-
ta.

Mœnia à
tergo se-
mel S. Pe-
tri expu-
gnata.

Arx S. Angeli. Cap. VII:

Forma
Mausolei
Adriani.

A

DRIANI MAVSOLEVM ad vltiorem ripam Tiberis ex-
citatum iam diximus. Id pario è marmore extructum, & in-
imo quaternis, pari dimensione lateribus, postea circumeun-
te fabrica, rotundam, spatiosamque eminebat in Turrin: :
equestribus ex eodem lapide statuis, aut è curru extantibus in summo
collocatis. Quæ Principum decora vsque ad secundum bellum Gothi-
cum inuiolata manserunt: ac præterea Moli ad tuendam Vrbem muni-
tiones additæ sunt. Nam vt supra referebam ex Procopio, *Sepulchrum*
id extra portam Aureliam, & ad lapidis iactum à mœnibus procul extructum
Romani brachijs duobus à mœnibus ipsis ad sepulchrum id vsque porrectis,
inadificatisque complexi sunt; vt è muro non sit perinde pars quadam effe-
ctum; apparet namq; altissima turri persimile, & ea regione imminet por-
ta. Hoc ante Iustiniani ætatem peractum, quo tempore incertum est.
Crediderim primo Gothico bello, quod mouit Alaricus, id fecisse Ro-
manos, vt in ea obsidione se tanto munimento tuerentur. Subindicat
Claudianus:

Sepul-
chrum
Adriani
tamquam
Turris
mœnibus
adiunctum.

In 6. Con-
sul. Hono-
rij.

Addebant pulchrum noua mœnia cultum

Audito perfecta recens rumore Getarum.

Quo sane metu si cætera refecta, hoc quoq; validum Vrbi propugnacu-
lum adiectum est. Cæterum egregia illa statuarum decora Gothici secun-
di belli turbo decussit. Nam Gothi Molem aggressi cum pro mœnibus
stantes Romanos Græcosq; alij telis arcerent, alij scalis in summum eua-
derent; qui munitionem tuebantur suæ iam saluti, nedum victoriæ despe-
rantes, atque opem in loco oblatam rati, frangere simulacra, & trunca-
eorum saxa in subeuntes deuoluere cœperunt. Sic hostium pars casti-
pars fugati: omnium repressus impetus, & à Mole diuulsus est. Dein Mo-
les pro Arce tam Græcis, quàm Gothis fuit. Nam capta primùm & amissa:
dein à Totila iterum expugnata Roma; Paulus inter cæteros Græco-
rum duces ex Cilicia profectus se cum quadringentis ad Molem recepit,
acriterque contra Totilanos, suos etiam reuocante Rege pugnavit. Po-
stridie Paulus desperatione vitæ iam fortior cum suis erumpebat ex Ar-
ce, stationes hostium inuasurus. Sed Totilas caduceatore præmisso, om-
nibus, si mallent abire, discessum: si pugnare secum, stipendium obtulit.
Sic illi ad Gothi signa transire. Paulus cum socio in Græciam rediit.
Arcem deinde Gothi habuerunt. At post Belisarium missus in Italiam
Narces cum Romam exercitum adiuisset, & Gothi, quod scribit Pro-
copius, *haud quaquam Vrbis mœnia vniuersa custodire sat commode pos-*
sent breui admodum adificio circa Adriani Molem, locum complexi, eo-
demque priori muro adnexo, in praesidij formam mox redigunt, ibique pre-
ciosissimis rebus depositis, diligentissime praesidij id asseruabant. Vrbis mœ-
nibus, caterisque destitutis, atque neglectis. Mox tamen subeuntem ad

Ornamē-
ta Mausolei
deiecta.

Gothi Mo-
le habent
pro Arce.

De Bello
Gothico
lib. 3.

muros

muros hostem repellere conati, cum ille nihilominus Urbem intrasset, ad Molem se receperunt, nonnullis duntaxat Ostiensem ad portum confugientibus. Postridie Narfes omnibus copijs præsidium cingit. Quo terrore perculsi Barbari, salute pacta præsidium dedunt, sexto & vigesimo Iustiniani imperantis anno. Sic enim Codex Græcus habet *ἐκτόν τε, καὶ εἰκοστὸν ἔτη τοῦ ἱστυριανοῦ βασιλέως*. Deinceps munitio Narfesis in potestate fuit, atque Exarchorum qui post illum Romam, & Italiam Imperatoris nomine regebant.

Necdum tamen Angelica appellatione veterem infœlicis sepulchri nomen exuerat; cum sub hæc tempora, grassante Romæ pestilentia, Gregorius Magnus Pontifex, qui ad D. Petri solemnem supplicationem habebat; Angelum in edita Mole enseu vagina includere; & vnâ vim morbi condere suspexit. Inde S. ANGELI inditum nomen: addita etiâ in summo vertice dicataque Archangelo MICHAELI sacra Aede. Qua deinde ad imam viciniam translata, seu potius ibi substructa, in rei admirandæ testimonium, marmoreum ANGELI simulacrum, præcelso loco impositum est. Eius porro Aedis meminit Luitprandus, qui etiam quomodo sua ætate haberent se munitiones, enarrat. *In ingressu*, inquit, *Romana Urbis quadam est miri operis, miraque fortitudinis constituta munitio; ante cuius ianuam pons est prætiostissimus super Tiberim fabricatus, qui a primus Romam ingredientibus, atque egredientibus est. nec est alia nisi per eum transeundi via. Hoc tamen nisi concessu custodientium munitionem fieri potest. Munitio autem ipsa (ut cætera desinam) tanta altitudinis est, ut Ecclesia, quæ in eius vertice videtur in honorem summi, & caelestis militiæ Principis Archangeli Michaelis fabricata, dicatur Ecclesia Sancti Angeli vsque ad Cælos. Quod si ex hoc inferas, hoc illud Templum videri, quod in summo Circo Bonifacius Pontifex dicauit: Respondeo, Molem summi Circi appellationem, quod supra dicebam, recusare: & Aedem, siue Aediculam S. Michaelis alius, qui munimento bellico tantum Præsidem quæreret, excitare potuit. Cæterum amplioribus deinceps munimentis Moles aucta, & CASTRVM, siue ARX dicta est.*

Sed statum ac regimen Italiæ cum vertissent Longobardi: eadem quæ horum excusso dominatu, plures minoresq; principatus extulisset; Marchiones in Hetruria clari, in primis extitere, quos ad eandem originem referunt, qua deducti postea Comites Tusculani. Hi ad potentiam, & immensas opes Arcis quoque Romanz possessionem adiecerunt. E quibus Adelbertus anno salutis DCCCCVIII. adeo excelluit, vt vnus inter omnes Italiæ Principes appellaretur *Diuex*: & Rex verius, quam Marchio, solo duntaxat nomine Regibus haberetur inferior. Per id tempus florebat Romæ opibus, patritioq; genere, nec moribus tamen probis Theodora illi istris scæmina; quæ turpibus illecebris Adelbertum illexerat, in communionem Arcis possidendæ recepta: vbi & deinceps habitare consuevit. Quare velut Principatû Urbis adepta, ex Arce, cui nobiles Aedes vel impositæ, vel appositæ iam tum fuerant ad excipiendos Hetruriæ

Prin-

Arx venit in potestatem Narfesis,

Anno sal. 590.

Arci inditum nomen S. Angeli.

Luitpr. l. 3 cap. 17.

Nā diu rupto ponte Miluio, hac solum transiri in Urbē volebant.

De hac re lib. 1. c. 10

Bar. 10. 10 Anno sal. 857.

Comites Hetrusci Arcē possident.

Et Theodora Romana.

- Et eius si- Principes, Romanos etiam Pontifices infestabat. Sequuta est eius filia
lia Maro- Marozia melioris item formæ, quam famæ. Hæc Arcem securitatis suæ
zia. non magis receptaculum, quam scelerum fecerat: vnde & Romanis Ci-
uibus cum Vidone Adalberti patris successore, cui nupserat, imperabar.
- Baron. An Sed Vidone paulo post absque liberis vita functo; ipsa deinceps cum filio
no sal. 928 Alberico, quem ex Alberto, siue Adelberto Marchione susceperat; in
Urbe dominata est. Degebat Ticini Hugo Vidonis frater, ex eadem
matre genitus, quem Regem Italiæ appellabant. Huic Marozia suas
nuptias, & vacuam Arcem obtulit. Confestim Hugo non magno comi-
tatu ad Urbem venit, sisus Castris munimentis: celebratisque in eo nu-
ptijs, quotidie liberales epulæ instruebantur. Lauanti manus Vitrico
aquam fundebat hortatu matris Albericus. Fundentemq; paulo immo-
deratius inflicto Rex colapho, haud equidem moderate, admonuit. Sed
altius, quam ille voluisset, iniuriam ebibit adolescens. Confestim consi-
lio Cuium clam habito externi domini tumorem, & arrogantiam, ma-
tris intemperantiam questus, omnes impulit, vt in vtrumq; coniurarent.
Itum statim ad arma: eoque Duce Arx obsideri oppugnariq; cœpta. Hu-
go vim metuens se se ex Mole, qua parte hærebat muro Ciuitatis, demi-
sit: receptusque à suis in Insubriam plenus minarum discessit. Albericus
dedita Arce Moratiam sero pœnitentem custodiæ tradidit: ipse deinceps
imperauit. Interea contractis maioribus copijs, & vlturus iniuriam Hu-
go reuertitur, Urbemq; obsidio, agros populationibus, populum fame af-
fligit. Sed, vt Romani Cœli natura fert per æstiuos calores aduenis infesti,
ac sæpe numero exitialis, vulgata per exercitum lue de componēdo bello
cœptum agi: & Alberico in matrimoniū collocata Hugonis filia, ini-
ta, & stabilita Pax est. Ex eo tēpore Arcem tuto possedit Albericus: mul-
toque post vita decedens ad Octavianum filium principatum transmisit.
Is multum potentia sibi deesse ratus, nisi ad Pontificatum niteretur, Prin-
ceps aliquandiu Clerici habitu, ad Pontificatum deinde euectus Ioan-
nes XII. dictus est. Sic Romanus Pontifex Arcem in sua potestate habuit;
non aliunde receptam, sed quam ipse ad honores Pontificios attulisset.
Nec tamen diu à Pontifice possessa. Nam mortuo Ioanne, Pontificum
longē Lateranum incolētium manibus extorta videtur à Ciuibus. Quip-
pe Romani, cum duo Consules, Præfectus, Decuriones è plebe duode-
cim Rempubicam gererent, Ioannem XIII. captum, & in Adriani
Molem perductum, mox tamen metu Cæsaris in Campaniam dimise-
runt. In eandem Benedictus VI. à Francone Romano Ferrutij filio de-
trusus necatusque est. Et ille parricida à Benedicto VII. Urbe pulsus,
aliquot post annos, Bizantio, quò exul abierat, reuersus, Ioannem XIV.
Benedicti successorem in eadem Arce, quam suæ factionis sicarij deti-
nebant, inclusum interfecit. Adeo per id tempus ferri mores ac scelera
inualuerant.
- Anno sal. Successit Ioanni Ioannes XV. quò Pontifice Crescentius Nomentanus
985. per speciem tuendi Consulatus Arcem occupauit. Exinde Ioanni formi-
Arx in po datus cum eius gratia Otho III. venisset in Italiam; aduersus Cæsarem
testate Crescentij.
Cres-

Crescentius firmatis mœnibus, atque portis, Molem vallo, & aggeribus
 sepit, stationes militum disposuit: atque in ea, recepto iam in Urbem
 Othone se cōtinuit. Interea mortuo Ioanne Gregorius V. deligitur. Cui
 mox depulso cum aliū per vim ac scelus Crescentius subrogasset; Otho,
 qui Spoletum venerat cum copijs ad Urbem reuersus, vt Arcem expu-
 gnaret, valum fossamque perduxit; turres abiernas, & castella admo-
 uit, tormenta imposuit: corona circumdedit. Quibus ille copijs, & ope-
 ribus confternatus cum se ad Imperatorem supplex contulisset, vel ca-
 ptus confossusque vel cum Arce deditus, & capite casus est. Quod ergo
 Crescentius nouis operibus Molem firmarit; per diu postea CASTRVM,
 siue TVRRIM CRESCENTII dixere. Maneruntque illæ non con-
 temnendæ munitiones. Itaque sexagintaquinque post annos, Alexâdro II.
 creato Pontifice, cum Cadaolus quidam se Honorium II. Pseudoponti-
 fex iactaret, Cincius Romanus cuius Pontifici infestam Arcem valido cū
 præsidio obiecit. Eodem securitatis causa Pseudopapa perductus, & ali-
 quandiu Alexandri copijs oppugnatus, liber tamen à Cincio, accepta
 grandi pecunia est dimissus. In eandem Alexandri successor Gregorius
 VII. sese è Laterano recepit. Quo tempore Castrū, DOMVM THEO-
 DORICI appellatum, refert apud Baronium Bertoldus. Frustraque
 Pontifex obsessus, Henrici III. exercitum, vimque Populi Romani mu-
 ro, armisque propulsauit; donec educus ex Arce, ac Salernum perdu-
 ctus est. In tanta Christianæ Reipublicæ perturbatione, cum Guibertus
 Parmensis, Clementis III. nomine se Pontificem ementiretur; Matildis
 Comitissa, quæ creatum Gregorio successorem videre, propiusque vene-
 rari cupiebat, Romam venit: inductisque militum præsidijs, & paratis
 Pontifici Basilicis Victor III. Urbem intravit. Possidebat Arcem Ponti-
 fex, solemnī pompa sacris operatus in Vaticano, degebatque turis in
 ædibus gemino ponte ad iundis in Insula Tiberina. Quare Transfieri-
 no tractu pulsus ille sacrorum archipirata Pantheon nihilominus infederat
 (S. MARIAM IN TVRRIBVS dicebant) quam festis Domini na-
 talitij funestaret. Nec deerant illi Ædes propinquæ atque magnificæ, è
 quibus pestem animis affabat. Sequuta est Victoris immatura mors non
 sine suspitione veneni: suffectusque Urbanus II. eandem Insulam, Pon-
 tificum non rarè perfugiū, eiectō Guiberto ab Romanis, tutior aliquan-
 to incolebat. Sed vt Ciuitas Cæsaris factione distrahebatur, parum illi
 fidens ab Vrbe Barium vsque profectus est. Tum vero populus qua le-
 uitate agebatur, insensus Pontifici Arcem seu fraude interceptam, seu vi
 expugnatam occupat. Quam cum demoliri vellet, nescio quo modo
 Guiberti in manus, quem rursus admiserant, prædonis dolo, an dono
 sectatorum peruenit. Nec sane cum, illo absente Urbanus ad Urbem
 reuertisset, recipi potuit. Ad S. Mariam cognomento Nouam habitabat
 Pontifex, iisdem, reor, munitionibus, quibus se Alexander III. aduersus
 Federicum I. Imperatorem postea defendit. Sed cum quietis nondum
 spes affulgeret, profectus in Galliam, qua vir optimus auctoritate pol-
 lebat, ad Hierosolyman recuperandam populos ac Reges accendit.

Anno sal.
996.Arx dicta
Turris, &
Castrum
Crescen-
tij.Anno sal.
1084.Baronius
Anno sal.
1087.Ædes mu-
nitæ in In-
sula Tibe-
ris.Anno sal.
1091.Anno sal.
1092.Anno sal.
1095.

Tum

Anno sal. 1099. **Arx recepta à Pontifice.** Tum Romam reuersus, & Arce septimo anno, quam Guibertus cep̄erat, potitus, ad S. Nicolai in Carcere, in Aedibus Petri Leonis plenus gloriæ decessit.

Baronius tom. 12. Anno sal. 1111. **Pugna populi cū Cæsariensis.**

Miluius pons diu ruptus, & interclusus. Aelio pōte Tiberis transmititur. Ann. 1144

Miluius pons à Romanis restauratus. Baron. an. sal. 1111. tom. 12.

Arx in potestate Anacleti Pseudo-papæ.

Anno sal. 1130.

Faschalis I I. deinde creatus est Pontifex: inter quem, atque Henricum IV. grauibus ob iura Ecclesiastica exortis controuersijs, dati sunt inuicem obsides; quos Henricus acceptos, vt *secure transiret Castellum & pontem*, mox erat apud Arcem redditurus. At ille nihilominus in Basilica Vaticana circumuentum Pontificem, captumq; non longe custodia militum detinebat. Cum Populus Romanus arreptis armis, Germanos in ipsa porticu Templi fortiter aggressus cæcidit, fugauitque: sed eundem victorem, multaque onustum præda remeantem, iussu Cæsaris inuēti Teutones multa cæde fuderunt, donec ad Arcem progressi, ab ijs qui se portis recentes effuderant, in fugam vertuntur: Magna vtrinque edita strages. Tiberis fluxit sanguine infectus refertus cadaueribus. Fluuius quidem per ea tempora, quod tutior esset ab hostibus, externisq; Cæsarum exercitibus Roma, rupto, & intercluso Miluio ponte, collapso iam Triumphali, vno Aelio intra mœnia transitum præbebat. Facile autem erat, quælibet propter imminentem Arcem transitu prohibere; quod dicitur secisse Guibertinos. Torser ea res Romanorum animos; quorum plerique factiosi, ac rebelles Pontifici, per extremum Innocentij II. & Lucij, successorumque Pontificatum, hæreticis cuiusdam Arnaldi furijs, profitebatur se se Reipublicæ, & antiqui Senatus restitutores. Itaque vt firmiter munirentur, aduersariorum potentumque Ciuium domibus turribusque solo æquatis, vel imperij nomine detentis: multisq; eorum patria eiectis, Conradum Cæsarem datis ad eum litteris in Urbem inuitant. Aiunt, pontem Miluium metu aduentantium Imperatorum pridem abruptum, *ne Petri Leones per Castellum S. Angeli nocere illi possint*, se iam restaurare, nec multo post siliceo firmissimoque muro perfecturos. Risit Arnaldistas Imperator; nec, quamuis structo ponte, ad Urbem accessit. Petri autem Leones filij Petri Leonis clari, & opulenti Ciuis, cum patre, & auo Leone, vnde origo familiæ, rem Pontificiam assidue constanterque prouexerant, quos tamen causa Petri Leonis fratris, cum patre transuersos egit. Fuerat falsus hic Anacletus aduersus Innocentium II. euectus, genere, clientelis, thesauris etiam, quas direptis impie Urbis Ecclesijs congesterat, potens: atque, vt Consules, & Urbis, Arcisque Præfectos nactus erat sibi consanguinitate obstructos; facile omnes cum Adriani mole munitiones inuasit; vix vt Innocentio reliquæ essent Frangipanum, Corsorumq; domus, quibus non longe à Capitolio receptus sese per nobiles fortesque Ciues tuebatur à satellitum globo, quos ille gladiatorum centuriator im miserat. Igitur Pontifex, assecularum fidissimis per fœderatorum Aedes, turresq; latentibus, ab ore Leonis eripitur, è Transiberinis ædibus maritimo itinere Pisas primū, deinde in Galliam profectus. Tū Anacletus datis ad Reges litteris, iactabat se illustres viros, plebem Romanā vniuersā, castella, & munimenta Urbis omnia possidere. Redijt eribus post annis Innocentius cum Imperatore Lothario, qui castris in Auentino positus, reducto.

ductoque in Lateranum Pontifice, Arcem tamē, cæterasque Collium munitiones expugnare non potuit; penuriaque comæatus in Galliam, nec multo post Innocentius Pisas iterum discessit. Redijt rursus ad Urbem; nec anguem Molis latebris incubantem educere poterat, quem tamen mors extulit ad tumulum octauo anno, quam Vaticani sedem inuaserat. Tum vero altero iniquitatis surculo, qui Antipapæ adnasci voluerat, sublato, omnes in Vrbe præsertim Petri Leones Innocentio Pontifici, Arce restituta Sacramentum dixerunt. Iam quies parta videbatur, cum ex tranquilla serenitate coorta tēpestas cuncta subuertit. Nam Romani occupato Capitolio, dum ordinem Senatorium restituere, remque Romanam gerere conantur, mœrore curisque consumptus est Pontifex. Nec creato Cœlestino II. & Lucio item II. quamuis complures è nobilitate Pontifici fauerent, destiterunt; adiecto etiam Patricio tamquam Senatus Principe Iordane Petri Leonis filio. Inter hæc renunciatus Pontifex Eugenius III. cognito, fore, vt Senatus vehementer obfisteret, nisi noua inauguratione Senatoriam dignitatem confirmaret, antequam Pontificatus coronam acciperet, Urbem egressus, primum Viterbij moratus est; tum isto fœdere cum Romanis, vt Patriciatum abolerent, Senatores ipse diceret, Romam reuertitur. Sed tum Arnaldus seditionis faces, quas Populo Romano longe afflauerat, præsens euentilabat: vexatusque Pontifex trans Tiberim, in Aedes ne Insulæ, quas alij Pontifices incoluerant, migravit: an Arcem S. Angeli, cui Petri Leonis filij Pontificis fautores præsidebant. Certæ Senatores Urbis hæc tuta, & inuiolata, vt narrat Cencius Camerarius, præstituros se Pontifici iure iurando affirmabant: S. Petrum, Romam, Cinitatem Leonianam, Transiberim, Insulam, Castellum Crescentij, S. Mariam Rotundam. Quod signum est, munitiones in Insula fuisse. In Galliam deinde discessit à Ludouico Rege magnificè exceptus: reuersusque in Italiam, Vrbe abstinuit, donec ad arbitrium Pastoris se componeret. Secundus ab Eugenio Adrianus IV. ad S. Petri Federicum I. Imperatorem Imperij corona donabat; stabatque populus ab utroque dissidens sub signis ante Arcem: cum repente in Cæsarianos milites ante Basilicam impetum fecit, & vsque in castra fugauit. At Germanis auxilio subeuntibus, multi cæsi, multi etiam capti: populo intra portas Castri recepto finis pugnæ fuit.

Successit Adriano Alexander III. quem à Bosone Cardinale intra Arcem cum Patribus fautoribus receptum Ciaconius narrat. Sed hos inmunitione B. Petri inclusos testantur eius Acta referente Baronio. Quæque nouem dies in illa egisse, iisdem in Ecclesia B. Petri fuisse dicuntur. Porro de Castro sermonem non esse, argumento est; quod ex eo loco, vbi nouemdiæ moram egerat, in arctiorem, tutioremque custodiam trans Tiberim translatus esse narratur, triduoque ibi detentus. Quid autem in Transiberina regione Arce S. Angeli tutius poterat inueniri? Verum dimissus Pontifex, cum è Gallia multo post omnium Ciuium votis Romam reuertisset; Germania profectus exercitum ad Urbem admouit Antipapæ fautor Federicus I. Ille castra metatus in pratis

Arx recipitur ab Innocentio Pont. Anno sal. 1141.

Vt arbitrat Card. Baronius.

Baronius tom. 12. ann. salut. 1146. Anno sal. 1155.

Anno sal. 1159. Eodem anno, & sequenti.

Baron. an. 1167.

Neronianis, postero die instructis copijs progressus usque ad portas *Cæstelli S. Angeli*, Molem acerrime oppugnauit. Sed Pontificijs fortiter obstitentibus repulsus; postridie ad S. Petri Basilicam se conuertit: ignem porticibus, proximoque Virginis Templo, quod in Turri appellabamur, iniicit. Quibus incensis, tandem scelere ac sanguine imbutus Basilicam irrupit; non vtique sera execrandi facinoris pœna. Nam vulgata inter suos pestilentia, qua milites, & clarissimi duces perierunt, maturare ab Vrbe non discessum, sed fugam, & sola suorum funera referre coactus est. Aberat Vaticano Alexander, cum ibi sæuiret obsidio, & ad Frangipanum domos periculo vacuas cum Patribus, & aulicis venerat Lateranis ab adibus. Erant enim illa tempestate ad S. Mariæ cognomento Nouæ firmissimæ munitiones in antiquis Cæsarum fabricis constitutæ: *Castellaria* in Thermis Titi, *Colossæum* in Amphitheatro Vespasiani, *Turris Cartularia*, quæ propria Frangipanum iisdem auctoribus nomen dedit, vt illo æuo de *Cartularia* dicerentur: eiusq; vestigia (ait Card. Baronius) *visuntur usque hodie iuxta Arcem Titi ad radices Palatini*. Quam & dixere cū Arcu Titi *Septem Lucernarum*. Ibi tuto degebat Pontifex, paulo post in Campaniam profectus: mansitque Castrum in eius, ac deinceps aliorum fere Pontificum potestate. Verum de Nicolao III. Vrsino Ciaconius subobscura loquitur: *Arcem S. Angeli, Ecclesia excepta, Vrsio fratris filio donauit*. Sed & auctor vitæ Nicolai Renzj *Nicolao Vrsino* plusquam Præfecturam videtur ascribere: cum tamen Renzj, longe agente in Gallia Pontifex, Romanum regimen Tribuni assumpto nomine adeptus, Arces, transitus, pontesque Urbis in sua etiam ditioe habere voluerit. Deiectus quidem Tribunatu ad Arcem statim se contulit, illaque se clausit: deinde clam discessit in Boemiam: septimoq; post anno ab Innocentio VI. ad repetendam dignitatem missus, dein Romæ populari coniuratione obruncatus est. Exinde cum populus eiecto pontificio Senatori septem Ciues Reformatorum nomine subrogasset (quorum iam sublatæ præter duas familiæ, De Capite ferreo, De Gottifredis), ne popularis audacia frenos frangeret, aut Arcem irrumperet aliquando; Pontifex nouum Senatorem imposuit Hugonem Lusignanum Regem Cypri, Reformatorum Magistratum consensim aboleri iussit.

Alexander Pontifex domibus ciuium se defendit.

In vita Nicol. c. 16. & 28. Anno sal. 1347. Auctor eius vitæ c. 20. Ann. 1353. Tabulæ Capitoli- næ, & vetus Statutum M. S. Codex collegij Mercatorum.

Anno sal. 1376.

Arx in potestate Cardinalium Gallorum.

Redijt deinde Pontifex è Gallia Gregorius XI. eoque duobus post annis vita functo, creatus est in Vrbe Urbanus VI. Cum populi metu, qui armis ac tumultu omnia compleuerat quidam Cardinales in Arcem confugere, qua, ne reuocante quidem Pontifice decedere voluerunt. Venerat cum Arx nescio quomodo in potestatem Gerardi Cardinalis Galli, qui Petro Præfecto custodiendam dederat: neq; Pontifex soluta quamuis pecunia ab eodem recuperare potuit. Immo cum profecti ab Vrbe Gallici Cardinales, & aliquot accitis, Pseudopontificem Fundis creassent; Pontifex Urbanus Tibure ad Urbem reuersus, aliquot menses propinquas ædes Transtiberino Virginis Templo incoluit; loco opportuno, & munito, quod Arx in potestate Cardinalium Gallorum esset. Discessit deinde falsus ille Clemens VII. in Galliam, in Campaniam Urbanus: quo

tempore vt probabilis coniectura fert, populus vel pactus cum Præfecto, vel vi exacto eius præsidio ad sese Arcem transtulit : neq; deinceps constat, an Vrbanus de eius potestate receperit. Bonifacius IX. Urbani successor ex Vmbria Romanorum rogatu ad Urbem reuersus cum pendi sibi publica vectigalia mandasset, creassetq; pro arbitrio magistratus, etiam Adriani Molem recepit, quam præfatis fatiscensibus, nouis mœnibus cinxit, munitisque pontibus frenos Vrbi imposuit, & Pontificias opes latius propagauit. Verum Innocentius VII. ad Pontificatum euecto Romani iterum restitui sibi libertatem, reddique Capitolium, pontem Miluium, & Arcem petebant : Mox itum ad arma: ac per absentiam Pontificis occupato Capitolino Colle, ac ponte Miluio, Arcem frustra oppugnant. Nam cohortes Pontificiæ quæ superuenerant, Romanos, auxiliareque eorum copias sudere in Campis Neronianis. Sic recessum ab armis, & pacata deinceps potestas; donec Ioannes XXII. Pontifice Ladislaus Regni Neapolitani Rex Ostia Tiberina expugnata dirutisque muris Constantinianam versus Basilicam, potitus est Palatio Lateranensi tum Ioanne in Hetruriam profecto, Arcem S. Angeli in deditioem accepit, non multo post ipse veneno periturus. Tenebatur Arx absente Pontifice, Ioannæ II. Regina nomine, quæ Ladislao fratri successerat: neque eam Brachius Montonius quamuis acriter obsessam cœpit, qui, Stortia cum Ioanne copijs Urbem porta Flaminia ingresso, pulsus fugatusq; est. Redditur deinde Moles Martino V. Pontifici Eugenio IV. captus quidam Mafius fassus est in questione, sibi in an mo fuisse Arcem S. Angeli dolo capere interfecto Arcis Præfecto, vt Pontifex, & Vrfini ab Vrbe pellerentur. De quo postea sumptum supplicium est. Idem Pontifex, cum orta populi seditione è Transiberino palatio ad fluuium primum, inde secundo Tiberi ad hostia fluminis, tum Pisas, & Florentiam peruenisset: Romani, qui Urbem suos per magistratus regere cœperant, vt Arcem quoque obtinerent, Urbanas cohortes ad eam admouerunt. Sed à Præfecto callido fortique viro deceptis, captisque per simulationem deditioem primoribus Ciuium quicquere. Sub hæc tempora Sixtus IV. antiquarum iam morem renouauit tradendi Cardinalibus Arcis Præfecturam. Christophorus enim primum, tum Dominicus Ruerei Cardinales leguntur ab illo Præfecti Arcis constituti. Adhæc Innocentio VIII. Pontifice legitur Præfectus Arcis à Iuliano Ruereo Cardinali ei muneri præpositus. Quod sane licere illi non poterat, nisi peculiaris eius moderandæ cura Iulianum attigisset. Ennius etiam Verulanus, & Ioannes Vincentius Aquauia Cardinales Paulo III. rerum potente Arcis Præfecti dicuntur fuisse.

At post Innocentium Alexander Borgia, huius nominis VI. in Arcis muniendæ curam intentus, vetus Mausoleum magnis quadratisque lapidibus compactum, opere lateritio excelsius fecit, commodasque Aedes superstruxit. pulcherrimum propugnaculum prostantibus identidem tiburinis quadratis imminens Tiberi, Aelioque ponti erexit: tutas deniq; munitiones constituit, quibus ipse sponte se aliquandiu tenuit, ingresso

Anno sal.
1392.
Recepta,
& munita
à Pontifi-
ce.

In pote-
state La-
dislai Re-
gis.

Reddita
iterum
Pontifici.

Romani
Arcem
frustra
obsident.

Præfecti
Arcis Car-
dinales.

Arx iterū
munitur.

Anno sal.
1494.

in Urbem cum copijs Carolo VIII. Francorum Rege. Mortuo Alexandro Cæsar Valentinus Arcem, quam habebat in potestate aggeribus vallatam, & Vaticanam cum duodecim millibus armatorum circumfedit, ut Patres in Aedibus Pontificijs habituros comitia ad sua vota cõpelleret. Qui cum in Aedem, & Cœnobium Virginis supra Mineruam confugissent, inire Comitia noluerunt, donec egresso cum militibus Cæsare, Vaticano, & Arce recepta, urbanisque cohortibus totam Urbem firmarunt. Cæterum validæ Alexandri munitiones impetum victoris exercitus represserunt, qui Borbonio Duce Vaticanum, & Urbem irruperat, septemque ipsos menses obsidentem retardarunt, donec emissus, seu clam profectus Pontifex libertatem recepit. Fuerat Alexander Farnesius Cardinalis cum Clemente in Arce detentus: tum eius successor vetera per obsidionem quassata refici, noua ædificari, instrui bellico instrumento, superiores Aedes instaurari, picturis ornari iussit. Plura molitus est Pius IV. qui noua mœnia latiore circuitu, porrectis, seseque inuicem tuentibus propugnaculis adiunxit, ut hosti, qui primum vallum intrasset, secunda molis munimenta bellum de integro formidabile occultarent.

Sed quamuis hæc caute prudenterque prouisa, nondum tamen periti rei militaris instructam satis Arcem prædicabant: deque ea munienda nonnulli Commentarios, librosque in lucem edidere ad ostentationem magis ingenij, quam adducendos Pontificum animos, quos longe voluntas abstraxerat. At Urbanus VIII. vix inito Pontificatu operis molitionem aggressus, celeriter magno sumptu perfect. Nam mœnia intuta aduersus tormentorum ictus, elato super terreo AGGERE ad eos eludendos oppleta sunt: perducta latissimam, in altitudinem FOSSA, eoque interfluentis aquæ corriuatus RIVVS sese euoluens in Tiberim: quædam quæ desiderabantur adiecta PROPVGNACVLA, interq; magna pars muri directæ. Camporum retro iacentium elata paulatim accliuitas, ut fossæ crepido æquaret altitudinem mœnium: disturbata circum tecta, & vacuum ab ædificijs patefactum solum. Deiectum propugnaculum lapideum Alexandri VI. quod in medio situm extrema, & angulosa propugnacula, mutuo se tueri, inuicemque bombardas collinearè prohibebat. Quod & Tiberis ALVEVM laxauit. Pons enim Aelius quatuor magnis arcubus, duobus minoribus extremis ripam vtramque coniungit. Horum duos clauserat abstuleratq; Alexandri munitio. Quare fluuius coarctato alueo, transituque, & hibernis aquis crebro intumescens, reliquis arcubus haud facile eluctabatur, ne Urbem inundaret. Quod sane cum timeretur, spondarum partem amoueri semel vidimus. Verum sublato propugnaculo; sui que ponti redditi Arcus minantem Vrbi fluuium, exceptis vndis, iam semel repressere, ne extra ripas effunderetur. Præter hæc æneæ MACHINÆ ad centum, dispari magnitudine conflata, perque muros collocata: DOMVS præfidiario militi, horrea frumento, apothecæ oleo, cellæ vino condendo, receptacula pyrio pulueri, cæteroque bellico instrumento parata: iussæ dispositæque nouæ militum stationes ac vigilæ, addita præter morè cohorte: aditus in Arcem

ligno


Anno sal.
1527.

Paulus
III. munit.
Arcem.

Et Pius
IV. qui nouis mœnibus cinxit.


Urbanus
VIII. Arcem
firmius
cõmunit.
Agger,
fossa, propugnacula
addita.

Laxatus
Tiberis
alucus.



Hh 3

MAVSOLEVM HADRIANI AVGVSTI.





HADRIANI MAVSOLEVM, NVNC ARX S. ANGELI.

ligno mobilique PONTE, solidissima muri compage ferreisq; claustris, & foribus cōmunitus. Eodem studio Pontifex ARMAMENTARIVM Armamē-
tarium in
Vaticano copiosissimum, refertissimumque, quo, si aliqua vis ingruat, maximi exercitus arma in promptu habeantur, instruxit in Vaticano. Nimirum Apes non solum mel conficiunt, sed etiam aculeatæ armantur ad pugnam. Ut quæ præcella de sede Urbana; liquorem sapientiæ, in populos effuderunt, constanti etiam fortitudine timorem prouocantibus inferrent.

Quæ post Leonem IV. ædificata sunt.
Cap. VIII.

Benedicti
III.

SUCCESSIT Leoni Benedictus huius nominis III. qui tectum Basilicæ S. Petri magnis trabibus firmavit, instauravitque: Apſidem S. Mariæ trans Tiberim meliorem in formam erexit: porticum, aliaque circum ædificia restituit. **ÆDEM** SS. Petri, & Marcellini renouato tecto, & circumiectas olim porticus refici iussit. Eius au-

Et Nicolai
I. opera
Tricliniū
pro Ponti-
ficibus.
Aquæ du-
ctus refe-
ctus.

tem successor Nicolaus ad Templum S. Mariæ in Cosmedin renouata Porticu, Secretarium, ac præcipuam domum, in eaque nouum postea Triclinium ædificauit, in quam Pontifices cum vniuersa Curia pro arbitratu diuerterent. Ductus Aquæ **TOCIÆ** (ait Anastasius, quæ sit ex antiquis nisi forte sit Tepula, ego nolim diuinare) iterum reficiendos, dilapsosque riuos in Vrbem reducendos curauit: tum Aquam, quæ olim in Vaticanum deducta, fluere desierat, eiusdem impensa Basilicæ S. Petri, & pauperum gregibus inibi degentibus est restituta. Extruxerat Leo

Anast. in
vita Bene-
dicti, &
Nicolai.

IV. Templum sanctissimæ Virginis **NOVÆ** cognomento iuxta Sacram viam. Hoc Nicolaus picturis egregiè ornauit. Ostiam mœnibus, ne Barbaris pateret, conclusit: turribus, & militum stationibus muniuit.

Auctū La-
teranense
Palatium.

In Patriarchio Lateranensi **DOMVM** pulcherrimam, & Sacellum supremæ Dei Matri splendide instructum condidit. Idem Basilicam (ve refert Anastasius, seu quis alius in vita Adriani II.) *Nicolaitanam adeo luculenter cum tribus Aqueductibus fabrefactis instruxerat, ut omnes Lateranenses Basilicas sui pulchritudine superaret. Hanc Adrianus iuxta votum prædecessoris sui picturis varijs decorauit.* Neque hoc Sacellum à Patriarchio videtur seiungendum.

Platina
Ciacco-
nius.

Consequuta tempora incuriosiore operum memoria defluerunt. Cæterum Sergius III. anno salutis 907. **BASILICAM** Lateranensem, quæ terræmotu concussa Stephano IV. Pontifice corruerat, instaurauit, ornauitque picturis non sine titulo nominis sui. Martinus autem III. triginta quinque post annos religionis studiosissimus **TEMPLA** vetustate collapsa impense restituit. At sub Leone IX. magna pars Vrbis incendio corrupta dicitur, Anno, circiter **ML.** Sed triginta post annis Gregorio VII. Pontifice malum longe luctuosum passa est expugnatione, directione, incendio. Nam cum Henricus III. Imperator Gregorium Ecclesiasticæ libertatis vindicem acerrimum bello persequeretur, venit Ro-

Incendii
Vrbis.

mam cum exercitu, & ab Vrbe Leoniana primum repulsus, eandem, sequenti anno ad obsidionem reuersus Romanis frustra tutantibus, cœpit. Sed à reliqua Vrbe disclusus, & diu conflictatus Tibur recessit, relicto in Castris, rei que bellicæ præfecto Guiberto, seu Clemente Pseudopontifice. Ab eo pleraque ædificia, quibus pepercerat Henricus, aut ferro lacerata, aut igne combusta. Dein Cæsar grauiore belli mole Vrbem ador-

Vrbs Leo-
nina ca-
pta.

tus tandem irrupit: tum explorato, Robertum Guiscardum Puppertias

Roma ab
Henrico
III. capta.
Ann. 1084

Ponti-

Pontifici ferentem aduentare cum inuidio Nortmannorum exercitu, se recepit in Hetruriam, posteaquam dispositis prædijs munitissima Urbis loca instruxisset. Robertus porta Flaminia Urbem ingressus, resistentibus Ciuibus Henrici fœderatis plana Campi Martij, vsque ad Arcum quem Portugallia nominant, incendio consumpsit. Mox Lateranum, & Aedes Pontificias occupauit. Ex ea velut arce Capitolium versus, quod tenebant hostes, ferro, & igne viam aperuit. Quare & illa pars Urbis euerfa: & ipsum Capitolium fere solo tenus æquatum est. Inde Ciuitas prædæ data: & solutus obsidione Pontifex. Duraret hodieque in Caelio Monte, interque ipsum, & Capitolium miserabilis facies prostratæ Urbis, nisi in hortorum vinetorumque amœnitatem Roma resurrexisset, vt perpetua viriditate contegeret vulnera, & ruinas suas.

Antequam hæc omnia gererentur, eiusdem Guiberti opera Cincius Romanus Stephani Præfecti filius sacris operantem Gregorium in Templo Esquilina Virginis captum, & in Parionis regionem deductum turri incluserat. Sed postridie Populus Romanus, sumptis armis, assertoque in libertatem Pontifice, audacissimi hominis Aedes turrimque euerit, publicatis insuper bonis; pulsaque ab Vrbe familia naribus mutilata. Petri etiam Frangipanum domum Gregorio I X. rerum potiente Pontificia factio cum Turri, quæ Cancellaria dicebatur, euerit. Petrus enim Gregorium Urbis aditu prohibuerat. At Corsorum, Romani potentisque generis AEDES sub Capitolio insignes ab Henrico exusta, ac solo æquata sunt, quod pro Gregorio Corsi fideliter, fortiterque pugnabant. Sed firmiores aliæ ab iisdem extructæ, in quibus Gelasius Pontifex se tutatus est, cum ante ad Bulgamini domum clari item Ciuis confugisset. Nec postea Innocentio II. cum vim Anacleti declinaret, aliud in Vrbe subsidium paratum est, præter Corsorum, & Frangipanum domos. AEDES item Petri Leonis quibus Capitolij rupes imminebat, tum nobiles fuere. Multas autem priuatorum Ciuium illa tempestate in Vrbe munitiones fuisse argumento est; quod Alexandri III. hostis Federicus Roma discessurus, cæteros quidem ad suas partes traduxit: Frangipanes vero pluresque alios nobiles Ciues, qui præcellis se turribus, ac munitis Ædibus clauerant, non potuit abducere à Pontificis fide.

Barón. an-
no 1167.

Sed vt opera Pontificum persequar Paschalis II. quindecim TEMPLA Romæ scribitur consecrasse: inter quæ fuit Aedes quatuor Coronatorum in monte Caelio cum reliquis eius regionis ædificijs diruta: multorumque Sanctorum corpora sub Altari cõposuit: quæ paucis ante annis Garzias Cardinalis Millinus, cum, apside muris, picturisque renouata, Aram pulcherrimam locaret, in eodem loco religiosè composuit. Callixtus item II. multas in Vrbe Aedes sacras vetustate collapsas restituit: Aquam induxit: S. NICOLAI Ecclesiam in Palatio ædificauit. Innocentius II. Aedem S. ANASTASII ad Aquas Saluias nobili Cœnobio amplificauit. Apsidem S. MARIÆ trans Tiberim musico opere, quod hodie extat, crustauit: Lateranensem Basilicam nouo tecto contexijt: Palatium vero cubiculis auctum pictura colorauit. Caput Basilicæ S. PAULI qualatum,

Innocen-
tij II. ope-
ra.

fatum, & casurum solidissima murorum compage sustinuit, quod deinde Honorius III. vermiculatum figuravit: atque eiusdem Basilicæ teſtum magna ex parte restituit. Quo tempore Aedes S. LAURENTII in Lucina renouatur, consecraturq; ab Anacleto Pseudopapa, Anno MCXXX, vt tabula marmorea in aditu dextrorsum Aedem ineuntibus indicat. Eodem tempore Gerardus Cardinalis S. Crucis in Hierusalem qui postea creatus Pontifex Lucius II. dictus est, Templum illud instaurauit, & Cœnobium: in eoque claustrum cum tabernis, & officinis, & Canoniorum inibi degentium cellis exædificauit. Eugenius etiam III. dicitur vetustas fabricas reparasse, nouas excitasse. PORTICVM quidem Basilicæ Liberianæ aut nonam extruxit, aut splendide restituit, & ad initia Templi referenda tessellulis multicolores induxit effigies. PALATIUM apud S. Petrum à fundamentis erexit, magnificum certe, & amplum, & Pontificum vsui futurum, si quando Vaticanum incolerent. Itaque Adrianus IV. coronato Federico I. Imperatore, cum ille in castra se recepisset ipse in propinquum Palatium S. Petri diuertit; cum antea Anathasius IV. ÆDES egregias apud Pantheon suo, & successorum commodo fabricarit, qui sane multa ad Urbis ornatum destinauerat, nisi citamors interuenisset.

De ea Ba.
ron. eo-
dem ann.

Porticus
S. Mariæ
Maioris.
Palatium
Pontificū
apud S.
Petrum.

Annua
pensio ad
reficien-
dos mu-
ros.

Aragoniz
Rex Vati-
canis Ae-
dibus ex-
cipitur.

Innocen-
tij III. ima-
go, & o-
pera.

Nofoco-
mium ce-
lebre S.
Spiritus.

A Clemente III. qui annuam pensionem muris reficiendis populo Romano sponderat, claustrum Cœnobij S. Laurentij extra muros factum est: in Templo pictura lapidum coloribus simulata. Palatium Lateranense non mediocri sumptu restitutum, & amplificatum; Cui & cubicula Cœlestinus IV. postea adiecit atque egregias ÆDES in Vaticano ijs fortasse, quas Eugenius III. fecerat adiunctas extruxit. Quantum autem iam tum esset palatium Vaticanum iudicio est, quod Petrus II. Aragoniz Rex ingenti comitatu veniens ad Urbem, vt per manus Innocentij III. regni coronam acciperet, Pontificijs ædibus in Vaticano exceptus est. Eius portò Pontificis quædam egregiè structa referuntur: ornatū Altare S. Petri: eiusque Basilicæ APSIS musiuo opere elaborata. Huius operis tamquam index, eiusdem Innocentij imago adhuc superstes viuit. quam diruto veteri Templo è summa testudine detractam, ponè radiata cum columba referuarunt. Eam Clemens VIII. Lothario Duci Poli dono dedit, vt ad illustrem stirpis memoriam custodiret: qui muro Sacelli S. MARIE cognomento Candidæ in Polensi foro, inserendam curauit. Porro innocens columba ideò comitatur Innocentium, quod in eius, cum assumeretur ad Pontificatum, humerum subuolarit. idque testatur de eius vita manuscriptus liber. Idem Pontifex Aedem S. SIXTI collabentem restituit. Duas in Vrbe Hospitales domos condidit. Alteram in Cœlio monte redimendis captiuis, cuius extimi parietes hodieque visuntur ad Hortos Matthæiorū, vico interiecto, quod SS. TRINITATIS Redemptionis Captiuorum nuncupauit. Alterum in Ciuitate Leoniana S. SPIRITVS nomine, celebre magnisq; auctum prouentibus, quo peregrini, ægroti, vulgo concepti, orphani, pueri, puellæq; alerentur. Fundatoris gloriam comitantur insignia Comitum in amplis loci depicta portici-

ticibus. Idem TVRRIM, quam Comitum nuncupant in Suburra, extruxit. siue antiquitus lapide quadrato extractâ coctili laterculo operuit Marchionne insigni suæ ætatis Architecto, ad itabiliendam, vt ferebat mos illorum temporum, familiæ vel securitatem, vel magnitudinem. Iam tum enim in ea vicinia Comites domos sedesque fixerant: quarum hodie aliqua pars superat, quamuis pridem splendore amisso viles in vsu conuersa. Ex eadem Comitum gente Gregorius IX. Innocentij vel æmulatione, vel quouis alio consilio TVRRIM, vulgò Militiarum in summo Quirinali iugo Aemilij Pauli vetustæ fabricæ imminentē erexit. Idem Pontifex musiuas imagines fronti Basilicæ Vaticanæ affabre induxit, non sine sua ipsius effigie. Quam Paulus V. vt Templum perficeret, vetustos parietes demolitus, conseruatam eidem Duci Poli donauit, vt apud se, eadem atq; alteram cura haberet. Isque eodem in sacello Candidæ Virginis Poli reposuit.

Turris Comitum.

Turris Militiarum.

Honorij III. opera.

Aedes S. Bibianæ refecta & ornata.


Nosocomium, & Templum S. Antonij.

Nosocomium in Laterano.

Templum S. Constantiæ dictum, ornatumque.

Cæterum Honorius III. è gente Sabella Innocentij successor Cœnobium S. LAVRENTII extra muros instaurauit, & Templum B. Martyris. Cuius contentionem Franciscus Card. Boncompagnus cancellis quæ marmoreis, quæ inauratis præseptam: tabulis etiam è marmore variam in speciem segmentatis decorauit. PORTICVM præterea Honorius marmoreis, & in spiram striatis sultam columnis, musiuo, & picturis ornata apposuit. Aedem S. BIBIANAÆ cum Cœnobio Monialium refecit. Quam inter vinea fere sepultam Vrbanus VIII. renouatis parietibus, extracta porticu, Ara marmore, laqueari murisque pictura vestitis: patefacta, & vmbrosis arboribus ad amœnitatem consita via: disturbatis, qui aditum intercludebant, prisca Aquæductibus arcuatis, magnificè restituit. Honorius autem præter hæc, condito S. MARTINI Cœnobio Ecce esia sanctorum Vincentij, & Anastasij consecrauit. Idem Cardinalis Camerarius æneas FORES, quæ in Basilica Lateranensi videntur antea faciendas curauerat. Sed cum illi Gregorius IX. in pontificatu successisset, florebat in Vrbe nobilitate ac potentia Iacobus Capocius, qui Aram, & Aræ imminens tessellatum è marmore tabernaculum columnis elatum in Basilica Esquilina composuit, Petrus autem Capocius Cardinalis propinquum illi NOSOCOMIVM, Templum, & Cœnobium S. Antonij moriens extrui mandauit. Per id tempus Bobonis, & Aegidij nobilium Romanorum domus, quod a Pontifice dissentirent, ab eius fautoribus euersæ. Porro Gregorius præter ornata, vt dixi, Vaticanam Basilicam, veteres CLOACAS repurgauit, nouas substruxit. Arcam Lateranensem quorundam domibus, turribusque disturbatis laxauit: Patriarchium auxit: Ingens NOSOCOMIVM illi propinquum curandis ægrotis fundauit. Alexandri IV. ex eadem Comitum gente, spectata religio Templum olim Bacchi, vt aiunt, testudinatum ad S. Agnetis, sacro ritu expiauit, dicauitque S. CONSTANTIAE. Quod paucis ab hinc annis Fabritius Cardinalis Verallus situ deterfo, picturata marmoreis crustis Ara, dealbatis, circumpictisque parietibus ad eximium cultum reuocauit.

Iam



Pars templi Baccho olim dicati, nūc s̄cæ agneti extra portā p̄iam



Iam vero SS. Adriani, & quatuor Coronatorum Aedes restituta, cum tectō Oratorij S. Syluestri, & aula Lateranensis Urbani IV. opera sunt. Sed in Laterano plura molitus est Nicolaus III. genere Vrsinus. Nam Basilicam Constantinianam renouare aggressus, quod opus antea ceptauerat Adrianus IV. Aedes Lateranenses ab Adriano item inchoatas perfecit. Iisdem in Aedibus SACELLVM Sancta Sanctorū à fundamentis condidit musuo crustisque marmoreis coopertum, priore iam vetustate collapsō: eoque SS. Petri, & Pauli Capita contulit, donec Basilicæ Constantinianæ restitutio absolueretur. Qua peracta in Templum solemni supplicatione Populi Romani capsulis argenteis inclusa retulit, & in Altari excelso, septoq; inauratis cancellis reposit. AEDES idem apud S. Petrum percōmodas statuit, quas deinde Nicolaus V. magna impensa restaurauit. HORTOS Pontificios inibi muris in Urbis modum cinxit. Basilicam S. Petri, quam fere vetustas confecerat, reficiendam locauit, pingendamque in Zophoro coronæ ad viuum expressis summorum Pontificum imaginibus. Idemque in Basilica S. Pauli præstitisse fertur. Honorius autem IV. egregias Aedes apud S. SABINAM, quarum vestigia supersunt, cum in Auentino habitaret, extruxit: cumque multis Romanorum vt in eo colle ædificarent tenderentque, exemplo esset, breui mons ipse factus est incolis, domibusque frequentior. De Nicolao IV. sic Platina: *Apud S. Mariam Maiorem habitauit, quam BASILICAM ipse una cum Iacobo Columna restituit, vt in fornice maiori apparet; vnde Saluatoris, ipsiusq; Pontificis, ac Iacobi Cardinalis imago ex opere musuo adhuc cernitur. Idem quoque Pontifex, anteriorem, posterioremque partem Basilica Lateranensis restituit, ornauitq; opere vermiculato, quemadmodum litteræ ipsa indicant.* Bonifacius VIII. Basilicam Vaticanam in qua humari voluit, excoluit plurimum, & suggestum cum porticu Lateranensi Templo subiecit.

Laterana
Basilica
exornata.

Aedes pō.
tificiæ
apud S.
Petrum.

Honorius
IV. habi-
tat in A-
uentino.

At Clemente V. qui iam Romanam sedem in Galliam, Auenionem, transtulerat, id præter cætera infausto prodigio Romæ fuit; quod fortuito incendio arsit Constantiniana Basilica, corruitque: Porticus, Patriarchium, & circumcirca Aedes omnes præter Sacellum Sancta Sanctorum exusta sunt. Improvisæ calamitatis nuncio indoluit vehementer Pontifex, quod datæ ea super re ad Regem Siciliæ testantur litteræ, quibus petit, vt cæsis in eius ditione trabibus, materia in Urbem conuehatur. Ad hæc missa magnæ vi pecuniæ, atque indulgentias piè dilargitus sumptum in id opus facientibus, Templum celeriter æquè ac luculenter restituit; Benedictus XI. tectum Basilicæ Vaticanæ magna impensa sarcinuit: quo Pontifice NOSOCOMIVM Incurabilium ex legato Petri Columnæ Cardinalis fundatum erectumque est.

Romana
sedes Aue-
nionem
translata.
Anno sal.
1308.
Basilica
Lateranē-
sis incēsa.

Innocentio VI. *Templum Lateranense (ait Ciaconius) casu fortuito incenditur. nescitur tamen quid obstitit quo minus Innocentij iussu restitueretur. Nam ad Urbanum V. (eius successorem) scribit Petrarcha, Lateranum adhuc iacere, & Ecclesiarum omnium Matrem tectō carere.* Hac ille. Sed nisi aliud afferatur, ijs verbis Francisci Petrarchæ nullum

ineſt

ineft noui incendij argumentum. Vnde enim tam crebra conflagratio? Hanc verò postremam Platina, Onuphrius, & alij nescierunt. Quare, Urbano Pontifice, Lateranense Templum non causa iterati incendij tecto caruit, sed quia cum resciceretur, per obitum Clementis V. & successorum absentiam non perfectum omnino fuerat, & aliquis angulus adhuc Cælo patebat. Huius rei luculentus testis idem Petrarcha est, versu scribens ad Clementem VI. qui ante Urbanum, & Innocentium Pontificatum gesserat. Idque ibi, loquente Roma, narratur; nempe tecto carere Lateranum: sed causa refertur in flammis, quibus Clemente V. Basilica

S. Pancratij caput sudore, ac lacrimis manat.

Capita Apostolorum in Ara Basilicæ Lateranensis reposita.

conflagrauerat. Eo quippe incendio caput S. Pancratij, quod in ea seruatur, tres dies sanguineo sudore, ac lacrimis manauit. Id cum cæteris quæ acciderunt, Poeta commemorat. At quis perfecit? nam neque Urbanus, nec alius nominatim refertur. Fecisse tamen, si opus erat, Urbanus credendus omnino est, qui Romam reuersus CAPITA APOSTOLORVM quæ sita, & in Sacello Sancta Sanctorum inuenta in maiore Ara Basilicæ Lateranensis venerabunda totius populi celebritate collocauit. Idem cum in Vaticano sibi sedem delegisset, propinquum Templo Palatium partim collapsum, partim propediem collapsurum restituit, instruxitque hortis, & viridarijs: tum in Galliam iterum reuersurus, si per mortem licuisset, nauigaue.

Aedificia Romana post reuersionem Pontificis è Gallia. Cap. IX.

Citata Epistola ad Urbanum V.

QVO in statu res forent urbanæ scripsit ad Pontificem Franciscus Petrarcha: *Iacent domus, labant mœnia, Tempora ruunt, sacra pereunt, calcantur leges. & paulo post: Lateranum humi iacet, & Ecclesiarum Mater omnium tecto carens ventis patet, ac pluuijs. Et Petri ac Pauli sanctissimæ domus tremant: & Apostolorum quæ nunc Aedes fuerat, iam ruina est, informisq; lapidum acruus, lapideis quoque pectoribus suspiria extorquens. Idem alio loco: Romam longa suorum Pontificum, ac Principum absentia extenuatam, & attritam, ac pæne consumptam dolens fateor. cuius uastitas, &c. Idem ad Clementem VI.*

Ad eundem lib. 9. simil. Epist. 1.

Misera Urbis conditio ablente Pontifice. Pontifex redit ad Urbem.

*Quot sunt mihi Tempora, quot arces
Vulnera sunt totidem. crebris confusa ruinis
Mœnia reliquias immensæ, & flebitis Urbis
Ostentant, lacrymasque mouent spectantibus.*
Idem Benedicto XII. inculcauerat. Gregorius igitur XI. Urbani successor Auenionem Romam rediens secum speciem tulit, & salutem Urbis, Anno MCCCLXXVI. *Mœnia, inquit Platina, & Basilica, & publica, ac priuata aedificia ubique ruinam minabantur. Quæ certe magna ex parte restituit; ut turris suo iussu aedificata ad S. Mariam Maiorem indicat. Sed duos post annos intemptiua morte sublatus, multa, quæ cœperat, absol-*

absoluere non valuit. Venerat cum eo Romam Petrus de Luna Hispanus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, qui postea Antipontifex Benedictum XII. se appellauit. Hic cum habitaret in Aedibus S. Apollinari propinquus ad Turrim vulgò Sanguineam easdem suo sumptu magnifice instaurauit. Urbanus VI. Gregorij successor varijs perturbationibus distentus nullum lapidem mouere potuit. Bonifacius IX. propensissimus ad excolendam ædificijs Vrbem fuisse dicitur. **ÆDES** Senatoris in Capitolio: nonnulla in Vaticano, vt eius stemma demonstrat: alia alibi, præsertim in Adriani Mole construxit, quam tutissimam reddidit.

Ex nobili familia de Sâguineis, quæ defecit. **Ædes** Senatoris in Capitolio

○ Nec tamen diu afflictâ Ciuitas satis se ex præterito malo recreauerat. Cum inter dissidia schismatis iterum discedente Pontifice carere coacta est. Et Martinus V. celsi generis Columna tandem reuersus adeo disruptam, & vastam inuenit, vt nulla Ciuitatis facies in ea videretur. Collabentes vidisses domos, collapsa Tempia, desertos vicos, cænosam, & oblitam Vrbem. Quare permotus Pontifex optimus animum ad exornandam Ciuitatem adiecit. Porticum S. Petri iam collabentem restituit, & pavimentum Lateranensis Basilicæ opere Vermiculato perfecit, & tessellatam ligneam eidem Templo superinduxit: picturamq; Gentilis, opus pictoris egregy inchoauit. **Ædes** præterea ad duodecim Apostolos restituit, vbi & annos aliquot habitauit. Huius autem studia Cardinales sequenti titulos suos ita certatim restituunt, vt iam aliqua facies redijse Vrbi Roma videretur. Hanc ob rem Ciuitas ipsa eum non modo summum Pontificem, verum etiam Patriæ Parentem appellauit. Iulianum Cæsarinum seniore Cardinalem Martinus dixit, qui **ÆDES** Ducum Cæsarinorum fundauit: Iulianus iunior Cardinalis perfecit ornauitque. Eiusdem apud Turrem Argentinam insignis porticus amœnis hortis adiungitur.

Platina.
Martinus V. Vrbem restaurat.

Eugenius IV. per diu absens ab Vrbe fuit. Cum postea redijset Tempia reficere, atque ornare non destitit. Nam **BASILICAS** S. Petri, S. Pauli, Lateranensem, Liberianam, S. Sebastiani, S. Susannæ, Pantheon instaurauit, plateamque eius patefecit, & instruxit. Sacellum in Palatio Vaticano etiam instaurato condidit. **Æneas** S. Petri valuas fieri iussit, quas Paulus V. longiores refecit.

Ædes Ducum Cæsarinorū.

Eugenius IV. ædificia restituit.

Ea tempestate spectabilis in purpura vixit Dominicus Capranica, quæ illi Martinus V. designauerat, tribuit Eugenius. Is Romæ sibi domum extruxit: quam deinde doctrinarum studio iuuenum cœtui legauit, eisdemque alendis annuos redditus. Angelus porro eius frater à Pio II. creatus Cardinalis domum illam incoluit: sed ne Dominici iussio irrita esset, Collegium ei coniunctum, quod **CAPRANICVM** appellant, magnificentius ædificauit.

Ædes Card. de Capranica.

Et Collegium Capranicense.

Ab eodem Eugenio renunciati sunt Cardinales Bessarion, Trapezuntinus, Guilelmus de Broutevilla, Ludouicus Mediarota, seu Scarampus, Ioannes de Turretremata. Habitauit Bessarion ad SS. Apostolorum: de que ed Platina in eius Panegyricis *Ædes* sacras, aut instituit, aut collapsas vetustate refecit. Quod indicat Templum Apostolorum in Vrbe, vbi Sacellum sibi condidit, & secessus cryptæ ferratæ Beate Virgini dicatus. **Domum**

Bessarionis Card. Sacellum, & **Ædes**.

S. Augu-
stini Tem-
plum.
Aedes S.
Apollina-
ris.

Collegiū
Germani-
cum.

Templum
S. Mariæ
supra Mi-
neruam.

Campus
Floræ.

Cœnobiū
Turris Spe-
culorum.
A specu-
lis, ut aiūt
Turri im-
positis.

*mum quoque sibi parauit ita dignitati, & facultatibus congruentem, ut ne-
que melius quisquam, neque modestius in Vrbe habitet*, Guilelmus nobi-
le Templum S. AVGVSTINI sed nondum defœcatæ architecturæ, Si-
xto IV. Pontifice Maximo à fundamantis erectum amplissimis muneribus
donauit. Basilicam S. Mariæ Maioris ductis læua, dextraque fornici-
bus restituit. *ÆDES* Templo S. Apollinaris adiunctas extruxit: quas
deinde Hieronymus Capiferreus Cardinalis resectas marmore picturif-
que decorauit: tum Cardinalis Ioannes Baptista Pallauicinus ingenti vl-
tra Templum accessione sutorum officinis imminente ampliari cœpit,
nec perfecit. Eas demum Gregorius XIII. instituto ab se COLLEGIO
GERMANICO habitandas dedit. Templum præter quotidianam, ac-
curatamque sacrorum curam, illustri argenti, vestiumque lauto instru-
mento, & diuinis precibus concentu iustico peritè concinnèque emod-
ulatis per dies totius anni festos, Principibus Ciuibusque celebratur as-
sidue. Germanica porrò, & Hungarica luuentus, quæ in spem tuendæ
propagandæq; fidei educatur, domi pridem consignatum exemplar cul-
tus religionum, ac doctrinæ ipsa per sese exprimit: quod deinde transfe-
rat in patriam sordibus hæreticæ improbitatis oppositum. Neque hoc
loco eiusdem Hieronymi, quamuis ad posteriora Pauli III. tempora,
referatur, magnificentia excitandis peramplis ac pulcherrimis Aedibus
omittenda est: quas Farnesianis propinquas, Romæq; semper laudatas,
nuper Cardinalis Bernardinus Spada magno coemptas miram in speciẽ
composuit. Ioannes de Turrecremata Templum S. MARIÆ supra Mi-
neruam camerauit, textitque media testudine cui exædificando alij quo-
que Romani Principes impendium fecere. Nam Odaum, postea rese-
ctum, Sabelli: Arcum fornicemque Aræ primariæ imminentem Caieta-
ni: Templi faciem Vrsini posuere. Idem porro Ioannes atrium, quod
claustrum vocant à fundamentis conditum picturis illuminauit. Nunc
vero exornato Secretario, magna, ut dicebam, & eleganti absoluti ope-
ris fabrica Cœnobiū augetur. At Scarampus CAMPVM FLORÆ,
quod nomen à Flora Pompeio cara non duxerim, neglectum atque in-
equorum pascua herbosum ac viridem lapidibus strauit, solo utique fec-
cundiore, ut in eo deinceps nundinæ mercimonia depascerent, & florent
siliceo in Campo forum Floræ. Aedes idem iuxta Basilicam Sancti Lau-
rentij in Damaso magno sumptu absoluit.

Eiusdem Eugenij beneficio fundatam ab se Oblatarum Virgini Matrī
familiam FRANCISCA Romana sanctitate celebris coegit in Aedes
prope Capitolium institutas. TURRIS SPECVLORVM Cœnobio
nomen est: quod loco ante impositum conseruauit. Turrita nempe al-
titudine ac securitate Virutum, quarum fulgor tamquam speculo reper-
cussus longiùs funditur, & propagatur illustriùs. Hoc sane ut inclusa An-
nunciata Virginis, ac perornata Aedes nobilitauit: ita magnopere auxi-
e non minus virginalis præstantium sceminarum, quam adeptæ iam coniu-
gio soluta nobilitas.

Iam vero Nicolaus V. Eugenij successor ædificauit magnifice ac splē-
didæ:

dide: oblata quoque pecunia multos in Vrbe ædificantes iuuit. Ipse quidem **ÆDES** Pontificias in Etquilij prope Basilicam Maximæ Virginis condidit; quæ aliquot ante annis, detertæ iam ruinosisque parietibus, priuatas in domos non sine ciuili cultu conuersæ sunt. Templum **S. STEPHANI** in Cælio monte, noua ædificatione restituit. Hoc summo Eremitis è Pannonia olim Romam profectis, eiuque redditus Collegio Germanico, & Hungarico tradidit Gregorius XIII. Tum vero circumductis pictura innumeris Martyrum triumphis excultum est: vt introeuntium obtutus alliciat, & pascat pietatem. **S. THEODORI** Aedes sphaerica inter Capitolium, & Palatinum in veteri Romano Foro, eiusdem Nicolai opus est: **PANTHEO** quoque plumbeum operimentum, quod septingenti post restitutionem anni consumpserant, restitutum: **ÆDES** Pontificiæ Vaticanæ sumptuosis operibus amplificatæ: inchoata ad caput Basilicæ Sancti Petri per ampla, & circumflexa testudo: **PONS** Miluius instauratus: Vici Vrbs fere omnes lapidibus strati: **BIBLIOTHECA** Vaucana ab eodem viro mutarum literarum, & litteratorum studio munifice aucta; Vrbs Leonianæ relecti muri. Demum Nicolaus, vt sepulchri monet Epigramma:

RESTITVIT MORES, MOENIA, TEMPLA, DOMOS.

Idem **AQVAM VIRGINEM** multo ante dilapsam, mutato nomine, **Triuiam** Vrbi reddidit. Id docet Fonti addita Inscriptio:

NICOLAVS V. PONT. MAX.

Post illustratam insignibus monumentis Vrbe

Ductum Aqua Virginis vetustate collapsum

Sua impensa in splendidiorem cultum restitui

Ornarique mandauit

Anno Domini Iesu Christi MCDLIII.

Cui deinde rursus restituendæ ducendæque Sixtus IV. plurimum opis ac sumptus contulit. Extat, in Arcuductus, propè Fontem, vetus Aquæ Virginis inscriptio quæ à Donato, suo loco, præterita hic recentenda est.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS
GERMANICVS. PONTIFEX. MAXIM. TRIB. POTEST. V.
IMP. XI. P. P. COS. DESIGN. IIII. ARCVS
DVCTVS. AQVAE. VIRGINIS. DIST. RBATOS. PER
C. CAESAREM. A. FVNDAMENTIS. NOVOS. FECIT
AC. RESTITVIT.

Latinum Vrfinum, Philippum Calandrinum, Nicolaum de Cusa Germanum præter cæteros, Nicolaus dixit Cardinales. Latinus Templum **S. SALVATORIS** cognomento in Lauro inter egregia Romæ opera, visendum fundauit: Cœnobium Templo adiunxit. Philippus Calandrinus **ÆDES** ad **S. Laurentij** in Lucina, quas Ioannes Morinensis Cardinalis

Aedes ad
S. Laurētij
in Lucina.

nalis ante ampliauerat, auxit. Auctæ etiam ornataque sunt à Ioanne Baptista Cibo, postea Innocentio VIII. & Georgio Costa Cardinali Lusitano: vnde & propinquus Arcus Flaminia viæ impositus Portugallia cognomen assumpsit. Sed paucis ab hinc annis Michael Perettus Sixti V. nepos Venafri Princeps munificè ædificare aggressus, earumque parte absoluta, aliam morte præuentus imperfectam reliquit.

Templum
S. Priscæ
restitutū,
& ornatiū.

Callistus III. triennalis Pontifex quod pecunias in vsum Turcici belli contraheret, exiguos in ædificando sumptus fecit. Restituit tamen diruta Urbis mœnia, & S. PRISCÆ in Auentino Templum: Quod Clemente VIII. Pontifice rursus instauratum ornauit Benedictus Cardinalis Iustinianus: cuius, & Crescentiorū Aedes spectantur prope Pantheon, ac Thermas olim Alexandrinas. Pius II. Turcico item bello adornando intentus ædificandi tamen studio delectatus, SCALAS Basilicæ Vaticanæ

Quædā Pij
II. opera.

vetustate dilapsas renouauit: ad eas simulacra marmorea SS. Petri, & Pauli, quæ visuntur, imposuit. Aream pro Templi foribus sternere parabat: porticum, vnde Pontifex populo benediceret, inchoauit, Paulus II. Aedes adhuc Cardinalis ad S. Marci, amplissimas extruere cœperat: quas deinde cum Pontifex ædificaret ex Amphitheatri ruinis (vti postea Raphael Riarius, & Alexander Farnesius fecisse dicuntur) statuas veteres tota Vrbe conquiritas eò transferendas curabat: absolutas solemnibus ludis, cursu præsertim in subiecta via datos Bachanalibus ferijs insigniri voluit. Oliuerius Carrafa à Paulo dictus Cardinalis religione ac munificentia insignis Templum S. LAVRENTII extra muros laqueato tecto picturis, & auro exornauit. Maiorem partem Templi Virginis AB ARACOELI: IN ÆDE SS. Syluestri, & Martini multa restituit. Canonicis Regularibus COENOBIVM struxit: quibus è Lateranenſi Basilica translatis Sixtus IV. Templum ædificauit: quod Magnæ Virgini ARBITRÆ

Palatium
S. Marci.

Tēpla S.
Laurentij
extra mu-
ros, ab A-
ra Cœli.
S. Mariæ
de Pace.

PACIS dicatum, nec plane absolutum Innocentio VIII. perficiendum reliquit. Ei nuper Riualdi apsidem, cum Ara principe adiecerunt egregijs picturarum, & marmorum operibus instructam. Verum Sixtus monumentis publicis reparatis aut extructis totam Urbem excoluit. Nam (quæ fusius narrat Onuphrius) vt eam à situ cœnoque vindicaret vias muniit, & lateribus strauit: porticus ac mœnia, quæ deformia, trabibusque nixa, ac fere continuata prostabant è domorum parietibus vicofque inobscurabant, deiecit. PONTEM veterem Ianiculensem pridem ante disiectum, quem ruptum dicebant, publicæ commoditati, decorique à fundamentis Tiburtino lapide restituit, suoque nomine SIXTVM

Nosoco-
mium S.
Spiritus.

vocari iussit. Nosocomium S. SPIRITVS obsoletum ac sordidum, ac vetustate pœne collapsum vsque ad solum diruit, & pulcherrimis ædificijs in meliorem, amplioremque formam ampliavit. Pueris expositis puellisque, quas nobiles dotauit, sedes in eo habitandas impartijt. Nobilibus quoque seorsum à promiscua plebe loca idonea decentiq; apparatusu attribuit. Nobilem Aedē S. MARIAE POPVLI cognomento, ad muros Urbis, & eiusdem nominis Portam, cum Cœnobio Ordini Augustinianorum posuit à fundamentis. Aedem quidem ante Virgini condi-

Aedes S.
Mariæ Po-
puli.

tam

tam constat à Paschale II. repurgato expiatoque loco, quem funestare credebantur cineres Neronis. Sed iam pœne defecerat; nisi è suis quodammodo cineribus & ipsa resurrexisset. Basilicam D. Petri in Vaticano idem Sixtus marmoreis, & vitreis fenestris illuminatam, tum sinistro latere corruentem noua parietum soliditate firmavit. Basilicæ quoque Constantinianæ latera strauit: Palatium Lateranensem ruinofam refarciuit. Multas per Urbem sacras Aedes vetustate labefactas sub annum Iubilæi MCDLXXV. reficiendas curauit. Muros item Urbis, multis locis temporum iniuria collapsos. Ductus AQVÆ VIRGINIS pœne contractos perpetuo fornice à monte Pincio ad Triuij fontem cum aqua perduxit. Cloacas Urbis repurgauit, & substruxit. M. Aurelij statua in æneâ equestrem, & olim inauratam humili ac sordido loco iscentem in area Lateranensi augustiore loco reposuit: quam postea Paulus III. in area Capitolina, pulcherrimæque basi parij marmoris collocauit adhuc ferentem spiritus inuictatæ artis. Aedes Pœtificiæ in Vaticano deductis amplissimis porticibus ab eodem Sixto renouatæ. Prætorianis Heluetij Pontificis, & Palatij custodiæ ab eo primum delectis: Magistratibus insuper, alijsque aulæ munera obeuntibus, sedes quibus commode habitarent, conditæ. BIBLIOTHECA VATICANA toto terrarum Orbe celeberrima aduectis ex omni Europa voluminibus constituta; certi prouentus, vnde emerentur Libri: Custodes & Librarij Græci, Latini, Hebraici, alerentur, designati. Opus sane dignum Pontifice, ac Religionum magistro: successoresque Pontifices strenue permouit, vt pro se quisque eius dignitatem augerent. Neque ante illum Benedictus III. Martinus V. Nicolaus V. Pius II. Bibliothecæ parandæ curam deposuerant. Sed eos operis instruendi voluntas, non peracti laus fuerat consequuta. Tentatum ergo à pluribus fecit Sixtus IV. exactoque post seculo, quasi ex integro redorditus iterum perfecit Sixtus V. Nam quæ Aedium Pontificiarum longissimum atrium Collis Vaticanus modicè decliuus duo veluti cornua comittit, nouum ipse ædificium, quo atrium diuideret, deduxit. Hic præter Bibliothecæ imensum Conclauem, cuius fornitem lateritiæ pilæ è medio surgentes sustinent, alia subeunt minora libris item referta. Tum Librarijs & Custodibus, ipsique Bibliothecæ Præfeto Cardinali idoneos cubiculorum ordines parauit, vt e secedere pro arbitratu posset. Habet ædificij exterior paries imagines super albarium nigro illitum, stylo ferreo exaratas: interiorem coloribus pictura conuestit. Ibi Armariæ secundum parietes libros dispersitos pluteis recondunt: Quamquam hi pilis etiam appositis scannorum instar intercurrunt: molli acciuitate lectioni scripturæque percommoda, librisque super iacentibus. Codices membranis manuscripti, antiquissimi, innumerabiles: adiunctus, & typis cusi. Adiecit Paulus V. tabularium, quo Pontificia diplomata continerentur. Urbanus VIII. Palatini à Rhenum ditione pulsi celeberrimam Bibliothecam vsque ad Adelberga Germaniæ Vrbe translatam magno sumptu, ornatuque composuit; tantibus videlicet codicibus, quod mutatis fortunato velut exilio sedibus, è caluiniano impietatis domicilio

Basilica
S. Petri.Et S. Ioan-
nis, & Pa-
latium.Aitæ Ae-
des Sacra
Muri Vr-
bis.Aqua Vir-
go.Statua M.
Aurelij
Impera-
toris.Aedes Pœ-
tificæ.Prætoria-
norum,
aliorum-
que.Bibliothe-
ca Vati-
cana.Sixtus V.
Bibliothe-
cam Vati-
canam
côlstruxit.

lio, in Vaticanum, nempe Asylum Fidei confugerunt. At Sixtus IV. tot urbanis ædificijs haud contentus, reliquos Patres sæpe est hortatus, ut pro facultate quisque vel noua munimenta poneret, vel vetera renouaret. Idque à pluribus peractum est. Concludat eius opera simulacro eius in Vaticana Bibliotheca adscriptum Epigramma.

*Templa, domum expositis, vicos, fora, mœnia, pontes,
Virgineam Triuij quòd repararis aquam
Prisca licet nautis statuas dare commoda portus,
Et Vaticanum cingere Xyste iugum.
Plus tamen Vrbs debet; nam quæ squalore latebat
Cernitur in celebri Bibliotheca loco.*

Ædes Petri Riarij
Cardinalis in
choatæ.

Hic vero omittendum non est, quod eodem Pontifice Petrus Riarius Cardinalis in miro sumptu Aedes apud Tempum SS. Apostolorum inchoauit. Id eius in fine admonet Epitaphium: *Qui maiora mente conceperat, & pollicebatur, ut Aedes miro sumptu apud Apostolos inchoatæ ostendunt.*

Ædes Gubernatoris
Vrbis.

Præterea Stephanus Nardinus à Sixto creatus Cardinalis amplas, & pro eius æui artificio eximias AEDES in Parionis Regione condidit, quibus deinde Ioannes Antonius Sorbellonus Cardinalis concinnauit ornatum è marmore. Nunc rursus refectas, & ornatas Urbanus VIII. Gubernatori Vrbis, eiusque tabellionibus, & apparitoribus destinauit. NARDINVM Collegium idem Stephanus alendis ad sapientiam adolescentibus haud longe instituit. Ioannem Millinum è Romana nobilitate ad purpuram Sixtus prouexit, cuius operam in cæteris probatam ad instaurationem Vaticanæ Basilicæ traduxit, probauitque. Ioannis porro germanus Petrus (referente Platina) *splendide in Vrbe edificauit, non longe à Circo Flaminio, quem nunc Agonem à certaminibus appellant, qua illic quotannis fieri consueuerunt. Hæc domus, ut mihi quidem videtur, receptaculum totius Ciuitatis, & Curia est; adeo frequenter eunt, & redeunt qui vel patris, vel filiorum opera indigent.* Hæc ille. Sed perperam circum

In Ioannis
Cardinalis
vita.

Vt il. pro
batum est.
Ædes Millinorum.

Agonis Flaminium nuncupat, qui propius portam Carmentalem, & Capitolium, longe ab hoc Alexandri Circo aberat. Paulum ab eo loco distant alix Millinorum Aedes, in sedilibus veteris Circi conditæ, Nauonizque caueæ imminentes, nouamque adeptæ excelsum, & cultum.

Cancellaria
Palatium.

Per idem tempus Raphael Riarius PALATIVM, quod postea vsui fuit Vicecancellarijs Cardinalibus, inchoauit: cuius siue amplitudinem, qua etiam Templum S. Laurentij per amplum amplectitur: seu peristylum, duplici porticu: ingentes aulas, ac cœnationes: seiunctos cubiculorum ordines, illustria multorum Principum domicilia, pluresque contignationes: seu pulchritudinem spectes, & quadratos lapides vndique ambientes: interiores picturas: lucentes versicolori marmore parietes: splendida successorum Patrum additamenta; iudicabis, etiam in antiquo patriciarum domorum luxu vix aliquid fuisse vel ædificatione magnificentius, vel ornatu sumptuosius. Eodem Pontifice sub Capitolio, in finibus olim Fori Romani, cum quotidie imago magnæ Virginis exiguo in sacello rebus admirandis celebraretur; honestis ciuibus curantibus,

ampliatum, posteaque in celebri Templi formam redactum CONSO-
LATRICI Matri dedicatum est. Eius porro Apfidem Alexander Car-
dinalis Riarius Bononiensis, & principem aram operosius ornatam, illu-
stre tamquam folium parauit, vnde Reginae effigies sublimior fulgeret.
Nosocomium Templo adiunctum piorum eleemosinae posuerunt.

Aedes S.
Mariae de
Consola-
tione.

Circa haec tempora Ferdinandus, & Isabella Catholici Reges nobile
Templum S. PETRI in Ianiculo, Montorium nuncupant, vbi vetusta
Aedes antea colebatur, posuerunt. Fratrum quoque è S. Francisci fami-
lia refectum Cœnobium: impluuioque in medio Apostolorum Principi
eo loci, quo Cruci affixus dicitur, insigne Sacellum excitatum est. Sed
multorum incussu annorum inclinatum editi collis, emotumque solum
superstructa ædificia iam deuoluere videbatur. Cum Philippus III. Hi-
spaniarum Rex ad solidam profunditatem egesta humo, iactisque funda-
mentis, sustinendæ moli murum validum circumegit, areamque præ Tē-
pli facie complanatam laxauit. Ad eam postea corruata è fontano pro-
ximoque castello PAVLA aqua in salientem emerfit. Sed, vt rara est
sine detrimento vtilitas; Aqua eadem, quam Paulus V. XXXV. ab mil-
liario in proximum collis supercilium perduxit, postquam pulcherrimū
in fontem è fornicato specu sese aperuit, iterum occultat sese, struæiles
subter canales humore subeunte. Verum oblatis cuniculis furtim egres-
sus, subterraneos meatus sponte sibi fecerat: diuque inter angusta terre-
strium venarum pertinaci fluctu eluctatus, inferiorem collis partem,
obiectamq; munitionem impulit, magnoque fragore, ac terrore transi-
berinz viciniaz disiecit: imminente vtique Cœnobij ruina, nisi Urbani
VIII. beneficentia subuenisset. Ille aquam suis redditam finibus coerce-
ri, ducique murum longo tractu directum iussit: oneri ferendo parem:
stetitque immobilis mons; vt constaret, quo auctore, loci reli_ionem
stabiliret securitas.

Aedes S.
Petri in
Môtorio :

Iamvero Innocentius VIII. Sixti successor Palatio Vaticano alterum
& ingens PALATIVM addidit, porticu præsertim visendum. Quod po-
stea dirutum partim pronauum, & frōs Basilicæ Vaticanæ occupauit: par-
tim in aream ante Templum subsedit: minima eius parte Aedium Ponti-
ficiarum vestibulo relicta. Idem hortis Vaticanis villam, vulgari PVL-
CHRI VISVS nomine adiecit. Eiusdem opera fuere, qui iam deserunt
plateæ Vaticanæ fontes: Arcus Basilicæ Lateranensis ante Aram maxi-
mam duabus ingentibus columnis effultus: Templum VIRGINIS
MATRIS in Via lata à fundamentis erectum. Eodem Principe Petrus
Gundifaluus de Mendoza tectum, & apsidem Aedis S. CRVCIS instau-
rauit: titulumque venerabilem Crucis Domini effosso pariete detexit.

Aedes &
Atrium
Innocen-
tij VIII. &
eius ope-
ra.

Alexandri Sexti Pontificatus vt bellis frequens, quæ externi Princi-
pes, ac Cæsar filius, tota ferebat Italia, militaribus stipendijs pecunias
insumpsit: ita exornandæ Vrbi parum idoneus solam ARCEM bello
vtilem muniuit. Erat prope Arcis pontem vetus Deiparæ Templum: at-
que ex eo traxerat celebre TRANSPONTINÆ cognomen, Præses ini-
bi degentium Carmelitarum. Id remoueri placuit cum altero S. Angeli, ne

Aedes
S. Mariae
Transpō-
tinae.

munitiones intercideret. At Pio IV, Pontifice, pari fere à ponte, & Basilica S. Petri intervallo, ædificari cum Cœnobio cœptum est: præclarum sane, ac Regina Virgini non sine antiquo cognomine commendata sedes. Cæterum Alexander Aedes argentarijs propinquas, quæ postea Sfortiarum fuere, Cardinalis extruxit: Pontifex Basilicæ Liberianæ laqueare inauravit. Quo tempore Templum nobile S. IACOBO tutori Hispanica natio à fundamentis posuit; subruo veteri, quod cum proximo Xenodochio Alphonfus Paradinas Episcopus Ciuitatensis ædificarat. Tunc quoque Carolus Octauus Gallia Rex alterum SS. TRINITATI in monte Pincio dicitur auspicatus, cum Cœnobio Minimorum Fratrum, admonitu S. Francisci eius familiz Fundatoris tum viuientis. Id vero multorû impensa deinde perfectum est, pontificiæ etiam liberalitatis monimentum. Nam præter alios Gallici nominis, cum à Guiljelmo Maclouienfi Cardinale structura, & Sacello auctum excultumq; esset, Gregorius XIII. præcella fronte geminis elata turribus, scalis item duplicibus spectabili, vtrinque in areolam ante fores mittentibus ornauit ac perfecit.

Templum
SS. Trinitatis in monte Pincio.

Opera
Iulij II.
Templum
S. Petri ad
Vincula.

Sepulchrû
Iulij II.

Alia eius
opera.

Templum
Virginis
Laurentinae Romæ
erectum.

Iulius II. quamquam periculosis, diuturnisque distentus bellis, curam tamen ornandæ Urbis solertissimam egit. Cardinalis quidem Aedem S. PETRI ad Vincula, cui præerat, in eam, qua pollet, ædificij dignitatem euexit: Cœnobium refecit: addiditque Titulari DOMVM, nec perfecit. Eamdem ipse Aedem plus fere post mortem extulit admirabili specie marmorei Sepulchri: cuius in medio iacens, sed cubito innixa viuit Pontificio habitu eius effigies. aliquot hinc & inde simulacra in loculamentis manent, monentq; perituræ mortalitatis. MOSES in imo sedet, opus Michaelis Angeli Bonarotæ, cum quolibet veteris memoriæ conferendum. Idem quoque Cardinalis Aedem SS. Apostolorum pæne collabentem restituit: Fornicatam præ foribus porticum posuit: Aedes proximas à Petro Riario Cardinale inceptas perficere conatus est; sed à Martino V. ibidem inchoatas, amplissimo ædificio prouexit, statuis, piæturis, marmoribus instruxit: deditque Antonio Columnæ iam Pontifex, cum illi sororis filiam collocasset, quas deinde auctas Columnæ Principes sibi habuerunt: extra Urbem Cœnobium CRYPTÆ FERRATÆ, Aedesque, appositas muro fossaque instar castelli muniuit. At Pontificatu potitus, Templum quod Virgini Populorum Patronæ Sixtus IV. eius patruus ad portam Flaminiam dicauerat, Sacellis, alijsque operibus auxit: rectum Esquilinæ Basilicæ nouis trabibus compegit: Turrim noua molitione firmavit: Cum ære publico Populus Romanus Magnæ item VIRGINI LAVRETANÆ testudinatum pulcherrimûque Templum in Foro olim Traiano excitabat. Idem Pontifex Arcem ampliavit. VIAM IVLIAM longissime ad lineam iuxta Tiberim directam aperuit. Palatium in ea, Iulianum cum Aede S. Blasij geminaque Turri extruere cœperat, longe maximum: destinaueratque Magistratibus, vt in eo ius dicerent, publicisque muneribus fungerentur. Eam porrò viam fertur Pontifex super pontem, quem à fluuio deiectum, eidem rursus cogitabat imponere, ad Vaticanam vsque Basilicam ducere voluisse. Alias idem vias aut iam

stra-

stratas produxit, aut nouas direxit, prolatauit, strauitque lateribus; aut plateas ampliauit. Cloacas substruxit: officinam eudendæ pecuniæ parauit. Aedes Nicolai V. apud Basilicam Liberianam infertis valuis ac fenestris absoluit. Capitolinas autem Senatoris, & Conseruatorum quoque vocant, quæ iussu, sumptuque Bonifacij IX. Martini V. Sixti IV. Innocentij VIII. erectæ vel auctæ fuerant, ipse picturis illuminandas curauit. ANIENIS in Tiberim influentis alueum nauigabilem fecit. Aeneum, elegantissimumque Sixto patruo TVMVLVM in Basilica Vaticana, fu-

Sepulchrū
Sixti IV.
& Inno-
cētij VIII.
Templum
S. Petri.

sili opere Antonij Pullarij insignis ea tempestate magistri posuit: cuius artificio ex ære item elaboratum Innocentij VIII. sepulchrum in eadem Basilica celebratur. Sed quod operibus præstat vniuersis. Iulius nouum S. PETRI Templum veteris parte dissecta, ad Bramantis exemplar, il-

IVLIVS II. PONT. MAX.

ÆDEM D. PETRO DICATAM VETVSTATE COLLABENTEM
IN DIGNIOREM AMPLIOREMQVE FORMAM
VT ERIGAT

FVNDAMENTA IECIT. ANNO CHRISTI MDVII.

Eodem tempore PALATIVM Pontificium auxit longissimis, ornatissimisque porticibus, & ambulacris: iunxitque duos Vaticani colles, continuato per valliculam interiacentem ædificio. Aulas vero, Conclauia, & cubicula ab alijs, præsertim Nicolao V. extructa: & Sacellum Sixti patrum picturis ornauit admirabili sælicitate. Tunc enim post aurea illa tempora, quibus cum stante imperio Roma omnium domina bonis disciplinis, & artibus stationem præbuit, è misero puluere sepulcorum operum atque opificum, sculpendi, fundendi, pingendi peritia restoruerat. Nec paulatim, vt ferme fit in humanis, fastigium tenuit: sed cum celerime in summo stetisset, retro deinde prolabi visa est, velut in ruinam reuoluta. Nos quidem in tanta opificum turba pingendi magistrōs inuidere illi ætati possumus, æquales videre non possumus. Conduxerat iam Pontifex non ignobiles, operamque suam strenue liberali Principi locauerant. Cū lumina illius æui superuenerent RAPHAEL SANTIVS Vrbinas MICHAEL ANGELVS BONAROTA Florētinnus: ille Pictor incomparabilis, & insignis Architectus: hic Sculptor Pictorq; & Architectus eximius. Remotis ergo cæteris, Raphael secretiores AVLAS, & Conclauia vsque ad miraculum colorauit. Bonarotæ oblatum Sixti SACELLVM, in quo Pontifices sacrorum cæremonias cum Patrum Senatu obire solent, vt eius fornicem per lunulas suspensum pictis iam parietibus appingeret. Fecitque admirabili opere. Aliquanto post, Paulo III. Pontifice, interiori fronti eiusdem Sacelli nouam picturæ claritatem induxit. Iconem extremi IVDICII, & Christum Dominum venientem in nube maiestatis expressit, subterque adiudicandam quæ gloriæ, quæ supplicio vniuersitatem generis humani; successu singulari, & absolute

Palatium
Pontificū
auctum.

Picturæ
Michaelis
Angeli Bo-
narotæ.

Bonarotæ
modus
pingen-
di.

Et Rapha-
elis Vrbi-
natis.

Raphae-
lis Santij
picturæ.

Plastica
coreuma-
ta vete-
rum Ro-
manorū.

Marmo-
rati confi-
cendi in-
uentio.

artis, quam tamen ingenium artificis superauit. Præcipuum quippe in illo erat noua excogitare, & alijs nondum tentata depromere: interual- la partium, nodos articularum, extremorum lineamenta, nuda corporum, ossium eminentias, circuitus venarum, incisuras, nexu, proiectus- que membrorum prope ad illudendam veritatem effingere. Quare præ- ter hæc in vdo testorio colorata, tabulas ab eo pictas omnino paucas: in membranis & macrocollis descripta plurimorum vestigia habemus; quod palmam adeptus figurando, eam vel sine coloribus, penitioris ar- tis inuidio robore retinebat. Verum vt hæc Vrbinatis quoque manum, & eorum aliqua molliora sequebantur: ita ab eius penicillo emergebat flos pulchritudinis, oris venustas, coloris suauitas, lumina pigmentorum, capillorum elegantia, dignitas vestium, tantoque partium, & imaginum splendore coagmentata species operis, quanto potius defixos teneret oculos, quam moueret. Porro in vtriusque tabulis cum quisque videret morum varietatem, ætatum diffensionem, impetus animæ ab oculis emi- cantes, illitas vultu cupiditates, iras, dolores: manibus totoque cor- pore diffusas agendi voluntates, fatebatur in tanta dissimilitudine pin- gendi nihil similius extitisse vel ad æmulationem naturæ, vel consequen- tionem gloriæ. Pingebat præter Palatij parietes Raphael Sacellum in- Templo Paciferae Virginis, ad Diui Augustini, tabulam transfigurantis se Christi Domini, quæ, ad D. Petri in Montorio visitur: alias aliò tabu- las tamquam è cœlesti promptuario, non sine gentium stupore submitte- bat. Tum ex humanis sublato Iulio recentibus Leonis X. cœnationibus ac porticibus, vt splendidius durarent, stabilis famæ Dædalus, suorum perennitatem operum appingebat. Ea tempestate ignota Romanis hy- pogeæ, & concameratas cryptoporticus in antiquo Titi Cæsaris Pala- tio, ac Thermis Esquiliarū effoderat insita mortalibus peruestigandi cu- pido; quam latens aurum accendit, aut si quid artefactum, & auro pre- tiosius celant custodes ruinæ. Apparebant parietinæ plasticis toreuma- tis loricatæ. Hæc porro quamuis tot ante seculis sepulta, adhuc tamen vegeta, & integra vetustatem sub terra, quasi è tuto non senserant: Grot- tificæ vocantur, quod in cryptis repertæ sunt. Erant in comitatu, & con- tubernio Raphaelis plurimi picturæ candidati: quos ille non modo spe- artis addiscendæ, sed suauissimis moribus alebat: interque eos Ioannes Utinensis, iuuenis promptus & sagax, traductoque ad posteros nouo pla- sticæ inuento nobilitatus. Is in cryptas cum magistro frequenter venti- tabat, manumque plastrarum veterum commendabat assidue. Iamque prodigiosas illas semihominum, monstrorumque figuras, & habitus ru- brica retulerat in membranas; sed materiam, quæ formarentur, odorari non poterat. Calci addendum aliquid constabat. Sabulum puluisque puteolanus ruber, & paulo crassior reijciebatur. Contudit lapidem tibur- tinum: liebat calci permixtus, nec figurata læuigabat. Marmoris con- tnsi candidum, & cribro excretum puluerem macerata cum calce sube- git ac molliuit. Hunc vero formando læuigandoq;abilem expertus,prehendit, non alium intritæ vsum fuisse veteribus plasticis, quam tem-
porum

porum obliuio ex officinis remouerat. Nam ad eam diem mixtura nescioqua è gypso, calce, pice, & cera eliquata, contritoq; laterculo parietes leuerant. Hoc tristi temperamento elaborabant inæquale tectorium, vt auri braecolas super inducerent. Igitur receptum vetus, germanumque MARMORATVM ad Leonis porticus primo traductum est. Id, præter tenias, & asragalos, mutilata fictaque hominum, & animantium specie Vtinentis figurauit: eiudemque generis monstrolas effigies subinde interpositas, (quod faciendum Titianæ cryptæ docuerant): tum per ramos arbuscularum errantes Simias, Cercopithecus, Pauones, Pfitacos, aliasque Indicas aues idem, alijque artifices colorarunt. Equidem de veteris marmorati inuentione hæc, quia referuntur ab alijs, referre volui. Sciebam enim eius apud Vitruuium fieri mentionem, quamquam læuigandi causa, non figurandi: mirorque traditam ab ædificandi magistro tectorij rationem tamdiu ædificatores latere potuisse. Ad hæc in ruinis Templi Pacis, eiusque fornicum cauis multa è marmorato celata visuntur, à quibus idem artifices modo aduertissent, exprimere poterant. Nisi obstabant rudibus seculis haud meliora ingenia: vel potius agendi voluntas antea mercedis expers, quam tum Pontifices vberime ingerebant. Vtili documento; plurimum valere opes Principum alendis bonis artibus. Cæterum ad exaggerandas Leonis porticus accessere Raphaelis manu depictæ imagines. Quod sane opus tot admirandis compositum, inter pulcherrima, quæ vnquam, Roma numerabat. Nec eo tectus architecturæ consultus Vaticanæ fabricæ, Bramante vita functo, præerat Urbinas: & cum Leoniana in Vrbe domum sibi illo architecto parasset: alteram ipse haud longe, marmoribus, & marmoratis operibus distinctam Aquilano Ciui magister lineauit ac struxit. Multa quidem Bramantes in Vrbe fuerat molitus. Nam & Templum S. IACOBI Hispanorū, & Vicecancellarij PALATIVM: & Templum, quod Reginæ Virgini cognomento AB ANIMA Germani magnifice struxerunt, cum coetu magistrorum ipse omnium magister descripsit: Palatium in via Iulia, à Julio Pontifice Iurisdictioni dicatum: Aedes Adriano Cardinali in Ciuitate Leoniana, imperfectas: Aediculam ad D. PETRI in Ianiculo; rara artis subtilitate. Sed tum se ipse altior est visus, cum totius Palatij Pontificij Ichnographiam, vt noua cum veteribus, plurimaque inter se pugnantia componeret: & Basilicæ Vaticanæ admirabilem formam exposuit; cuius ædificij, quod caput est omnium, procuratione defecit. Nam ultra plus audere non decuit machinatorum Principem.

Per eadem tempora Fatius Santorius, quem ante in vtraque fortuna perpetuum Comitem Iulius Cardinalem renunciauerat, AEDES S. Sabinæ in Auentino quas Eugenius II. Honorius III. Honorius IV. incoluerant, primum à Cardinali Montis Regalis, tum à se instauratas hortorū eleganti amœnitate præcinxit. Idem Domum S. ANTONII in Esquilij collabentem cum Aede S. Andreae, renouato in ea pavimento tectoque: insuper Nofocomium, & horrea; aliaque restituit. Aedes in Via lata à Gabriele Agriensi Cardinale inchoatas, ipse atq; porticu, aula, conclau-

Marmoratum traductum. primo ad Porticus Leonis.

Lib. 7. c. 3. & 6.

Fabricæ à Bramante architecto lineatæ.

Vbi S. Petrus dicitur Crucifixus.

Aedes ad S. Sabinam auctæ.

clauibus, viridarijs, statuis instructas eximie perfecit. quas postea Iulius Pontifex Francisco Mariz fratris filio haud iniqua Sanctorio conditione proposita, addicendas curauit; deinde à Petro Card. Aldobrandino ingenti fabricæ accessione productas.

Opera
Leonis X.

Leo X. cui Populus Romanus cum statuam in Capitolio dedicaret, ab eo *Restitutam Instauratamque Urbem* inscripto Elogio confessus est, GYMNASIVM ROMANVM, quod Sixtus IV. nouum vectigal commentus in salaria professorum fundauerat, accitis vndique viris

Leo X. Gymnasij Romani tamquam fundator laudatur.

doctissimis instaurauit auxitque. Quare illius velut auctoris memoria quotannis funebri laudatione, frequenti Principum, doctorum, auditorumque conuentu, in eius Aula Gymnasij celebratur. *Basilicam Vaticanam* (scribit Onuphrius) *miro artificio à Iulio II. inchoatam, perficiendam quantum in eo fuit, magno animo suscepit. Palatium Vaticanum triplicibus longis, & præ altis porticibus eximia structura, auratis laquearibus, egregijs, nobilissimisque operis picturis splendidissimum fecit, Despina Virginis Aedem, cui Cardinalis præfuerat in monte Cælio à fundamentis pæne refecit, & laqueari aureo exornauit. Lauacrum Constantini Lateranense ruinam minitans restituit, laminis plumbeis tectum reparauit.*

Templum Virginis, cui à Nauicula cognomen.

Pyrgorum portu, cæno, & saxis repleto, publica commoditati purgato, oppidum muro cingere capit. Arcem montis Plasconis: Corneti Cardinalis Vitelleschi, & in multis patrimoniij oppidis per amplas aedes vel restituit, vel à fundamentis adificauit. Manlianam Villam corruata aqua elegantiori adificio exornauit: Roma S. Alexij Caput argentea theca elusit. aulaa à Belgis ferica, auroque intertexta quinquaginta aureorum millium Sacelli Pontificij ornamento coemit. Eodem tempore Ioannes Saluiatus fororis Leonis X. filius, & ab eodem dictus Cardinalis ædes apud S. Spiritum

Aedes Ioannis Card. Saluiati. Et Domini Card. de Cupis. Rom. calamitas, & direptio. An. 1527. Inundatio Tiberis.

in Saxia à fundamentis erexit. Ioannes Dominicus Cardinalis de Cupis aliquanto post magnificam DOMVM ad Circum Alexandri, seu forū Agonis: Idem S. HONVPHRII Templum in Vaticano Colle extruxit. Sequuta Clemente VII. Pontifice Borbonici exercitus irruptio, ac direptio est. In ea etsi militaris furor in corpora fortuna; Ciuum potius, quam in tecta grassatus demoliendis exurendiq; ædificijs temperauit, tanta nihilominus hominum strages, calamitas, & fuga, cum defereere iacentem patriam, præreptisque bonis summam egestatem vix emédicata stipe tolerare cogentur, miseram quoque domorum solitudinem stragemque congeffit. Paucis post annis Tiberis inundatio accessit, qua nulla fuerat ad illam vsque diem altior, & violentior. Quæ sane vt cœnosam, & sædam Urbem relinquit: sic residente rursus alueo prolabantia tecta recurrentes in aquas trahit. Nec illi Pontifici per temporum difficultates damnum refarcire licuit, à quo dux duntaxat statuz SS. Petri, & Pauli in ponte Aelio positæ spectantur.

Aedificia Urbis post Clementem VII. praesertim
Templum Vaticanum . Cap. X.

TANTIS calamitatibus defuncta Ciuitas, iisdē pulchrior pristinam deformitatem, vt olim incendijs, decoxit. Nam deinceps affluente rerum copia opes magnae floruerunt; infeditq; cura aedificandi Romanos Ciues, ac Principes viros. Tum Architectorum arx exquisita: & nouorum hominum, quibus abundat Roma, adeptas aut inuectas fortunas, & translatos aliunde, seu recens editos familiae titulos ostentare cupientium voluntas, expansa noui aedificij tamquam fronte depromitur. Nondum ex humanis sublato Clemente id coeperat. Eiusque rei argumentum adhuc extat in foro praesepis Iudaorum. In domus enim tunc extractae fronte sic legitur.

Roma ex calamitate resorruit:

Vrbe Roma in pristinam formam renascente Laurentius Manlius caritate erga patriam has aedes suo nomine Manianas pro fortunarum mediocritate ad forum Iudaorum sibi posterisque suis a fundamentis posuit. Clement. VII. P. XI. Gal. Aug.

At Paulus III. Pontifex, vt salubritatem, & pulchritudinem Vrbi quaereret, caenas, & itagnantes passim in Vrbe aquas exsiccauit, discreuit insulas, direxit vias, strauitque, in ea praesertim parte, quae Populi dicitur. MVROS, & validas in Auentino, versus portam Ostiensem munitiones duxit. LEONIANAM Urbem nouis mœnibus, & propugnaculis obstrui mandauit, curate praesertim Antonio Sangallio Architecto, a quo cum Bonarota vehementer dissentiret, formamque mœnium longe dissimilem proferret, opus est intermissum; vt porta S. Spiritus, quae lapidibus tiburtinis firmiter obsepta surgebat, cessante aedificatione, semipfecta hodieque sit. Caeterum propter instructam, & ornatam Urbem, statuam Paulo posuit Populus Romanus in Capitolio, cui subscriptum est.

Calx multo inducta litteras tenit.

Noua in Vrbe munitiones.

PAULO III. PONT. MAX.

Quod eius iussu, auspicijs, atque arte conlato Urbem situ, & diuerticulis viarum deformem, & imperuam, disiectis male positis aedificijs in meliorem formam redegerint: vijs aetisq; cum veteribus directis, & ampliatis. tum nouis constitutis auxerint, ornaverintq; Latinus Iuuenalis Manneus, Hieronymus Maffeus, Curatores Viarum, Vrbe instaurata, officij, & memoria ergo statuam in Capitolio optimo Pontifici PP. Anno Christi MDXLIII.

De eadem Laurentius Gambaro in sua Caprarola: Cui sponte dicauit
Hoc Capitolina simulacrum in sede Senatus
Romanus, populusque: quod instaurauerit Urbem
Romulidum, multasque vias quod strauerit: illasque
Ornarit; quo pestiferas non amplius auras
Roma auctore timet, prius vt miseranda timebat.

Palatium
Farnesio-
rum.

Extructū
archite-
cto Mich.
Ang. Bo-
narota.

Corona
ædificij.

Statuæ è
Thermis
Antoniani-
nis trans-
latæ in
Aedes
Farnesior.

Horti Trā
stiberini
Farnesio-
rum.

Galatea
à Raphae-
le Vrbin.
depicta.

Fontes ad
Aedes Far-
nesiorum.

PALATIVM FARNESIANVM Cardinalis inchoauerat: eoq; Pon-
tifice cum aliqua fecisset Rainutius Cardinalis Farnesius, postea Alexan-
der item Cardinalis Farnesius tanto splendore in quadrum, pari laterum
dimensione perfecit, quantum qui oculis non subiecerit, animo concipe-
re vix queat. Molitionem regebat iussu Pauli Michael Angelus Bonarota.
Huius magisterio ATRIVM, quo nihil scientius aut copiosius ha-
beas ab architecto, pilæ quadratis porticibus subiectæ medio scapo ex-
tantibus Doricis columnis definiunt. Epistilia, & coronas excipit graci-
lioribus pilis, & columnis ea portione prominentibus ordo Ionicus: par-
tim arcubus, partim ocellus pro arcus patentibus fenestris. Summa
spatia Corinthio, ornatissimoq; genere clauduntur. Verum pro colum-
nis antæ quadrato saxo, & paratata sustinent incumbentes coronas. Sed
nihil æque oculos tenet, atque exterior CORONA ad testi subgrun-
dam, & culmen; tanta partium symmetria scotias primum, regulas, to-
rosq; duxit artifex: tum zophori Hyacinthos, dein proiectos mutulos, &
impositam super coronam, & cimata, atque in his altissima leonum capi-
tula conformauit, & sculpsit. Plurima autem Romæ effossa præsertim in
Thermis Antonianis, & huc deportata in atrio, scararum areolis, alijsq;
in locis conspiciuntur simulacra. Quippe AVLÆ, & cubicula pul-
cherrimis lucentia picturis, quibus interior item XISTVS, & statuæ,
prisicisque è marmore admirandis operibus abundat. Designauerat idem
Bonarota ab ædium pseudothyro quidquid trans viam Iuliam vsque ad
fluum patet, HORTIS conferere. Quibus alij è regione respon-
derent trans Tiberim sati. Tum parabat palatij, hortorumque portas
dirigere ad lineam, atque ex huius limine, vestibuloque tam interiora
ædium, quam vtriusque Farnesiani VIRIDARII amœnitatem, inter-
que fluentem Tiberim, vno oculorum obtutu spectanda proponere. Sed
perducere ad exitum non potuit. Fuerant hi trans Tiberim HORTI
Augustini Chisij opulenti Ciuis Senensis: in quibus Aedes descripserat Bal-
thasar Peruzius Senensis, architectus idem pictorque nobilis, & colora-
tis parietibus clariores fecerat. Aulam pinxit in qua simulatas inter co-
lumnas pascit oculos prospectus aruorum. Aliaq; plurima adumbravit
imitatione veritatis, quæ oppidò ingenium hominis, & artem ostendnat.
Quod æquè prestat PORTICVS hortis contermina, in cuius fornice
alba toreumata, & plasticæ veris non dissimiles cælaturas vsque ad ludi-
ficationem eruditissimorum artificū expressit. Sed in pariete GALA-
TEAM fluctibus errantem expeditis ad prædam marinis monstis de-
pinxit par sibi semper Raphael Vrbinas: aliaque in porticu Deorum
ICONIA prodeuntes ab eius palæstra pingendi principes non sine
lineamentis, ductuq; aut etiam penicillo instructoris colorarunt. Nihil
certe magis Romæ celebrant iuniores picturæ competitors: & imitari
enixe student, quod sua raritate allicit, & ab imitatione deterret. Cæte-
rum ad eos hortos limonijs, malisque medicis semper virentes ex alteris
hortis in ceteriore fluminis ripa consitis cymbula trajicitur, quos cum
palatio iungit immanis ARCVS viæ Iulæ impositus. Additi sunt nu-
per,

per, constrata filicibus ante ædium frontem platea, salientes vberri mi que
FONTES: in quibus non satis mirabere siue aquarū è Iaculo labentium copiam, siue recipientium lacuum magnitudinem, & formam: tum circumædiorum ædificiorum sublimitatem, & puichritudinem.

Cum ergo Farnesiam structuram vgeret, **VATICANÆ** quoque **BASILICAE** curam Pontificis mandato inierat Michael Angelus, quam vt dixi, fundare, ac struere cœperat Iulius II. in ea quidem Balthasar Leone X. iubente, à Bramantis, & Raphaelis inuentis multa detorserat: quòd putaret immenso ad ficio solidiorem compagem opus esse. Itaque longiorem formam in quadratam verterat, facellis, & apsidibus quatuor, totidemque portis sibi mutuo respondentibus. Hoc ille exemplar tamquam facem operi faciundo præm sit, vnde posteri curatores lumen acciperent. At Michael Angelus, quadrangulam figuram retinendam, nonnulla tamen in extremis mutanda censuit. Nam superiores magistri Templi apsidem, transversamque ambulationem duplici flexerant hemicyclo. Alterum quâ columnis, quâ muro interstante distinguebant: alterum non intermissum extimi parietis flexu clausere. Hos ille semicirculos duplices ad simplices redegit; vt omnia liberiore, vnoque visu oculi metirentur, & immodicis sumptibus parceretur. Hemisphærium in medio latissimum, & alterum tamquam Cœli fornecem triplici ordine columnarum niti voluerant. Quorum exterior perpetuis columnis circumibat; interiores duos pariterum interstitio octo per intervalla seungebant. Ille subiectos arcus, è quibus eminet immanis tholus, haud pati tã vastum pondus, quod alij quoque viderant, animaduertit; vtque minori mole incumbere, extenuauit; duplicem tamen fecit, vt tholus exterior alterum includeret spatio intercurrente discretum. Quippe maiestati Basilicæ consulebat, quæ extimi verticis sublimitate sit augustior. Intus autè propinquiore depresso ambitu ad oculos iucundius accidunt. Porticus Templi, Panthæi porticum, non eundem lapidem poscentibus columnis referebat. Hac forma Pontificibus placuit, eaque super re constituto cœtui Cardinalium. Tum strenuè à Paulo III. properata ædificatio est. Exteriora Templi cooperta sunt grandibus Tiburtinis lapidis glebis, affabre in antas, capitula, epistilia, coronas, loculamenta, aliasque formas elaboratis. Structuram deinceps Iulius III. Paulus IV. Pius IV. prosequuti. Iamque ad culmen nonnulla prouexerant, cum vita sancto Bonarota, magistri successores rursus decreta inuerrere studebant. Hæc agitantibus interdictum quidquam addere, vel adimere. Et quidam cum recusaret, munere submotus. Tanta eius viri, rebus iam perispectis explorata Prudentia.

Basilica
Vaticana.

Transuersa
ambulatione
vno
termino
conclusa.

Porticus
similis
Porticui
Panthæi.
Exteriora
Templi
S. Petri.

Iisdem ergo vestigijs Gregorius XIII. multa enixe molitus **CELLAM** insuper magnificentissimam maculosis marmorum incrustationibus, cæmerato inauratoque ambitu, ac tholo, columnis, picturis, speciosis Organitobis, musicis, aliisque clarissimis operibus vix imitabilem fecit. Sixtus V. vastissimam duplicemque **HÆMISPHERII** molem superstruxit: quæ quid latius, aut excelsus, aut pulchrius cogitari fingique potest?

Sacellum
Gregorianum.

Tholus à
Sixto V.
extractus.

Ornamen-
ta Clemē-
tis VIII.

potest? At Clemens VIII. SACELLVM Gregoriano obiectum,
& multa pictorum, platarum; sculptorumque præcellentium arte deco-
ratum, hand æquo tamen splendore perfecit. Eodemque tempore Ange-
lorum Sanctorumque lucentes effigies in tholi interiore camera vermi-
culato emalemate coagmentandas curauit: tum delatis è marmorato
interseptis aurum inducendum: tum variegato festilique marmore ster-
nendum pavementum: tum reliquos Cellarum parietes læugatis lapi-
dum segmentis vestiendos: vniuersamque Templi concamerationem te-
ctorio loricatam bracteis aureis distinguendam, atque eiusdem quadra-
tos loculos inserto rosarum auro illuminandos.

Paulus V.
Basilicam
abfoluit.

Decreuerat centum post annos supremum lapidem Paulus V. impo-
nere, architecto Carolo Maderno. Quare pars ima veteris Basilicæ, quæ
supererat, cum vestibulo diuita est. Tum curuata fundamenta immen-
sam in altitudinem demisse: iamque ab humo extare paries cœperat, &
compositis stereomatis antarum bases locabantur, cum secunda, & me-
liora consilia interuenere. Quadripartitum Templum ex præscripto Mi-
chaelis Angeli paribus modulis angulique finiebant. Huius autem à
fronte Aedes altera, quòd ille non iusserat, longe minor condebatur; ex
qua maiorem in Basilicam per arcuatum parietis transitum pateret in-
gressus. Vt olim Marcellus iubente Collegio Pontificum è Cella Virtutis
in Templum Honoris aditum patefecerat. Minorem hanc Aedem

Mutata
Ichnogra-
phia.

Causa,
cur id fa-
ctum sit.

porticus exterior excipiebat. Sed quatuor præsertim in Patrum cœtu ac-
curatè discussa ædificationem interturbarunt, inuenteruntque placita Bo-
narotæ. Vnum, quòd spatium quadratæ Basilicæ per se amplissimum,
exiguum tamen censebatur capiendæ multitudini, quæ confluit ad inau-
gurationem noui Pontificis, declarationes Sanctorum, solemnibus Iubilæi
expiationes. Quo sane tempore tanta laxitas, vt, vidimus, suis arctata
finibus exundantem populum vix capit, quæ videtur posse capere gentes
terrarum. Alterum, quòd Odeo ad obeundam Psalmidiam, vel Secre-
tario ad sacram supellestem conseruandam in Templo maximo locus
non erat. Tertium, quòd diruta porticu, in qua Romani Pontifices tri-
plici diademate coronari solerent, & acclamanti Ciuitati saluari Crucis
signo designare salutem; necesse erat alteram tantis parare cæremonijs.
Quippe à porticu Michaelis Angeli id haberi non posse, quæ fastigio co-
lumnis imposito, superstrui secundam non sinebat. Postremum, quòd
recentem Basilicam ambitum Constantinianæ veteris vniuersum com-
plecti volebant, è S. Syluestro Pontifice consecratum. Quamobrem cum
Templi vestibulum iam conderetur capax superioris porticus; placuit

Bonarota
Benedi-
ctionibus
porticum
non parat

Basilicæ
S. Petri
produci-
tur.

Extensa
in formā
Crucis.

Pontifici, & Patribus, inchoatæ structuræ sublato interiectu, Basilicam
produci, atque in eam spatium transferri, quod minor Aedes complectebatur.
Ita medium Templi corpus transversa brachia Crucis instar, quod
prisca Basilicis vsitatum longitudine excessit. Mox demoliti quod mu-
ri surgebat, retracta in rectum fundamenta iacere, effusi in priora sum-
ptus non leui dispensio. Additæ sunt Cellæ vtrinque duæ: Odeum præte-
rea, & contra, eiusdem magnitudinis, & magnificentiæ Sacellum. Hunc

enim

enim locum Secretario destinauerant; verum postea suspensa deliberatione manendum in vetusto Secretario, nec facile ex eo discendē censuerunt. Gremio Templi camera imminens plasticis modulis discriminata est indeuexas surgentesque secturas, vbi per lacunas fornicis erumpentes flores superbiam candoris, vt reliqua opera, auri fulgore commiscent. Ibi quoque fulget stemma Burgesium vermiculatum illustriori emblemate. Sic & Porticus exterior cameratur: & quinos aditus inter sustinentes fastigium immanes columnas aperit ad Orientem. Eadem minoribus alijs è marmore columnis, quæ veteris Basilicæ fuerant, ostia fulcipientibus, sustinetur, ornaturque: tum opere tectorio inauratoque admirabilis alteram habet porticum pari magnitudine superstructam. In ea extantibus mœnians soliti Pontifices triplicem capere coronam, & plaudentem populum salutari prece, signoque lustrare. Explicatam latissime frontem Turres in angulis attollunt, ac terminant. Inter ornamenta Templi picturæ postremum non habent locum, quibus aras instruxerunt conquisiti vndiq; Apellium scientissimi. Horum tabulæ arcuatæ, inserteq; maculoso, cæolatoq; marmoris fastigiato intercolumnio continentur. Omnē autem Pauli V. structuram designat exeuntri læuorsum obiecta inscriptio:

Pars Templi a Paulo V. addita.

Ex additione ad Ciaconiu.

Aræ tabulis pictis insignitæ.

P A V L V S V.

PONT. MAX.

VATICANVM TEMPLVM

A IVLIO II. INCHOATVM

ET VSQVE AD GREGORII ET CLEMENTIS
SACELLA

ASSIDVO CENTVM ANNORVM

OPIFICIO PRODVCTVM

TANIAE MOLIS ACCESSIONE

VNIVERSVM CONSTANTINIANAE

BASILICAE AMBITVM INCLVDENS
CONFECITCONFENSIONEM BEATI PETRI EXORNAVIT
FRONTEM ORIENTALEM ET PORTICVM

EXTRVXIT

Iam vero Gregorius XV. rerum potiente ODEVM tectorio loricari, ornariq; cœptum, concameratione aspera toreumatis, & loculis sigillatis inauratisq; succedente Urbano VIII. resplenduit. Tunc quoque indita nobilis materiæ sebessilia, sed nobiliore sculptorum artificio elaborata. Odeo cella obiecta platarum æquales forma splendoremque sortita est. Cæterum plurima in Templo spirant Urbanæ munificentia argumenta. OPVS Musium lotti olim pictoris Florentini, cuius sacras imagines in atrio ante veterem Basilicam populus venerari solebat, dirutis parietibus integram nihilominus conseruarant: ædiumque Pontificiarum muro extimo commiserant. Id Urbanus Templo, eidemque fere,

Odeum Gregorio XV. ornari cœptu.

Opera Urbani VIII. in eadem Basilica.

vbi

vbi semper fuerat, loco reddi iussit, apertis ex utroque latere fenestris, quæ paries æterfus à fronte Basilicæ intra arcuati fornicis curvaturam altissime expanditur. Mirum, ibi duris è lapillis exprimi humorem aquæ: & immobilem Petri nauiculam fluctu flatuque iactari. Illum autem in vndis pedem figere, sed modica vndarum fide. Quippe incipientem mergi subleuat Liberatoris manus, vento imperantis, & mari.

Iam Pila Hemisphærio suppositæ, quæ ad angulos conuertuntur, quatuor ingentibus loculamentis in medio spatium relinquunt. Horum vni dextrorsum Pauli III. monumentum inerat, è quo statua ipsius ænea pontificio habitu eminet, Farnesia maiestate. Dux inferiores è marmore sedentes ad tumulum, mutæ magis sepulti admiratione, quàm duritie lapidis, prolixè tamen commendant opificis manum, animumque Pontificis. Id sepulchrum loco motum summæ apsidis pari loculamento, digniorique sede Urbanus composuit. Contrà, sinistrorsum sibi parauit & tumulum. In eo colossæ est eius effigies ex ære ad viuum expressa Pontificali laxoque amictu, ac thyra: extensa dextera, sedentque benedicenti similis. Non enim haberet similitudinem viuentis, nisi dispensare dona etiam videretur è sepulchro. Deorsum vna locus, ac super vrna Mors

immortale Urbani nomen æternis Pontificum annalibus inscribens duobus hinc, atque hinc, altero ad Iusticiam, altero ad Charitatem exprimendam simulacris constitutis. At vacuis sub Hemisphærio loculamentis, alabastrite varioque peregrinorum lapidum genere crustatis ingentes Diuorum statuas locari iussit, quorum beneficijs ornatur Basilica: & Aras substructis in cellis dedicari. VERONICA effigiem dolorum Regis, quam in Urbem portauit, defixis oculis contemplatur in linteo. At laeuorsum HELENA Augusta Imperij scetrum, vexillo Crucis com-

mutauit. Quippe Cruce inuenta cœpit imperare; nam & antea regnauit à ligno Deus. Alia ex parte ANDRÆ Apostoli simulacrum inhiat Crucem, cui brachium iniecit. Neque enim ille triumphalem currum deferat, quo Cælum intrauit: quamquam caput conferto syderum lumine coronatum super clatrato conditorio adorandum reliquit. Hinc præfert LONGINVS Centurio lanceam beata cuspide præfixam. Quippe latus Domini sola aperuit, vt è vitali fonte fluuen salutis eliceret. Verum ipsa per contactum diuini sanguinis iam rebus humanis pretiosior terras spreuisset, nisi Templo, quod ferè humana excedit conderetur. His magnis statuarum loculamentis alia quatuor eiusdem magnitudinis im-

minent, inducta auro, cochlidibus è marmore columnis, epistilijs, & coronis instructa. Singulis singula sunt repositoria, quibus Veronica lin-teum, Frustum Dominicæ Crucis, B. Andræ Caput, Longini Lancea reconduntur, ostendunturque stans diebus ma moreo è podio subter pro-

stante, non sine clamore, ac votis venerantium Ciuium. Hæc habent Hemisphærij parietes angulosi flexique.

Sepulchro autem Apostolorum quod sub eiusdem altissimo vertice situm est, Paulus V. venerationem, & cultum qua siuerat. Nam propter, *egesta humo, biantem extrinsecus locum aperuit. Confessionem nuncupât,*

quam

Sepul-
chrum
Pauli III.

Et Urbani
VIII.

Statuarum
marmo-
rez in Tē-
plo S. Pe-
tri collo-
catæ.

Statua S.
Veronicæ

Statua S.
Helenæ.

Statuarum S.
Andræ.

Statua S.
Longini.

Auctor in
eius vita
in addi-
tione ad
Ciacco-
nium.

quam obseptam cancellis marmoreis, ac descenditibus gradibus suffultam pretiosis lapidum crustis, & figurato pavimenti emblemate conuectiuit: inferiores aditus statuis columnisq; decoratos inauratis ex ære valuis occlusit: lampadamque inibi ardentium lumina cum splendoribus Sanctorum lucere feliciter voluit. Adhuc tamen deerat Ara, siue Ara Moles superstructa tumulo Apostolorum. Et alij sub alijs Pontificibus multa, nec fortasse paria loci sanctitati excogitarant, atque descriperant. Urbanus Equite Ioanne Laurentio Bernino Architecto, insigni operis, & materię nobilitate perfecit. Tota MOLES fusili ex ære constat, auro subinde interlita, vt misceat perennitati splendorem. Tortiles in ea columnę quatuor ternis portionibus compactiles. infima parte in spiram striatę, tortuosiss & è folioso caudice erumpentibus canalibus: exinde arbusculis laureis scapum amplexis identitem conuectitę; quarum ramulis ænei quamquam pueri colludunt, & auro guttatę interquiescunt apes: perinde duritiem æris ore molliant, quę hac ferrea bellorum ætate nobis mollitudinem Pacis aluerunt. Nituntur columnę spiris æneis: hæ stylobatis è pario marmore, quibus profilientes anguli retractum ac velut alueolatam ophitem marginant, virgatumque versicoloribus maculis, modo sparsis, & errantibus, modo se colligentibus, & conuolutis. At exterioribus quadratis ex eodem marmore insertum stemma Barberinũ est, super sculptis Pontificijs diadematis, & clauibus. Capitula columnarum Ionico, & Corinthio genere composita in oliuę folia se induunt, dispari altitudine è fundo subnascencia, resupinato per ambitum verticis labro. è quibus erumpētes cauliculi circumflectuntur extremos in flosculos. Super hos echinum spectare est sculptum ouis, & spiculis: altioremq; abacũ medio comantem flore (etsi alicubi pro flore Sol est) introrsus sinuatũ, & supra volutas angulosum. Hęc porrò inter echinum, & abacum emergentes, in angulis foliorum tenuis latiore circulo se demittunt: tum arctiores in Orbes circinatę in medium tandem florem, florem quasi oculum desinunt. Capitulis incumbit Epistilium, ternisque fascijs intermiscet astragalos baccis, & verticillis intersectos. Hoc sequitur Zophorus radioso notatus Sole: quem Corona superfulget supernè proiecta, deorsum autem ouiculis denticulisq; cęlata. Super Coronam, quę quadripartita, nec vltra, quàm pro columnarum crassitudine producitur, statuta quatuor cœlitum iuuenili specie simulacra sunt: quos cœlestis quidē sensus ad custodiam religionum accendit: manibusque laureas retinent frondes prolixa implicatione contextuque tamquam in encarpis aduolutas, retroque pertinentes ad proximam trabem, & quodammodo colligantes. Trabes æneę quatuor totidē modis angulis insertę, ab iis obuertę inuicem tolluntur, anfractuque flexuosę: tum paulatim coeuntes, in pertensis palmis inauratis, nec modicè resupinis, nectuntur in medium supercilium, è quo eminens globus superstante Cruce inauratus effulget. Sub trabibus expansa ex ære vmbella, & ære imminens, cõtinuatoq; margine, summo Coronę cymatio coniuncta, toto inter columnas Cœlo subtenditur; aut ipsa Cœlum est; quod diuinę Columbę, aurato radorum

Moles Aenea tumulo Apostolorum superposita.

Capitula ex Ionico ex Corinthio genere composita.

Cum epistilio zophoro, & corona.

Statuę æneę supra coronam.

Trabes æneę in medium coeunt.

Vmbella sub trabibus.

circulo subuolantis exornat candor, & fulgor illustrat. Extremis umbellæ oris velut assuuntur æneæ, in flexuram concisæ, auroque simbriatæ laciniæ, flocco inaurato dependulo: quas ad Coronæ altitudinem intercolumnium implentes Superiorum aligeræ facies, & Barberinæ Apes alterno auro distinguunt. At medium umbellæ marginem tenuerunt minores duo Cœlites: Quorum alter insidet, alter superuolat, vterque puerili forma, & habitu. Et anteriori quidem fronte hic Pontificia Corona, ille Cœli terrarumque clauibus oneratur. Iisdem insignibus gaudent in aures extremate posteriores. Qui latera tuentur, hinc atque hinc minantes impietati Paulino gladio coruscant.

Ex opere
augetur
Sepulchr:
veneratio.

Hæc est area Urbani moles, digna, quæ ad cultum Ecclesiæ Principum in Augusto Templo teneat principatum. Ex tanta enim operis magnitudinis non modo admirabilitatem cœpit auctoris potestas; sed sanctorum cinerum veneratio incrementum, loci sublimitas maiestatem. Quippe obuersatur mentibus eorum in Cælo sedes triumphalis, quorum sepulchrali splendore oculi perstringuntur. Quod si figurata æris firmitas auro illusa tantam admirationem mouet intuentibus; quanto stupore deuinciet Fundatorum Religionis exornata dignitas, & ornantis religio? Qua demum permotus Urbanus nouam Basilicam Ecclesiastico ritu consecrauit, die XVIII. Nouembris: quo die olim S. Syluester Pontifex veterem consecrauerat. Porro hæc omnia testatur super fores, vt altera Pauli V. sculpta inscriptio:

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
VATICANAM BASILICAM
A CONSTANTINO MAGNO EXTRVCTAM
A BEATO SYLVESTRO DEDICATAM
IN AMPLISSIMI TEMPLI FORMAM
RELIGIOSA MVLTORVM PONTIFICVM
MAGNIFICENTIA
REDACTAM
SOLEMNI RITV CONSECRAVIT
SEPVLCHRVM APOSTOLICVM
AEREA MOLE DECORAVIT
ODEVM ARAS ET SACELLA
STATVIS AC MVLTIPPLICIBVS OPERIBVS
ORNAVIT.

Porro inter digniora Urbani opera, ac Vaticani decora, Comitissæ Martildæ monumentum recensendum est: corpus namque huius inclytæ Heroïnæ ex Mantuano Sarcophago ad D. Petri Basilicam translato, statuâ posuit Urbanus sceptrum dexterâ gerens, leuaque Pontificium diadema, & clauis, ad designandum Romanæ Sedis patrociniū ab ea susceptum, & temporaneam ditionem munificâ pietate auctam, & propagatam. Vnde ad eius memoriâ æternandam idem Pontifex ita lapidē iussit inscribi.

VR-

VRBANVS. VIII. PONT. MAX.

COMITISSÆ. MATHILDI. VIRILIS. ANIMI. FOEMINÆ
 SEDIS. APOSTOLICÆ. PROPVGNATRICI
 PIETATE. INSIGNI. LIBERALITATE. CELEBERRIMÆ
 HVC. EX. MANTVANO. SANCTI. BENEDICTI
 COENOBIO. TRANSLATIS. OSSIBVS
 GRATVS. ÆTERNÆ. LAVDIS. PROMERITVM
 MON. POS. AN. M. DC. XXXV.

Iam verò Innocentius X. Vrbanus successor, statim ac, secundo Colum-
 bæ omine, ad D. Petri culmen est euectus, in Vaticanam Basilicam ma-
 iora meditato decorata, ad proximū tunc solemnē iubilæi annū MDCL
 magnificentissima, ac splendidissima moliri opera constituit. In duobus
 utrinque sacellis ad Templi limina, maculosis lapidibus, musciisque pi-
 cturis crustari parietes, lacunasque fornicum, plasticis modulis auro sul-
 gentibus loricari mandauit. Pila quoque ibi Naui maximæ supposita (in
 quibus arcuato fastigio odeum ac Sacella ipsa aperiuntur) marmorū seg-
 mentis, interpositis Pōtificum vultibus, genijque puerorum in effigiem,
 vario emblemate decorauit. Intercolumnia, in vtraque Templi ala, pari
 operis præcio ditauit; sublatisque rudibus e Tiburtino saxo columnis, no-
 uas variegato marmore induxit illustres. Pavimentū insuper vario lapi-
 de strauit; atque in dies, pietate ac munificētia prædecessores emulatus,
 Aram Leoni I. sanctissimo Pontifici dicatam, & marmorea tabula, miro
 Alexandri Algardij artificio, elaborata perfecit. In ea tum Attila retro-
 cedentis fuga, eidemque maledicens Pontifex Leo exprimitur; tum etiā
 è cælo desuper, gladijs in ipsum Petrus ac Paulus irruentes apparent.
 Vniuersam verò additam ab Innocentio structuram, media super maxi-
 mam interioris Basilicæ ianuam testatur Inscriptio; inter eas, quas Pau-
 lus V. & Urbanus VIII. P. P. M. M. posuerant.

BASILICAM

PRINCIPIS APOSTOLORVM
 IN HANC MOLIS AMPLITVDINEM
 MULTIPlici ROMANORVM PONTIFICVM
 ÆDIFICATIONE PERDVCTAM
 INNOCENTIVS X. PONT. MAX.
 NOVO CÆLATVRÆ OPERE
 ORNATIS SACELLIS
 INTERIECTIS IN VTRAQVE TEMPLI ALA
 MARMOREIS COLUMNIS
 STRATO E VARIO LAPIDE
 PAVIMENTO
 MAGNIFICENTIVS TERMINAVIT.

Eodem tempore Leonis XI. Pont. Max. monumentum sculptoris insigni, prope Odeum, in Vaticano perfectum est: constituta Pontificis statua duobus utrimque simulacris, fortitudine, ac munificentia existentibus. Vnde in Auunculum pietas plurimum cōmendata est Roberti Cardinalis Vbaldini, qui opus, supremis tabulis, conficiendum mandauerat: hi verò notatur inscriptus lapis.

D. O. M.

LEONI XI. MEDICI FLORENTINO PONT. OPT. MAX.
 QUI AD SVMMAM ECCLESIAE DEI FOELICITATEM
 OSTENSVS MAGIS QVAM DATVS
 CHRISTIANVM ORBEM BREVI XXVII. DIERVM LÆTITIA
 ET LONGO ANNORVM MOERORE COMPLEVIT
 ROBERTVS CARDINALIS VBALDINVS EX SORORE PRONEPOS
 GRATI ANIMI MONVMENTVM P.
 OBIIT AN. ÆTATIS SVÆ LXIX. QVINTO KAL. MAII
 M. D. C. V.

Alia sub Paulo III. ac deinceps nonnullis Pontificibus Ædificia. Cap. XI.

INTEREA dum Michael Angelus, Paulo III. Pontificatū regentē, fabricæ Vaticanæ præerat, in Capitolio ædificavit iubente Senatu, Populoque Romano. Nam ad Senatoris Aedes, inclytas **SCALAS** utrinque ascendentes, septasque lapideis cancellis extruxit. Ijs ad ornatum extrinsecus adiecta sunt iacentia duo fluminum simulacra: Nihilum, & Tiberim vocant. Medio parieti anguloso prostantique fons est appositus vberibus aquis perenniter in labrum defluentibus: inter captiuos superfedente **ROMA**. Idem condidit nouas **CONSERVATORVM** Aedes. Ibi ad exteriorem frontem, **PORTICVS** frequens columnis, structura, & artificio eximia conspicitur: cui pars superioris contignationis incumbit, cubicula, Aulamque Capitolinam continentis. Supra porticum facies lateritia quadratis columnis distinguitur, quæ stylobatis elatæ Coronam sustinent suamet specie, signisque marmoreis crebra per interualla superstantibus insignem. In Aula statuar sunt **LEONI X. SIXTO V.** positæ. Parietes recenti tectorio pinxit Eques Ioseph Cæsar Arpinas eo præsertim colorandi genere illustris: expressitque res à Romulo gestas, & Romanis Regibus. Mirandum opus, & Capitolio dignum. Alia alijs conclauius, veteris recentisque memoriæ visuntur insignia simulacra, & monumenta. Atrium quoque statuis, & inscriptis lapidibus visendum. E regione, quâ signum ingens iacentis, Martisnè an panarij Iouis (Marforium appellant) aquas in

Scala ad
 Aedes Senatoris.

Aedes Cō
 senatorū
 earumque
 ornamenta.

Insignis
 Aedium
 Porticus
 Picturæ
 in Aula
 Capitolina
 insignes,

in lacum effundit, pares omnino Aedes sub Clemente VIII. Populus Romanus condere aggressus erat: sed vix paululum extare à solo cœperant, cum ab opere cessatum est. Idem Clemens dealbatam Senatoriæ DOMVS frontem antis capitulisque Corinthijs, & suprema Corona signisq; superpositis ornauit. Nam antea è medio emiaentem TVRRIM ædificarat Gregorius XIII. Locatis ex altera parte Capitolij super excelsas bases colosseis CASTORIS, & POLLVCIS equos frenantium simulacris: tum dextra læuaq; marmoreis trophæis è castello Aquæ Martiæ translatis. Ascensum inibi cliuofumque cancellis Tiburtinis instituerat Michael Angelus: qui & statuas, quæ non sunt appositæ, certis cancellorum spatijs imponebat. omnia demum Capitolij ornamenta cumulat statua equestris ænea M. AVRELII quam è Laterano transtulit idem Paulus III. subiecta marmorea basi. Eodem Pontifice, quâ Vrbs maxime depressa subsidit, vt aiunt, in vallem, Balthasar Maximis Aedium egregiam formam descripsit. Nam prisco more, structo præ foribus vestibulo validis Dorici generis columnis murum commisit: atrium ac reliquias ædificij partes eleganter composuit. Quod tamen ante vita defunctus perficere non potuit. At Nepos Pontificis Alexander reconcinnato Templo S. Laurentij in Damaso, inauratum addidit laqueare, præcellisq; parietibus præstantium opificum picturas induxit.

Atqui nullum eius magnificentiæ certius extitit monumentum, quam cum NOMINI IESV Templum à fundamentis erexit. Eodem Alexandro, & Rainutio Cardinalibus patronis Oratoriû S. MARCELLI erectum est, nec modo illustri apparatu sed præcipue Romana nobilitate in eiusdem pios cœtus adscita insignitû. At propinquum S. MARCELLI Templum Leone X. Pontifice, cum subito incendio arsisset, Crucifixi Domini imago admirando euentu flammæ euasit. Ex eo increuit veneratio, & cultus: Templorumq; ædificari propensius, ornariq; cœptum, contra, ac fuerant, conuersis foribus, eorumque loco apside cõstituta. Nouum postea domicilium Seruitæ Fratres veteri Cœnobio addidere. Alij, quoque tum principes eodem studio instituendi sacras Aedes commendati sunt. Nam Ioannes Bellaius Cardinalis Gallus S. ADRIANI, quam optauerat, Aedem restaurauit. Fœdericus Cæsius Cardinalis perelegans Templum S. CATHARINAE, quod à Funarijs nuncupant in medio olim Circo Flaminio, & Cœnobium honestis puellis quibus periclitantibus S. Ignatij Loiolæ monitu pij homines prouidere iam cœperant, extruxit. In Basilica Liberiana Sacellum: alterum in Aede pacifera Virginis dedicauit. Rodolphus vero Pius Cardinalis Carpentis, vir ad cultum litterarum, & summa omnia natus, Romanas, aliarumque gentium antiquitates magna impensa congeffit. Has cum in Aedibus magnificis in regione Campi Martij: tum Hortis Quirinalibus exquisitè disposuit. Ea quidem ætate nihil Hortis Carpentibus celebrius, aut auctius scriptores fuisse testantur.

Sequuta sunt Iulij III. tranquilla Romæ tempora. Et ille etsi non multum in Vrbe, in suburbio tamen viæ Flaminia Prætorium & VILLAM

Noua molitio in Capitolio, nec perfecta.

Ornamenta Capitolij.

Aedes Maximorum.

Crucifixi Domini imago admirabiliter serua-

Villa Iulia

Juliam hodieque nobilem, Michaelæ Angelo dirigente extruxit: quò cū Purpuratis Patribus frequenter conueniret, leniretque incommoda senectutis. Villam porro alteram suæ propinquam arboribus vinetisque amœnam, & fructuosam Ioanni Poggio Cardinali Bononiensi Aedesque inibi perlegantes dedit. Qui non dissimili munificentia alias in Vrbe fabricauit. Ioannes vero Riccius ab eo Pontifice dictus Cardinalis eximiâ domum in via Julia, cuius postica Hortorum pars Tiberi alluitur: In Vaticano, ascendentibus cliuum Pontificij Palatij Aedes primum occurrentes, imminentesque Pratorianorum stationibus: In monte Pincio veterem amœnitatem excitauit, quam postea Hetruria Magni Duces auxerunt. Pauli I V. Pontificatu Neapolitani potius detrimenta belli Roma pertulit, quam parauit pacis ornamenta: Tunc tamen pluribus in locis ad Urbis mœnia structæ munitiones, & Inquisitionis AEDES nouæ inchoatæ: Diomedes Carrasa S. Martini in Montibus, quam ipse Ecclesiam regebat, instaurauit, condito ibidem sepulchro illatus. Ipse Pontifex Theatinis suis Aedem S. SYLVESTRI in Quirinali attribuit, inchoato ab imo Collis scalarum ascensu, qui statim desijt. Patres autē Templum ornarunt, domum extruxerunt.

Prætorij,
& Horri
in Pincio
colle.

Pij I V.
opera.

Iam vero Pius IV. nemini posthaberi voluit in exornanda Vrbe. Nam vt memorat Onuphrius. Multa vetera, & publica Aedificia vel vetustate collabentia, vel imperfecta, vel quæ omnino esse desierant reparauit, aut perficere aggressus est. Portam, & viam in Quirinalis dorso fecit, P I A S de suo nomine appellauit. Viam Flaminiam refecit: PORTAM autem à fundamentis nouam erexit. Viam item fecit, & Portam Angelicam de suo priore nomine nuncupatam. Aquæ Virginis ductus restituit: nouam Aquam, cui SALONIAE nomen erat, illi adiunxit. ARCEM S. Angeli auxit nouis muris, & propugnaculis muniuit. Palatium Pontificium in Vaticano auxit, ornauitque: Aedes in summo Capitolio restituit: quo supra Ciuium tecta extructo ambulacro transitum aperuit è Palatio Sæcti Marci, cuius Turrem instaurauit. Villam Iuliam, cui maiorem elegantiam quæsiuit, excipiendis Cardinalibus, Oratoribus, & Principibus Romam venientibus perpetuo vsui esse voluit. Thermas Diocletianas vetustate corruptas in sacram REGINAE ANGELORVM Aedem, & Carthusianorum Cœnobium conuertit, non sine magisterio ductuque Bonarotæ. Molitionem Templi Vaticani magnopere promouit. SEMINARIVM ROMANVM post Concilium Tridentinum instituit. Tunc & Pontificis nepos S. Carolus reconcinnauit Aedem S. Prædixidis, iterum postea ab Alexandro Mediceo Cardinali, picturis ornatam. Marcus vero Sicicus Cardinalis ab Altraemps eximias Aedes molitus est ad Sancti Apollinaris. Idem in Aede Transiberina Virginis Sacellum struxit, & ornauit. Gulielmus Sirletus Templum S. Laurentij in Palisperna sua impensa refecit. Templum admirandæ Virginis, cognomento à MONTIBVS vt ad tectum perduceretur, magno adiumento fuit. Quod deinde inaurata restudine, marmoreo pauimento, organo splendido & magno, elegantibus Aris, & Sacellis prouexit cultum Præsidis Reginae.

Aqua Sa-
lonia.

Templum
S. Mariz
Angelorū.
Aedes S.
Prædixidis
à S. Carolo
exornata.

Templum
S. Mariz à
Montibus.

Pius

Pius V. etsi maluit destruere vim hostium Ecclesiæ, quam ædificiorum moles extruere, **AEDES** tamen Sacræ Inquisitionis in Vaticano fecit: **S. DOMINICI** Templum cum Cœnobio Monialiū in summo Quirinali fabricari iussit. Id vero opus nobilium Virginū Romanorum, quæ ibi se Deo vouerunt, magnopere auctum est, ac Templum magnifico ornatu perductum ad culmen. Proximum item Virginum domicilium, aliquot ante annis fundari cœptum nouo Templo **S. CATHERINÆ** Senensis patronæ decoratum est, ædificioque domestico ampliatum. Porro idem Pontifex Societatis Iesu Patribus Domum **POENITENTIA-RIORVM** fundauit, instruxitq; redditibus: vt in Basilica Vaticana expeditiores haberet soluendis animorum nexibus, qui debellata Othomani classe captis hostibus vincla iniecerat. At eius nepos Michael Bonellus insignes **ÆDES** condidit prope Templum **S. S. Apostolorum** etsi præ magnitudine Insulæ semiperfectas. Petrus Donatus Casius Templi excellentiæ Virginis a **VALLICELLA** fundauit apsidem: coemptis **Ædi- bus** Presbyterorum Congregationis Oratorij habitationem dilatauit. Id porro Templum magnitudine ac dignitate memorabile, Gregorio XIII. Pontifice, s. Philippo Nerio fabricam piorum largitionibus moliente, Alexander Cardinalis Medices, postea Pontifex Leo XI. facta in fundamentum primo lapide auspicatus, deinde absolutum consecrauit. Anteriorem partem Angelus Petri Donati frater tiburtino lapide compactam elatamque fundauit, ornauit, perfecit, vt monet inscriptio, extructo insuper ac dotato Sacello. Ante quam nuper disturbatis propinquis domibus, & ruinosis: patefacta raram in latitudinem strataque via: nouis circum ædiis excitatis, mirum, quæ loco species, quæ amplitudo accesserit? His domus ædificationem Patres adiiciunt, ingentis insulæ ambitū complexam. Vrbs ibi paululum ex planicie assurgit. Montem Iordanum appellant, cuius potiorem partem Ducum Vrfinorum per amplæ occupant ædes. Aliæ eorundem ad imum eius colliculi, & carceres olim Circi Agonalis: reperto, cum truerentur, in fundamentis, simulacro, quod Pasquinum vocant.

Iam vero Hieronymus Rusticuccius ab eodem Pio dictus Cardinalis præter ornatam domum in Vrbe Leoniana exædificatam, **Aedem S. S. V. SANNÆ** in Quirinali sic refecit vt nouam potius videatur ex integro refecisse. Interiūs quidem maculosis lapidibus, picturis, læui alpe-roque tectorio, laqueati texti, ac parietum inauratorum splendore tota fulget: exterior Tiburtino marmore elegantissime concinnata; Templo- rum tanquam Phœnix; nisi propè alterum haberet **VICTRICIS** Virginis, interiore cultu, candidoque ornatu extimæ frontis commenda- tum, quam illi adiecit Scipio Cardinalis Burghesius.

Hæc Pij tempora excepit Gregorij XIII. Pontificatus inclytus libera- litate, magnificentia, studio propagandæ religionis. Ille in **PALATIO** Vaticano plura molitus, Aulam, quam Constantini appellant, picturatis parietibus: Aulam regiam, picturis & operose testo fornice, marmoreo scætilique pauimento: Sacellum Paulinum: Atrij porticus: Aulam, vul-

Ædes Sa-
cræ Inqui-
sitionis.
Templum
S. Domi-
nici.

Et S. Ca-
therinæ
Senen.

Templum
S. Mariæ à
Vallicel-
la.

Via noua
patefacta

Templum
S. Susan-
næ.

Templum
S. Mariæ à
Victoria.

Opera
Gregorij
XIII.

Sacellum
Gregoria-
num in
Templo
S. Petri.

go Bononiam, regionumque cubiculorum ordines absoluit. Fornica-
tum SIXTVM, siue interius ambulacrum è Vaticanì vallicula erectum
appictis geographicis Italiæ tabulis, lithostroto, alijsq; picturæ operibus
mire conuestiuit. Magnificam domum, & summi Palatij cubicula: Plu-
rimum fabricæ Templi Vaticanì, & SACELLVM Gregorianum lucu-
lentissimum adiecit. Academiam Romanam, vulgari appellatione Sa-
pientiam, auxit Porticibus, & Scholis. Palatium Senatoris Capitolini
refectum extulit excelsa Turri: Pontem in Tiberi Senatorium magnifi-
centiore, quam fuerat vetus, structura restituit. Nouum fluuiò Pelix
in sinibus Mediceæ, & Ecclesiasticæ ditionis imposuit. Porticum Basi-
licæ Maioris Virginis ab Eugenio III. factam refecit. Lateranense Tem-
plum nouo Eucharistiæ conseruandæ Sacello instruxit: Proximam Aedẽ
Baptismo Constantini celebrem ornauit. Instaurato ad S. Marcum Pala-
tio, Nouum in Quirinali cum Hortis amœnissimis Pontificum habitatio-
ni extruxit. Horrea publica in ruinis Thermarum Diocletiani: Portam
Cœlimontanam, nunc S. Ioannis: collapsam Molis Adrianiæ propugna-
culum: Nosocomium, & Ecclesiam S. Marthæ palatinorum ministrorum
commodo ædificauit. Vias ab Esquilina ad Lateranensem Basilicam: ab
hac ad S. Sixtum aperuit ac direxit. Ab Vrbe Lauretum vsque præru-
pto Apennini iugo peruiam curribus strauit, muniuitque. Cum multa
in Vrbe Collegia funda it, Germanicum, Anglicanum, Græcorum, Ma-
ronitarum, Neophytorum; Germanico, vt dixi, Aedes, & Templum
S. Apollinaris: Anglis, S. Thomæ, cum Xenodochio eius nationis: Do-
mum Maronitis, Neophitis, Græcis: horum autem Patrono S. Athanasio
magnificum Templum extruxit. Alia in Vrbe Cœnobia fundauit, amplia-
uitque: eique Domus Piæ Gubernatores ac Præsides cusum numisma
dedicarunt cum insigni Elogio: *Monasteriorum, Ecclesiarumque Fun-
datori, Conseruatorique.* Illud vero inter cætera memorabile, quod

Collegia
à Grego-
rio XIII.
fundata.

Collegiũ
Romanũ.

COLLEGIVM ROMANVM Societatis I E S V à fundamentis extruxit,
ac dotauit. Opus sane, si fabricæ amplitudinem ac dignitatem: si vniuer-
sitate disciplinarum, quæ in eo traduntur: si Professorum doctrinam;
si attributos redditus, si discipulorum ex eadem Societate ad omnes
dein terras commeantium, externorumq; multitudinem spectes, Grego-
rianæ Charitati par qua omnia complectebatur. Primum in fundamenta
lapidem iecit ad tertium Idus Ianuarij Philippus Boncompagnus S. Sixti
Cardinalis, fratris filius, sic inscriptum.

Ex litteris
annuis So-
ciet. anno
1582.

*Religionis causa Gregorius XIII. Pont. Max. Bonon. Collegij Romani
Societatis Iesu amplissimo redditu aucti Aedes ad omnes nationis optimis
disciplinis erudiendas ære dato extruens, primum in fundamenta lapidem
coniecit, MDLXXII.*

Forma &
structura
Collegij
exterior.

Ipso ædificationis initio cum iam surgeret murus, Pontifex fabricæ ip-
sius structuram inspicere voluit. cumque muri partem vidisset simplici
opere constructam, illico deijci iussit, atque opere lateritio & magnifi-
co refici. Tum ædificationem strenue promouit. Biennio post in eam,
qua spectatur, formam est perductum. Externa Collegij facies latissima
è gran-

è grandi lapideaque corona in medio eminet, tum celsam extat in Turrim: duobus hinc atque hinc supremos cancellos claudētibus acroterijs. Eadem latere cingitur laungato modo in fascias procurrente, modo retracto & exaquo: argulatis eadem lapidibus tiburtinis, antarum instar proiectis munita, non sine multiplici, directoque ordine patentium fenestratum. Media pars Gregorij simulacrum in loculo ponendum expectat: altiusque imposita eiusdem insignia egregie sculpta ostendit, sub quibus titulus operis in marmore inscribitur:

GREGORIVS XIII. RELIGIONI ET BONIS ARTIBVS.

Deorsum ad iustam ædificij formam duplex ostium habet, pulcherrimis instructum antepagmentis, & arcuato supercilio, quod prothyrides sustinent. Horum vnum auditorum quamlibet multitudinem excipit, vestibuloque mittit in atrium Gymnasij, & illo exeuntem reddit. Porrò implunium coctili latere stratum, radiorum instar intercurrentes candidi lapidis patulæ ac perpolitæ glebæ in syderis speciem figurant: tum quaternæ ambiunt quadratæque porticus nixæ pilis Tiburtini lapidis. E pilis antæ præstant, inferiores Ionici generis: his vero superstantes, Corinthij; quibus Epistilia & coronæ incumbunt. Binis scalis se mutuo è regione spectantibus ascensus est ad superiores porticus, quæ lapideis mœriani cancellatim marginantur ad pulchritudinem simul, & securitatem deambulantium. Cohærent quadrilateris porticibus Scholæ: superioribus vero Aula etiam ingens ad publica munia doctrinarum: in qua summa, Gregorij effigies ad viuum expicta in folio sedens visitur purpuratis Patribus ad latera confidentibus. Ad eius pedes alumni accidunt è Romano, alijsque Collegijs, quæ reliquos circum Aulæ parietes picta sunt, & vbiq; terrarum à pio Pontifice religionis propagandæ studio constituta. In summo titulus totius nomine Societatis Gregorio inscriptus est.

Litteræ
annuæ So
ciet. anno
1584.

Collegia
toto Or
be a Gre
gorio.
Constitu
ta.

GREGORIO XIII. PONT. MAX.

HVIVS COLEGII FVNDA TORI SOCIETAS IESV AMPLISSIMIS AB EO
PRIVILEGIIS MVNITA ET INGENTIBVS AVCTA BENEFICIIS
IN HOC TOTIVS ORDINIS SEMINARIO PARENTIS
OPT. MAX. MEMORIAM SVIQVE GRATI ANIMI MONIMENTVM P.

Absoluto Gymnasio, domus decrat ad habitandum: cui sane extruendæ non modicam in certum tempus pensionem attribuerat Pontifex. Hæc quoque per occasionem Templi S. Ignatio dedicandi, ædificata: nouoque vico patefacto Aedes SS. VIRGINI, & S. FRANCISCO XAVERIO adiecta est. In ea piorum hominum ad profectum & animæ salutem vespertini sunt, & quotidiani conuentus. Sodalitatem Communionis Generalis nuncupant. Sedulo enim curant, vt in exitu cuiusque mœsis diuinum Eucharistiæ epulum mutatis subinde Templis populo præbeatur: & forensis turba in plateis ad conciones tum voluntarias verberationes paratam in Aedem conueniat.

Verum vt ad præterita tempora redeamus, cum Collegium Romanum Gregorius extrueret, Alexander Farnesius Templum NOMINI IESV
absol.

Templum
Nomi. nis
Iesu.

absoluit, lineatore & Architecto Iacobo Barozzio Vincolano præstantissimo ætatis suæ. Qui vnus exemplo formam quodammodo præscripsit, qua hodie Tempia pulcherrima conduntur. Nam ante Paulum V. vt aiebam, aliò distrahebatur idæa Vaticanæ Basilicæ. Occidenti Soli facies Templi est obuersa decente ascensu, ac Tiburtis lapidicinæ glebis in antarum, coronarum, fastigiorum præclaram speciem expolitis. Extrâ locus apertus, ac patens, quinque præcipuis viarum eodem mittentibus: Alteriorum olim forum: qui, præter cætera, Romanam nobilitatem antiquo loci cognomento testati, in eo nuper ædificauerunt. Itur tribus ostijs in vnam Aedis testudinè, dein conuersis angulis in Crucis schema dilatatam. Tres hinc atque hinc Cellæ versicoloribus lapidibus, picturis, rectorijs operibus, auroque excultæ. Tum ab vtroque latere mediani aditus. Dein explicata brachiorum instar amplitudo, exurgente Hemisphærio: quod laminis plumbeis coopertum, interiùs picturatis imaginibus, & quatuor è gypso intra loculamenta simulacris decoratur. Excipiunt Cellæ minores duæ, non dispari à cæteris ornatu: tum apsidata extremitas, vbi præcellam & principem A R A M nato Regum Regi, & octauum post diem circumsecto Farnesia pietas dedicauit. At circumcludentes parietes quadratæ pilæ coniunctim structæ distinguunt, grauanturque capitulis foliosis, echino sculptis, & ionica voluta: superque deducto epistilio præstatisque symmetriæ corona. Infra coronam octo podia è marmore paulum à muro extant supra Cellarum arcus, & medios aditus: alia sex, prope apsidem, atque in transuersa testudine multum eminent. duæque sublimes organorum machinæ duobus impositæ auro præfulgent. In auersa fronte totius operis inscriptio est:

ALEXANDER FARNESIVS CARDINALIS S. R. E. VICECANCELLARIVS PAVLI III. PONT. MAX. NĒPOS CVIVS AVCTORITATE SOCIETAS IESV RECEPTA PRIMVM FVIT ET DECRETIS AMPLISSIMIS ORNATA TEMPLVM HOC SVÆ MONVMENTVM ET RELIGIONIS ET PERPETVÆ IN EVM ORDINEM VOLVNTATIS A FVNDAMENTIS EXTRVXIT ANNO IVBILÆI MDI XXV.

Ex litteris
annis So
cietatis,
an. 1583.

Ad exitum Aedè perducta Gregorius Pontifex, cum per æstiuos calores ad Diui Marci de more versaretur: incidissetque dies B. Virginis Assumptioni sacer, quo die sacrorum solemnia in Sacello Pontificio celebrantur, nouam Aedem, qua cum D. Marci pœne continens est, ad eum augendum celebrandumque diem sibi delegit. Itaque tum primum in Ara maxima magnifico extructa opere sacrificari cœptum est. Aderat Cardinalium corona, cæteraque Pontificalis Curia pompa: multitudo vero tanta quanta noui Templi facies, & nouus ille confessus illexerat. Proximo anno redijt ad eum celebrandum colendumque diem, quemadmodum superiore anno fecerat, Summus Pontifex. Qui hoc etiam magis ea delectatus est ade, quòd & paulo iam erat ornatior, & præclara quadam Eucharistia sede ac domicilio illustrabatur. Est enim multorum opus annorum, cum magnitudine nobile, tum artis varietate distinctum: fulget auro, accensoque colore, plurimisque sacrarum historiarum argumentis illuminatur: vt quocumque figas obtutus nouo semper delecteris aspectu. Hæc ab Alexandro perfecta: cuius

Ex iisdem
litteris an.
1584.

cuius vt magnum nomen : sic magnitudine rerum gestarū æquari debuit. Domus Accessit deinde par Odoardi Cardinalis Farnesij liberalitas, qui adiunctam Societatis domum Clemente VIII. Pontifice ædificare aggressus, Iesu ab aliquot post annis absoluit opere lateritio candentibus lapidibus inter- Odoardo stincto. Latam insulam complexus, elegantem fabricā longo spatio cir- Card.Far- cumduxit; vt domum illam,quam antea nostri ordinis homines primam nescio ex- dignitate, atque antiquitate dicebant, fecerit etiam inter præcipua Ro- tructa. mæ ædificia non postremam. In ea hæc legitur inscriptio :

ODOARDVS FARNESIVS DIACONVS CARDINALIS
SOCIETATI IESV QVA PIETATE MAIORES SVI NASCENTEM
EXCEPERVNT CRESCENTEM FOVERVNT ADVLTE IAM AC
PROPAGATÆ DOMVM HANC PRIMO LAPIDE IACTO EXTRVXIT.
ANNO IVBILÆI MDC. ÆTATIS SVÆ XXVII.

Commemoratis Gregorij fabricis, postremo quid optimo Principi Ro- Pop.Ro. ma vicissim constituerit, memorandum est. Nam Populus Rom. statuam Gregorio ei marmoreā in Capitolio dicauit: in cuius basi claro Elogio hæc scripsit. XIII. sta- tuam po- nit.

Gregorius XIII. Pont. Max. Ob farina vectigal sublatum. Vrbem Tem- plis & operibus magnifice exornatam, H.S. DCCC. singulari beneficentia in egenos distributum, ob seminaria exterarum nationum in Vrbe, ac toto prope terrarum Orbe, Religionis propaganda causa instituta, ob pater- nam in omnes gentes charitatem, qua ex ultimis noui Orbis Insulis Iaponio- rum Regum Legatos trienni navigatione ad obedientiā Sedi Apostolica exhibendam primum venientes Romam pro Pontificia dignitate accepit.

S. P. Q. R.

Creatus ab eodem Gregorio Cardinalis Mattheus Contarellus Aedem Templum S. Ludouici nationis Gallicæ eiusdemque nationis impensa magnifice ere- S. Ludoui ctam, ad exitum perducendam, & exteriorem faciem Tiburtino lapide, ci nation- luculenter extruendam curauit. Cellam ipse, in qua & sepulchrum sibi nis Galli- delegit, extructam ornauit perfecitque. Scipio eiusdem Gregorij Cardi- cz. nalis Lancelloctus Cellam item, in Lateranensī Basilica, atque Aedes me- dia in Vrbe spectabiles condidit. Aedes S. Thomæ Cinciorum ab iisdem restituta: quorum domos Campus olim Flaminius præsertim habet Ti- beri propior: qui & Sanctacruciorum alijs gaudet, nunc vero etiam re- centibus, & purpuratis. At Card. Antonius Maria Saluiatus præter suas Aedes. S. ANCTI IACOBI Templum eximium veteri subruo, & Nouum S. proxiam domum ægrotis, molitus est. Nofocomium pauperum incur- Templum bilium auxit attributo censu: fabricam curandis sceminis, & magnos red- S. Iacobi. ditus adiecit. Idem Orphanorum Protector, Aedem S. Mariæ in Aquiro, pœnes quam iisdem incolunt, ruinæ obnoxiam magno sumptu instaura- uit: Collegium Saluiatum instituit constitutis redditibus, in quo ex or- Collegiū phantrophio delecti adolescentes ad studia litterarum alerentur. Idem Saluiatū. Orphanarum puellarum ad Sanctos quatuor Coronatos domicilium cō- posuit: cum orphanorum domus aliquot post annis extructa sit.

Sixti V. & aliorum deinceps Ædificia .

Cap. XII.

Sixti V.
opera .


Nouum
Palatium
Vaticanū.

Xenodo-
chium
pauperū .
Obelisci
erecti qua-
tuor .


Palatium
Lateranē
se refectū

Scala San-
cta dignio-
ri loco po-
sita .

SIXTVS V. nouam omnino Vrbem videbatur animo comprehē-
disse, cum breui pontificatu tanta est opera molitus . Vastissimum
HÆMISPHERIVM Basilicæ Vaticanæ, quod vix attolli pos-
se credebatur, duplici camera, altera alteri subiecta festinatò per-
fecit. Insigne Sacellum Augustissimæ Eucharistiæ in Basilica Maioris Vir-
ginis, cuius fundamenta iecerat Cardinalis, Pontifex eadem magnitu-
dine absoluit. Nouum in Palatio Vaticano PALATIVM, ex quo sub-
iecta Vrbis iucundissimus est prospectus, excitauit. Quod ab alijs Pon-
tificibus deinde exornatum hodie ijdem incolunt . Idem scalas fecit ab
Aedibus Vaticanis in Templum Diui Petri, quibus clam populo descen-
derent Pontifices . Easdem Aedes Bibliotheca Vaticana nobilitauit. Té-
plum Sancti Hieronymi Illyricorum, quem titulum optauerat Cardi-
nalis, noua molitione erexit. Xenodochium Sanctissimæ Trinitatis apud
Tiberim alendis vestiendisque pauperibus condidit, censuque abunde
dotauit . Quatuor OBELISCOS, reliquias miraculorum veteris Vr-
bis, transtulit. Vnum in Vaticano stantem in media area ante D. Petrū
collocauit. Trium, qui iacebant, minimum quidem à tergo Basilicæ Es-
quilinæ : alterum longe maius in introitu Portæ Flaminie : altissimum,
vero omnium ante Basilicam Lateranensem erexit: Cruci, quam omni-
bus superposuit, dedicauit . Ad eandem Basilicā PATRIARCHIVM
vetus Pontificum Romanorum partim verustate collapsum, partim in-
cultum ac deformatum, totum à fundamentis magnificentissime refe-
ctum, & picturatum ædificauit : ea laxitate, vt cum in eo Senatum seu
Consistorium haberet, Purpuratos Patres omnes, suis quemque cubi-
culis dispertitos acciperet . PORTICVM Basilicæ ad Benedictiones
Pontificias adiecit. SCALAM SANCTAM, qua Christus Dominus
in prætorio Pilati fertur descendisse, digniori loco, ante Sacellum San-
cti Laurentij, seu Sancta Sanctorum positam nouis scalis, & clatratis
porticibus cinxit. Sacella duo addidit: Sacrarij Præfectum, & alios mi-
nistros instituit, Pontificum Gregorij XIII. Palatium in Quirinali cir-
cumductis porticibus, & interiore Sixto amplficatum ingenti acro la-
xauit. Columnas TRAIANAM, & ANTONINAM refarciri:
in ea Sancti Petri inauratum ex ære simulacrum : in hac, S. Pauli collo-
cari iussit. Aedem S. Sabinæ instaurauit. Aliquot vias aperuit, & dire-
xit. A Templum SS. Trinitatis in monte Pincio: quam vsque portam
Flaminiam destinauerat. alteram per Esquilinum, Viminalem, & Quiri-
nalem ad Palatium S. Marci: alteram ad portam S. Laurentij. Ab eadem
ad Thermas Diocletianas. A Lateranensi Basilica ad Colossæum . Por-
ro inter vias propinquas Liberianæ Basilicæ ingens vineæ, atque Horto-
rum




OBELISCVS IN EXQVILIIS



OBELISCVS IN VATICANO



OBELISCVS IN LATERANO.



OBELISCVS IN INGRES-FLAMIN.



rum Perettinorum ambitus concluditur, quos adhuc Cardinalis inchoauerat, eleganti prætorio inibi extructo, vbi procul à strepitu habitaret. **AQVAM FOELICEM** in altitudinem Romanorum Collium ad Vrbem perduxit: in Colle primùm Quirinali, tum tota Vrbe publicis, priuatifque fontibus emergentem. Tres lapideos lacus, in quos ex arcuato ductu tribus ostijs primùm effunditur, præter egregiam structuram, columnas & alia marmorum ornamenta, ingens **MOSIS** simulacrum offerentis aquam, & Hebræorum occurrens multitudo expressa lunensi candidoq; marmore, commendant. Hæc ille in Vrbe. Ideoque Populus Romanus Sixto dicatæ in Capitolio statuat inter alia subscripsit: **OB VRBEM AEDIFICIIS, VIIS, AQVAEDVCTV ILLVSTRATAM.** Eius porro nepos Alexander Cardinalis Montaltus, Templum **S. ANDRÆAE** præclarum inter Tempa Clericis Regularibus condidit. Id postea insignitum est Cellarum ornatu; eius præsertim, quæ ab eximio non magis cultu, quam auctoris Massæi Cardinalis Barberini nunc Põtifis, nomine effulget. Auget eius Cellæ dignitatem subiectus veteris Cloacæ sinus iniecto quondam S. Sebastiani corpore consecratus. Strozia item eo Templo insignis. Ibi ante, Ducum Piccolhomineorum Aedes, & **FORVM SENARVM**: nunc autem in nomen Apostoli cum ædificio vertit & nomen **Fori**. Idem Alexander Clericis Regularibus minimis Aedem S. Laurentij in Lucina cum à Paulo V. impetrasset, amplas Aedes coniunctas coemit, & attribuit. At Henricus Caietanus S. R. E. Camerarius cum è Gallia rediens Legatus indidem Monachos præficus S. Bernardi legibus arctiora sectantes, habitu, vnicolores, & candidos, laxiore cucullo, & ad mentum pendulo, ligneis focculis, tibijs denudatis, in Italiam deduxisset, iisdem Aedem S. **PVDENTIANAE**, quam Rainulphus de Monteruco Urbani VI. olim Cardinalis instaurauerat, iam vetustate fere consumptã, & à se restitutam, iisdem ad sacra ministeria tradendam curauit. dein, auxit pulcherrimo Sacello, in quo ipse humari voluit. Hieronymus Matthæius eiusdem Pontificis Romanus Cardinalis fundato Matthæiorum Collegio, quo præscriptus adolescentium numerus ad bonas artes educatur, stabile liberalitatis suæ monumentum constituit. Inchoata Sixti opera perfici mandauerat Urbanus VII. cū inchoato vix pontificatu decessit; vir summus, antequam maximus diceretur. Gregorij XIV. tempora fabricis caruerunt. morbosa enim fames ademit potestatem fabricandi. Eius porrò fratris filius Paulus Cardinalis Sfondratus, cuius erga res sacras religionem comitata munificentia est, sub Clemente VIII. S. **CÆCILIAE** aliorumq; SS. Martyrum corporibus inuentis, eodemq; loco reconditis, Ecclesiam ante ruinosam, & fatiscentem, mox restitutam, præficus renouatis, nouis pigmentis, aritq; additis copiose ornauit. **TVMVLVM** vero Virginis vario marmore, pretiosisque incrustationibus pellucens mira operum elegantia, atque opificum arte elaboratum, & cancellis obseptum, luminibus plus **LXX**, perpetuo ardentibus quasi Cælum stellis illustrat: Aedem Sacerdotibus, ministris, argenteis, & aureis vasis, ac Sanctorum Reliquijs auctam hæredem ex asse reliquit.

Aqua Fœlix in Vrbem inducitur.

Templum S. Andræ de Valle.

In eodem Cella Massæi Cardinalis Barberini. Clerici Regularis minimi. Monachi S. Bernardi arctioris disciplinae.

Collegium Matthæiorum.

Ogavius Parauicinus ab eodem Gregorio iussus Cardinalis, cum Aram principem Templi S. Alexij, cui præerat in Auentino mirificè decorasset: Aedes quoque in Vrbe perfecit.

Opera
Clemen-
tis VIII.
Aedes S.
Cæsarij.
Collegiū
Scotorum
fundatū.

Iam vero Clemens VIII. vt Aedem S. CAESARII quam Sixtus V. expunxerat, inter Cardinalium titulos more antiquo referret: non longe à porta Capena luculenter restituit; tum Syluestro pronepote creato Cardinali regendam attribuit. Collegium SCOTORVM, quorum pætronus fuerat in purpura, vt Romanam fidem in patria tuerentur, fundauit, donauitq; prouentibus. Palatium Vaticanum, quod Sixtus V. ædificarat, laquearibus, cæterisq; ornamentis præclare instruxit. Ex his Aula vulgo CLEMENTINA, picturis, fallente imaginum prospectu, & egregia opificum arte oculos tenentibus: tum specie marmorearum incrustationum inter spectanda Urbis merito ascribitur. Basilicæ Vaticanæ quod fuerat extructum præclarissimè perfecit. Eiusdem opus est in Basilica Lateranensi Sanctissimæ EVCHARISTIAE diuinique Regis regia. Transuersam enim Templi partem colorato elaboratoque marmore, exquisitis picturis, inaurato laqueari, segmentato pavimento pulcherrime ornauit. Erant in Templo, prope apsidem veteres quatuor æneæ columnæ striatæ. Eas lamellis auri coopertas, basibus, spiris, capitulis effultas, coronam, & fastigium ex ære inauratum sustinentes ad aram composuit. Hæc introrsus adstructa parieti viridibus columnis æbalij marmoris, alijsq; discoloribus lapidibus insignis splendidum præ se fert gemmis & auro conditorium, quo sol vitæ contegitur. Contrâ, Organi ve grandibus tubis admirabilis machina nixa croceis è marmore columnis inauratis è ligno præcinctæ, alijsq; præclaris ornamentis sursum deorsum illuminata. Idem Capitolium, vt supra dicebam, pro loci dignitate, excoluit. Demum in Aede Virginis super Mineruâ sumptuoso SACELLO gratus Pontifex parentum memoriæ monimenta posuit: quorum marmoreas effigies super vrnam varij lapidis nitentes in cubiculum numerosa nobilium capitum, & purpuratorum ex Aldobrandino genere corona circumdat.

Sacellum
Clemen-
tis in Tem-
plo super
Mineruâ.

Horum præcipuus Petrus Clemētis nepos S. Nicolai in Carcere Cardinalis; qui antiquæ illius ædis faciem plastico artificio cōformatam dealbavit. Postea vero Transiberinā, cui præerat VIRGINIS MATRIS Aedem elato altius tectō, cælato inauratoque laqueari, restitutus, tunicatisque marmorato parietibus splendide instaurauit. Eiusdem HORTI per quam amœni sunt in Quirinali; qui & miracula picturarū in Aedibus, & multitudinem statuarum inter vireta, & viretis picturæ fragmentum repertum à pastinatoribus spectanda exhibent. Idem porro vetustam Aedem ad aquas Saluias renouatam extruxit; locum S. PAULI Apostoli martyrio, & trium fontium, qui ad saltus præcisi capitis emanarunt, miraculo insignē ornauit. Eodem Pontifice Basilicam S. PAULI non longe sitam Monachi Cassinenses, dealbatis muris, ere&isque altaribus, apsidem præsertim picturis, & marmoribus, in hanc quæ cernitur nobilem formam redegerunt: ijdemq; postea refecit S. CALLIXTI Tem-

Aedes S.
Pauli ad
tres fon-
tes.

iuuenili forma simulacra insident. Ipsum porro medium ornant virginales niues olim in Esquilinum collem delapsa: hac splendido toreumate Pontificem Templi limites designantem spectantibus similes aurata circumfunduntur imagines. At infra epistilium, oram intercolumnij quaqua versum claudit quadrangula, & turgens in astragalos, equata in ténias iaspis: circuitque in missa instar tabulae expansam sapphirum, colore caelestis baud ab simili, & stellarum radios imitantem, auro internitentibus venis. Sapphirino illo tamquam Caelo superi auro splendidi circumuolitant, quadratum in medio loculum pretiosis lapillis, gemmisq; coagmentatum sublimentes. In eo solio maiestatis augustam VIRGINEM Paulus collocavit, accensis perpetuo cereis & tybnuclis lampadum igne fulgentibus. Ad eandem Basilicam elegantissimas Aedes excitauit: in quibus nobile ODEVM plurifariam diuisum SACRARIVM: aditus, & Canonicis Liberianis, sua cuique, mansiones distributa: Vbi Paulo aneum habitu Pontificio SIMVLACRVM ydem posuerunt. Ante vestibulum Templi COLVMNAM ex antiquo PACIS delubro translatam, superstante Virginis Matris cum Filio inaurata effigie, basi impositam erexit. Eodem tempore D. PETRI Templum, Templorum miraculum aliquando perfecit. Ad eius laxandam aream ades Innocentij VIII. per amplum atrium ambientes, aliaq; veteris structura demolitus, multa splendide edificauit, aut restituit ad praesentis elegantiam temporis. Bibliotheca Vaticana TABVLARIVM insuper addidit quo Pontificia diplomata continentur, PAVLAM AQVAM, magnū aqua flumen XXXV. ab Vrbe milliario, opere subterraneo, & arcuato in Ianiculum perduxit: deficientem se in iacencia Transiberina regionis, inde cis Tiberim super pontem deductam in usum reliqua Ciuitatis diuisit. Eadem gemino ab Vrbe lapide, facto diuortio, sinistrorsus Vaticanum petens, Hortis Pontificijs, in plurimos, pulcherrimosque fontes emergit: tum in subiectam adibus areā, totamque Leoninam Urbem copiose per lacus, & salientes effunditur. Quirinales Pontificum AEDES augustissimo sacello auctas, duplicibus scallis, pluribus & ingentibus aulis porticibus, varioque Conclauium ordine perfecit. Publica HORREA amplificauit. Domum poenitentium seminarum incendio poene consumptam restituit, auxitq; propinquis ab adibus, aperta, & interstrata via, secreuit. In sylua Tusculana Eremitis Camaldulensibus Templū posuit. Diua AGNETI aram peregrinis marmoribus fulgentem, sub qua quiesceret, dedicauit. In hac tanta opera impensasse dicitur aureorum supra vicies quinquies centena millia. Porro ut adificatis relictisque monumentis amplissime Urbem excoluit sic eius augenda contentio promanauit ad Ciues, decorum ratos decorare patriam imitatione Principis. Tum in Vrbe passim adificia vel antiquioribus dirutis noua substituta, vel eadem instaurata, ut exculta sunt. Quin etiam consuens ad rerum copiam multitudo cupide in vacuo adificauit, ubi antea Romanos per montes solitudo erat. Nam inter Collem Hortulorum & Quirinalem, ad Pilam olim Tiburtinam, & Circum Flora, in rectum dimensi vicorum ordines ciuilibus tectis frequentes. Alia in foris quondam

Locus in quo est Virginis imago.

Secretarium nouum Templi adiectum.

Pauli statua à Canonicis erecta. Templum D. Petri absolutū.

Aedes Pontificiae auctae.

Aucta Vrbs adificijs.

Cæsaris, Augusti, Nerue eccitata domus: alia in Suburra, Vico patricio, Quirinali valle, Esquilij Viminali crecta: alia trans Tiberim ad Augusti Naumachiam, Hortosque Cæsaris, tanto locorum interuallo producta; laxatis oblique, vel directis ad lineam, vel apertis novis, constratisque vicarum spatij. Vt iure Paulus, non quemadmodum Augustus, gloriari poterit: se Urbem ex lateritia marmoream, sed ex priore alteram relinquere. Propter hæc publico decreto Populus Romanus marmoream tabulam magnifico titulo insculptam, affixamque extrinsecus fronti Aedis S. Francisci trans Tiberim eius memoriz dicauit:

PAVLO V. PONT. OPT. MAX.

Quod Urbem augustissimis Templis, & Aedificijs illustrauerit: Trans Tyberinam Regionem vberimis riuis ex agro Brachiano supra Ianiculum ductis irrigauerit; nouis olerum Hortis in pomaria domosque distributis Cælo salubritatem reddiderit, priuatorumque censum auxerit: Vjs quæ apertis, quæ amplificatis directisque, insignia SS. Benedicti, & Francisci Monasteria, portamque Portuensem in nobiliorem prospectum dederit; expedito utroque Fabrij Pontis aditu, & scalis ad Tyberis alueum deductis Ciuium, Peregrinorum, Nautarum commodis contulerit.

S. P. Q. R. publicis ad Deū votis atque muneribus felicitatem precatur.

M D C X I.

Omitti postremo non debet, quod cum Tiberis Paulo Pontifice bis inundasset, semel mitius, & humilioribus tantum locis. latius iterum, & violentius, multæ domus in ripa fluminis prolapsæ sunt: & pars spondarum Aelij pontis sublata, ne fluuiio tumescenti obstaret. Has deinde Paulus pulchriores refecit. Domus etiam quæ ceciderant restitutæ: Urbis non minus decori quam incolumitati prouisum. Qui vero primus omnium Paulum est imitatus Scipio Cardinalis Burghesius, vetustâ Aedem S. SEBASTIANI ruinosam, & rudi antiquitate informem ad huius æui prolietorem normam instaurauit: Aras, Tholum, Laquear, aliaque interiora ornamenta congestim, duplicem aditum extrinsecus laxauit: Porticum fronti adiecit: descensum, & scalas ad inferiores cryptas: religionē sanctissimæ martyrum memoriz addidit. Idem præter faciem Aedis Virginis Victricis in Quirinali, de qua supra sermo fuit, S. GREGORII ad Cluium Scauri exteriorem frontem plurimis ab imo gradibus sublata, saxisque Tiburtinarum latomiarum artificiose candidam in altitudinem perpolitus, ita collocauit, vt interius atrium laxauerit, nitentesque pilis quadripartitas porticus ante Templum statuerit. Id opus cum vita absoluit. Sed multo ante Templum S. Chryfogoni, quod moderandum ab ipso Paulo moderatore antequam Pontifice acceperat, restitutum, coaceruatis pi&uræ, læuigatorum gypsatorumque parietum, marmorum, altarium, laqueati inauratique tecti, atque exterioris porticus ornamentis, inter illustria reddidit. Burghesiorum Aedes in Campo Martio Tiberi propinquas in eam amplitudinem produxit pulcherrimo peristylo, multiplicatis aularum, & conclauium ordinibus, solario subdiali, porticibusque in fluuium obuertis, conclusis hortis, explicato complanatoque foro, vt

Tiberis Paulo Pontifice inundat.

S. Sebastiani Aedes restituta.

S. Gregorij Templum eximia fronte instructum.

Aedes Burghesiorum.

in quavis regia nemo plura desideret. Accessere, ingens additamentum, Aedes è regione extruæ. Quæ etfi Aulicorum commodo paratæ sunt, Aulæ tamen dominos præ laxitate videtur allicere. Domum Piam qualito præsertim extrinsecus ornatu perfecit. In Templo magnæ Virginis supra Mineruam ingentia organa duo, & auto intermicantia molitus est. Extra portam Collatinam; vbi olim aliquam partem Hortorum Pompeij fuisse diximus, V I L L A M, & in ea pulcherrimas Aedes extruxit statuis præsertim toreumatis, pictis tabulis, & alijs ornamentis abunde refertas. In villa præter amœnitatem locorum immensitas, apricæ accliuitates, & prospectus, vmbre, vineta, auium, ferarumque viuaria spectaculo sunt. Idem dirutis Constantinæ Thermarum reliquijs nobiles in Quirinali ædes inchoauerat quas deinde auctas Card. Bentiuolus perfecit.

Villa Burghesia.

Seminarium Romanum.

Quo tempore Aedes quoq; ROMANO SEMINARIO paratæ sunt. Nam plures domus ad Templum olim Antonini cœmptæ: duæ maiores ad idem culmea sublata, Pauli Pontificio stemmate decorata frons: tum duplicis Porticus, Triclinij, & Cubiculorum ingens additamentum, Aulæ præsertim, in qua præter alias litterarum exercitationes, per Bacchanales serias minora, seu comica dramata: rarius autem latino metro insignes Tragedias habere solet nobilis iuuentus non sine Romæ admiratione, ac plausu. Tum quoque commendata est Michaelis Angeli Tonti Gardialis liberalitas, qui Collegium Adolescentium instituit addiscentium bonas artes, quod ab eodem Nazareno pridem Archiepiscopo Nazarenum dicitur. Alios suis in Aedibus Dominicus Card. Gimnadius ad cultum doctrinæ educari iussit, luculenter ædificatis, & auctis; quibus deinde vetus S. Lucie Templum à fundamentis renouatum, & Moniales collata ab se pecunia dotatas inclusit. Paulo ante insignes Aedes Matthiorum in ampla insula perfectæ sunt, cum alteras similis magnificentiæ auerso in angulo antea fecissent. Eorum quoque in extremo Cælio Monte, qua planus, & postea decliuus se demittit in vallem, vbi olim Piscina publica, Horti laudantur, vmbri, & arborum opacitate amœni, præsertimque marmoribus, ac simulacris locupletati, lacus ibi, & salientes plurimi, aquis, vel in aditu occulte erumpentibus ad spectatores irrigandos.

Collegium Nazarenum.

Horti Matthiorum.

Horti Farnesij.

Horti Caridij.

Sed Hortis recentibus alij etiam Romani colles celebrantur. In fine quidem Esquiliarum Horti sunt Federici Cardinalis Cornelij ad veteres arcus Neronianos Aquæ Claudie: quibus sua peculiaris laus, quod nobile florum in areolarum puluillis, citrorumque sobolem in vasis viridarijs educant. Earumdem pars Esquiliarum, & Viminalis Hortos Perettinos habet. His præter consilium fruticum circumeuntes ordines, & areolarum amœnitatem, duo sunt prætoria pulcherrima, copia fontium, & statuarum: immensa patent magnitudine, expatiantibus virentibus prætis, pomarijs, & vinetis fructuosi. In Palatino Farnesij, quæ editiores sunt, quodammodo pensiles, antiquos super Palatij fornices strato solo, nec admodum alta terra virescunt. Non vnâ planiciem ijdem inferiores nobilium vmbra, & viriditate arborum conuestiunt. Non longe ab his, in capite olim Suburbæ post Templum Pacis, Cardinalis Pius cultissimos habet,

habet, qui candidis ædibus constructis nouam dignitatem amœnitati cōseruit. In Pincio, & colle quondam Hortorum Ludouicij, sylua statuarum copia, Xystorum opacitate, pratorij ornatu, & pictis tabulis insignes. De alijs alibi. Sed vt ad ædificia redeamus, in Transtiberina Regione exalceati Carmelitæ Deiparæ Virgini Aedem, & adiunctum Cœnobium posuerunt. Nocturno autem ex incendio nobile Templum S. Caroli, vulgò ad Catinarios ædificatum est. Nam cum æstiuus seruoribus congestum, constipatumque in amplo fœnili fœnum incaluisse; concepto igne sponte exarsit, visinamque materiariam apothecam ingenti asserum, & tabularum copia refertam comprehendit. Nihil illa nocte Roma vidit illustrius; tanti flammatarum vortices sereno cœlo vndauere. Excita vicinia, nihil quisquam domi retinuit: quidquid erat clausum publicè exposuit, aut alio exportauit imminentis incendij metu. Et sunt fere domus plebeiorum vetustæ, aridæ, ruinis obnoxie, & flammis pabulum daturæ frequentibus lignariorum, & linariorum officinis. Arserunt ædes propinquæ, nec modicæ. Quare patefacta area, Templo delectus est locus, Bernabitis Patribus honores S. Caroli promouentibus. Sed magno operi opes defecerant. Cum opportuna religione Ioannis Baptistæ Lenij Card. pronisum est; vt magna vi pecuniæ testamento legata, quod imperfectum manebat, perficeretur. Porro Templum quadrangula forma, medio tholo altissimè exurgente constructum quâ retractis, quâ prominentibus cōcamerationum partitionibus, & albario testis, inauratisque, inter eximia Romæ numeratur. Alterum in via Flaminia Templum S. Carolo latius, ampliusque inchoatum Transpadani præsertim, & Insubres perficiendū curant. Cœterum alia duo incendia decorem Vrbi contulere. Alterum prope Pantheon: ibique Patres signati Cruce ministrantes ægris, qui Templum S. Mariæ Magdalenæ auxerant, & ornarant, vsi ruinis domorum, aream ante Templum laxarunt, concinnam domum è regione statuerunt. Alterum prope Campum Floræ; vbi ædibus S. Hieronymi nocturno igne ferme consumptis, eas sospito candore vestitas instaurauit Franciscus Cardinalis Barberinus.

Hæc ad Urbani VIII. Pontificatum referenda sunt. Ille vero adhuc Purpuratus Princeps peramplas, & lautas Aedes, ad Porticum olim Põpeij, cum Carolo fratre, vbi ambo degerent, ædificarat. Exin Pontifex, præter ea quæ memorauimus, PALATIVM Vaticanum pro eius dignitate excoluit: multa ad commoditatem Pontificum, & Aulicorum, vtilitatem composuit. Ambulationem Gregorij XII. camera fatiscente recto muniuit: sublapsæ identidem parietem lorice, quibus cosmographicas per tabulas Italia eleganter expingitur, pristinum pigmentorum splendorem induxit. Templum nobile CONSTANTINI Baptismo nunc eiusdem iussu sumptuque perpolitis columnis, concinnatisque earum capitibus, & basibus dealbatis, magna ex parte vestitis marmore parietibus, laqueato inauratoque testo collucet. Spatium in medio clausum, circulatissimis cancellis, continensque salutaris aquæ fontem pretiosorum lapidum incrustationibus operitur: laqueare inauratum, calatumque ex-

Horti Ludouicij.

Templum S. Caroli.

Card. Lenius Templum S. Caroli absoluit.

Aliud Templum S. Caroli.

Urbani VIII. operatur.

Templum in quo Baptizatus est Constantinus exornatum.

tero apparatusi respondet. Aedem Sanctorum COSMAE, & DAMIANI idem praeclarè exornatam illustrauit. Nouum S. Martini Tēplum, quod Franciscus Card. Barberinus aedificat, Urbanus fronte Tiburtini lapidis exornat. In Quirinali perennis erat memoria S. Susannae ad duas domos. Nam cum illa Diocletiani Caesaris neptis paternam domum habitaret: haud longe Caius Pontifex ex eodem Caesaris genere Virginis cōsanguineus alteram incolebat. Sed cum Susannae domus eiusdem purpurata sanguine inaurato Templo resplendeat; quae CAII Pontificis fuerat, nusquam apparebat. Parietinae tantum rimosae caduceae; sine aditu, sine tecto haud procul extabant. Hanc igitur alteram domum habitaram olim S. Pontifici desertam, & ignotam Urbanus in nouum, elegansque Templum nitide formauit, vt simul Ecclesiasticae antiquitati, Sancti Pontificis venerationi consuleret. At in eodem Quirinali, Palatii Pontificij hortensis amoenitas disclusa viridi septo à via publica prope omnibus sponte, atque inturè patebat. Ea nunc cingitur circumstructo muro in modum ARCIS pari securitate ac pulchritudine. AREA, quae ante palatium vetusti aedificij latissimo fundamento suburgebat, magno lapidarium sudore demissa, & complanata. Terreus agger è regione Palatii, ex eiusdem vetustae molis ruina in magnam altitudinem exurgebat; subducta humo est exaequatus. AVLA Palatii praecipua, quae pilis lateritijs haud satis sulca ruinam minabatur, iisdem Tiburtino lapide refectis solidata est. Aucti HORTI adiacentes. Obstabat obiectus collis, subiecta vallis. Asportantes multorum manus ille sequutus decreuit in planiciem: vallisculam repleuit iniecta, & aggesta humus, cui sustinendae directae ingenti mole substructio est. In fine Hortorum ad remittendas interdum curas adiuncta domus. Horti verò aequata planiciei iam in immensum excurrunt. Recti in illis, longissimiq; Xysti, toosilibus cincti plantis, myrto, buxo, cupressu, lauro, iunipero, citro: innumeri fontes: stationes cameratae flexilibus ramis, semperque virentibus folijs: spatia dispersita pomis, & floribus. Hic fraga, & rosa, & caetera veris familia: illic arborum foetus, & grauis autumnus. E planicie mollis cliuo descensus, & adiacens inferior campus malorum medicarum serax: tum platanis inumbratus Hydraulam ab Sole defendit, aquatiliam machinarum quasi Reginam, pluribus vndique fontibus coronatam.

Horti Quirinales amplificati.

Portus ad Centumcellas.

Leander in descriptione Italicae.

At extra Urbem Urbanus ad mare Tyrrhenum, & Ciuitatem veterem seu Centumcellas PORTV aedificato, totius Europae emporium Romanae dignitati, & commodis aperuit. Id sanè opus multi Pontifices antea aggressi fuerant, quos rei molitio, & sumptus magnitudo, ac frementium vndarum insani aestus retardauerant. Quippe sabulosum litus, & importuosum Austro opponitur, fluctibusque recurrentibus verberatur ex alto: nec vllò introrsus retracto sinu curuatur, quò, subsidentibus procellis, naues se tuto recipiant. Oppidum porrò conditum est, prope antiquam Urbem Centumcellas, eiusque vestigia situm. Quam in eo Tusciae tractu, Pyrgis veteribus longius paululo summotis Geographiae nobiles scriptores recognoscunt. Urbem seiungunt à portu moenia, quae

intere-

interiecta semita, parum distant à mari: eorumque extrema claudit la-
 uorsum Arx quadrangula: bellicisq; tormentis, & quatuor munita turri-
 bus Urbem, ac portum, cui imminet, propugnat. Hinc secundum mœ-
 nia sinuatur retrorsum portus: dein dextro tamquã cornu n. oli coniun-
 gitur: quæ continenti primùm recto opere commissa, postea in vndas
 excurrens: tum cubito veluti flexa sinum fere quadratum efficit, spatio-
 so aditu ad ingressum nauium relicto. Hoc sinu anguloso, quem extrinse-
 cus muniunt cuneata propugnacula, statio ab omnibus ventis tuta præ-
 betur nauigijs: hic hibernant Pontificiæ triremes, quò per lapideos gra-
 dus facilis est è mole descensus. Verum è sinus aditu nouum de integro,
 & curuatum molis quasi brachium pelago est deductum; vt alter effice-
 retur sinus: qui primus ex alto inuectis patet, vulgarique appellatione,
 portus dicitur. Quoniam autem exæstuantis, & profundi maris altitu-
 dinem æquari necesse erat, sic nexus operum est compactus. Ingentia
 saxa magno labore ingeriebantur: atque ea iniectis alijs, alijsque onera-
 ta, etsi aquis absorbebantur, substratam tamen, patientemque oneris
 struem attollebant. Quæ vbi ex aqua paululum eminere cœpit, tum
 iunctis lapidibus moles superstructa est in ludibrium maris, & nauium
 quietem. Igitur brachium, quod cœptum ab sinus introitu, curuato ad
 Urbem littori haud impari flexura respondet, rotundo tamquam propu-
 gnaculo inchoata, pari etiam curuatura ad arcem fertur, continuatque
 molis structuram tendentem ad Urbem. Inter hæc duo munimenta li-
 bero mari panditur ostium portus, quò naues tutò commeant. Sed quo-
 niam Austro opponitur euolutos longe fluctus inuehenti, altera contra
 ostium, scopuli instar iacta est non modico interuallo moles, ostio por-
 tus obuersa. Id validum est frangendis procellis ac fluctibus munimen-
 tum. Cæterum forma portus nec ouatæ, nec orbiculatæ par, inter illas
 media latissime panditur. Quo perfecto data à Pontifice immunitas ve-
 stigalium commeantibus; & allecti institores loci securitate, lucri spe:
 copiæ que mercimenij Romæ consultem. Hæc à munifico, optimoque
 Pontifice, præter ea, quæ diximus, perfecta sunt. Ideoque in Templo
 Virginis ab Ara Cœli Senatus Populusque Romanus horum gratia, alio-
 rum que beneficiorum, quæ in Urbem, & Ecclesiasticam ditionem, con-
 tulit, in signe illi rerum gestarum monumentum posuit:

VRBANO VIII. PONT. OPT. MAX.

Quod Vrbe grassante per Italiam acerbissimæ pestilentie lue incolumem seruauerit
 Et sparia alicubi contagionis semina properè extinxerit quod Dominatum Ecclesie
 Peropportuna ditionis accessione amplificauerit quod Italiam eductis iam
 Ad prælium aduersarum partium exercitijs in ipso pugnae proœctu summæ felicitati
 Iacauerit quod Remam Alia Arce in meliorem formam redacta magno æneorum
 Tormentorum paratu & copiosissimo Armamentario fines veto Arce Urbana
 A fundamentis excitata Vibesque alias complures firmissimis operibus manuerit
 Quod Traiani Portu ad Centumcellas restituito perfectoq; varijs opificiorum generibus vbique
 Iuductis rei humanitatis inopia ingentis sumptu subleuata qua Templis exadificatis qua reiectis ornatisq;
 Iusta ac temperata vereque paterna dominatione populorum commodis vigili cura prospexerit

S. P. Q. R.

Æternum memoris gratique animi monumentum posuit An. sal. MDCXXIV.

Sinus in
portu, &
statio tri-
remium.Quomo-
do portus
extractus.Monimen-
tum posi-
tum Vrba-
no VIII.

Aedes, &
Horti Bar-
berinorū
in Quiri-
nali.
Facies æ-
dium or-
nata.

At Frācisus Card. Barberinus Ducis Sfortiæ coemptos Hortos in Qui-
rinali magnificis operibus exornauit. Possederat, vt dixi, Cardinalis
Carpensis, deinde Sfortiæ Duces prætorio amplo lautoque instruxerāt,
quod è priscis fundamentis sēdiliū Circi Floræ exurgebat. Igitur quā
in Septentriones obuersa AEDIVM præcelsa FACIES longissimè
producitur, primum nouis suffulta fundamentis, tum pro eadem æquato
stratoque latissimam in aream solo, cæmentitio muro onus sustinente,
solidatur. Eandem marmorato in lateritiæ tunicæ speciem loricant: ex-
plicant regiam subgrundiorum coronam: mœniana in medio collocant,
non sine multarum viriditate è vasis frondentium arbuscularum: procur-
rentibus cingulis ad æqualia interualla distinguunt: imponunt fastigia
fenestrarum: intrinsecus aulas ornant, plurima reficiunt, instruuntque
cubicula. Verum ad Solis occasum reuocant introrsus ædificium, & no-
uas Aedes eximia descriptione erigunt: quas altera, ad oppositā æquali-
tatem, extante parietum tamquam ala concludunt. Quod inter has me-
dium resilit, porticibus euehunt: quarum inferiores multipliciter pa-
tent: superiorum aliqua continuato muro obstructæ, quoniam perluci-
dis specularibus omnes teguntur, procul visentibus indifferenter arcua-
tos hiatus videntur efficere. Piæuris Petri Berettini Aula memorabilis.
Scalæ in quadrum, & cochleæ formam redactæ, columnis nobiles. Plu-
ribus contignationibus, fatigato per multitudinem obtutu, expatiantur
conclauia. Inter cætera ibi Francisci Cardinalis visenda Bibliotheca; in
qua incertum, vtrum sit admirabilior amplitudo, & ornatus, an nucez
materiæ sculptura, columnis & coronis distincta, an pluteorum vnde-
no ordine duplicem per ambulationem recurrentium concinnitas: an-
voluminum copia innumerabilis, an propensa in liberales disciplinas stu-
dia Principis, quem tanta rerum moles non modo non retardat à curis
sapientum, verum ad hæc amœna diuerticula sensim pellicit, & quasi è
curiæ tumultu ad doctrinarum quietem inuitat. Nec parum Aedium il-
larum gloriam amplificarunt sacrarum spectacula fabularum. Neque
enim theatralibus in ludis Roma quidquam laudaret illustrius, quam nu-
per aut peregrinum ALEXIVM, aut THEODORAM à libera-
tore dimissam. Inchoat fabulam, perficitque concentus. Modos Mu-
sici Romani, hoc est Musicorum reges agunt. Machinamenta, & auto-
mata plusquam regia. vsitatum quippe ibi transuolare cum leui nube,
cum igne erumpere, cum pegmate euanescere: maria terris enasci: val-
les ascendere, montes subsidere, alium in orbem momento transmigra-
re: sensu periuocundo sequi triumphantes Diuos, ac Cælum curru sul-
cantes. Nam choros, saltationes, sirmata personarum, & reliquum Cho-
ragij apparatus haud facile sit animo æstimare; tanta sunt, quæ videntur.
Ab his spectaculis ad hortensia transitur, quoniam & illic croceis, vt olim
cum odoribus agitur fabula. Quidquid vsipiam florem apud nos viuit,
in illa veris scena primas sustinet: exitu quidem Tragico; nam & florum
regibus vitæ caduca fors: & quibusdam vel in primo actu sanguis pur-
purat. Hi verò è secundo solo perennitatem possent haurire, si vellent:

in

Bibliothe-
ca Franci-
sci Cardi-
nalis.

Musica
dramata
data in ijs-
dem ædi-
bus.

Mira in ijs
machina-
menta &
spectacu-
la.

Florea
hortorum
amœnitas

in quo pereant Apes melliferæ, ac cœleste pabulum non tam libant, quam refundunt æque in flores, ac florentem in Urbē virtutibus, & otio Pacis. Eodem tempore Antonius Francisci frater Cardinalis Aedem vetustam S. AGATHÆ egregijs operibus instauravit, ornauitque: porticum exteriorem extruxit. Antonius vero Cardinalis S. Onuphrij Urbani VIII. frater suo fratrum Capuccinorum Ordini Cœnobium, cum Templo condidit, vt monet addita inscriptio:

Ædes S. Agathæ restituta.

Frater Antonius Barberinus S.R.E. Presb. Cardinalis Sancti Honaphrij Urbani VIII. germanus Frater Templum immaculatæ Virginis Conceptæ, Capuccinis Fratribus Cœnobium à fundamentis erexit, religiosi in Deiparam obsequij, benefica in suum Ordinem charitatis monumentum anno sal. 1624. Capuccini Fratres grati animi ergo pos.

Primum Lapidem sub Ara primaria posuit Maximus Pontifex. Templum pro familiæ instituto vindicæ Euangelicæ paupertatis, ornamentis instructum. Domus ampla, & fratrum conuentibus, quos capitum numero frequentissimos habent: opportuna. Idem COLLEGIO NEOPHITORVM in veteri Suburra domum extruxit; Collegio PROPAGANDÆ FIDEI sacram Aedem sub monte Pincio.

Sed intra Romani Collegij ambitum Ludouicus Ludouisus fratris Gregorij XV. filius & Cardinalis Vicecancellarius, S. IGNATIO LIOLE, quem Sanctorum numero Gregorius ascripserat. Templum inchoauit. Primum lapidem ipsemet in fundamenta iecit die septima Augusti, octaua ab Ignatij anniuersarijs sacris. In lapide, & aureis numismatis vnâ demissis inscriptum erat:

Templum S. Ignatij à Cardin. Ludouico extructū.

LVDOVICVS CARD. LVDOVISVS S. R. E. VICECANCELL. IGNATIO CVI GREGORIVS XV. PONT. MAX. PATRVVS SANCTORVM CVLTVM DECREVIT COLENDO TEMPLVM EXTRVXIT ANNO MDCXXVI

Intus verò super media, ac principe porta:

LVDOVICVS CARD. LVDOVISVS S. R. E. VICECANCELLARIVS
IN HONOREM B. IGNATII
SOCIETATIS IESV FVNDATORIS
QVEM GREGORIVS XV. PONT. MAX. PATRVVS
INTER SANCTOS RETVLERAT
TEMPLVM HOC A FVNDAMENTIS EXTRVXIT
NICOLAVS PLVMBINI ET VENVSIAE PRINCEPS FRATER
APERIENDVM CVRAVIT AVSPICIS
INNOCENTII X. PONT. MAX. ANNVM IVBILAEI MDCL.
SANCTISS ME CELEBRANTIS.

Inchoatum strenuè moliri cœpit: sed molis magnitudo ipsa per se moram fabricauit. Itaque sex post annis vita functus ad summam iam expensam tantum supremis tabulis adiecit, vt ducentis aureorum millibus opus longe pulcherrimum ex animi sui sententia staret. Porro Templum in ampliorum huius æui Templorum formam descriptum est, & figuram Crucis: cuius pars ima longior quam summa, transfuersæ æquales. Ternæ in imo per amplæ Cellæ ternis sibi obuersis respondent, & suo quæque tholo subijnes camerantur. Postea maius Hemisphaerium; quod duplici globosaque contemeratione fornicatum exteriorem altissime prouehit,

interiorem deprimit ad iucundiorē prospectum. Tum singulæ hinc, atque hinc Cellæ paulo minores, suas quæque fores introeuntibus aperiant, alteras è via publica, alteras è secretario & domesticis ædibus. Tum Templi, & principis Aræ sedes. Sed quod rarius hodie huius generis Tempia sortiuntur: ad interiectus aditusque Cellarum quadraginta & octo marmoreæ columnæ singulari ornamento constitutæ. Pilæ autè medium Templi intercurrentes è Tiburtino lapide, perpetuis à summo ad imum canalibus striatæ capita sustollunt de more Corinthio, eodemque conformatum epistilium, zophorum, atque è mutulis prominentem coronam. Hinc paries paulum rectus minore in vique proiecturam, deinde sinuatur in fornixem, qui zonis profiliantibus, retractisque cauis, & loculis ad inferendas p'altarum imagines distinguitur. Frons septentriones spectans, quo & vicinum Pantheon vergit, candidis commissa globis Tiburrinarum lapidicinarum latissimè, altissimèque consurgit. Porro sub Templi sinistro latere fuisse molem Circi similem suspicor, inchoatæ ab Aede S. Mariæ in Aquiro, ad quam Equorum cursus cum ædificio. Idem indicat magna pars Obelisci prope collocata, & in vicinia minora eiusdem fragmenta: & perpetuum latumque fundamentum repertum secundum Templi longitudinem, forsan ad porticus, & sedilia. Idem Cardinalis Collegium Hibernorum fundavit, & Patribus Societatis regendū commisit. Quo tempore Germanici Collegij per lapsum ruinosa domus inchoatæ structura, pars quædam spatiosi ambitus ædificari cæpta; ipsa tamen domus ingens, nobili aula, cubiculis, subiectisque instructæ operatorū officinis. Nec longe in Agonali foro productis ædibus Cardinalis Pamphilius ædificabat. In eiusdem olim Circi carceribus Aedes de Torres: & in propinquo de Lantes. Has autem cum Romana Academia, credibile est fuisse ad nemus Thermarum Alexandri. Ad latus autem Circi in Thermis ipsis antiquarum ædium species restitit opibus Mediceis, ac Iustinianis. Sed Agrippæ Thermas Aedes Sannesiæ, Victoriæ, Robertæ designant. Thermis vero adiuncti Horti cum stagno, & nemore, quam Vallem vulgo dicimus, occupabant. Ibi Aedes de Valle, & Caffarellæ sunt. Aedes Caualeriæ, & Philonardæ ad Porticum Octauij Corinthiam: quam, prope excipiebat Circus Flaminius. Huius Circi ad metas Patritiæ, Serlupæ, Paluziæ, Capizuchiæ. Extra latus Circi dexterum, prope Capitolium, Mutiæ, Astalliæque ponendæ: In læuo, an extra? Costagutæ. Capitolio non multum distat via Lata, quò fines suos Regio viæ olim Latæ perduxit. Itaque Aedes Aldobrandinæ (& fortasse Frangipaniæ) Cæsariæ, propinque Columnenses, aliæque in foro gentilis Sciaræ eius notant Regionis sedem. Sed vbi Cæretis Ducum Aedes, tū Cardinalis Cornelij, Porticus Argonautarum: vbi Collegium propagandæ Fidei, Porticus Europæ recognoscenda est: Vbi cliuus Pincij, & Museum Angelonium, terminus Hortorum Pompeij. Post eas Porticus Septa tendebant ad forum Columnæ, olim Antonini. In eo, eiusque additamentis Verallæ, Spadæ, Bubalæ: tum in via Flaminia Caietanæ, Verospizæ, Theodulæ. Minus certa in Campo Martio habemus. Sed tamen quæ post Collem Citorium versus Tiberim panditur, Cænobium Monialium

Columnæ
in Tēplo

Et alia or-
namenta.

Collegiū
Hiberno-
rum.
Collegiū
Germani-
cum.

lium Reginae Virginis ibi esse dixerim, vbi Solarium quondam Horologium: fuit. Indicio est Obeliscus pro gnomone erectus ab Augusto. Nam, & vicina, & fundamenta ædium subit, quas Cardinalis de Comitibus posuit Rondinini ædibus contiguas. Rondinina autem illius aræ aliquam partem sibi etiam vendicant: & molis terminos ad serras vsque fuisse extensos probabile est. In proximo Citorio colle, splendidissime ædificat Nicolaus Ludouisius Plumbiniæ ac Venusiæ Princeps; ipsiusmet. collis ruderibus egestis, atque inclinato fastigio; vt, ad Antonini Forû, hinc Egnatianum Templum, hinc Ludouisiana domus pietatem patrum, nepotisque magnificentiam testentur.

Porro ad Ripam Tiberis Collegium Clementis VIII. Clementinum visitur, prope antiquum Terentium, vbi ara Ditis, & Proserpinae sub terra. Prope, ortum habuit via Recta diuidens hanc partem Campi. Quod si alterum ripæ latus spectamus vbi domus pauperum, ac Xenodochium SS. Trinitatis, quo peregrinorum Romam venientium excipitur incredibilis multitudo; Hic opinor Horti Principum Seruiliiani fuerunt, longoque tractu ad Collegium Anglorum, tum Roccias Aedes ac Cerrias pertinebant. Etiam Ricciæ Varesiæque, cum horti secundum Tiberim producerentur, illorum terminis inclusa. Aliæ dignitate ac specie non inferiores, vel quia veteres fabricas illis designari in promptu non erat: vel quia memorauimus, reticentur. Urbis adeo totius facies eximias passim domos ostentat, humilibus tamen non raro intermissas. Quod sane ingentibus oppidis familiare est, & Vrbi etiam veteri fuit: quam sex amplius secula præter Capitolij substructiones, paucis commendatam, rudibusque tectis demissam, & humilem exteri, quamuis dominam eludebant. Orbis imaginem dixeris in quo maximis Urbibus minora castella pagique succedunt: ac præcelsa montium iuga modici colles excipiunt. Sic, & regia domus non amplas vbique aulas, sed angustas etiam cellulas probè completitur. Romæ vero id præsertim accidat necesse est, quod in eam ex omni Europa confluentes noui opifices, & aduenæ, vb. in communi patria sedem elegerunt, domos sibi quoquo modo comparant, & pro facultatibus ædificant. Verum quamuis rarò coniuncta, sed sparsim erecta sine sublimia Principum, & nobilium virorum ædificia; tot tamen ea sunt, tantique ornatus; vt, si simul collocentur, ex his magna Vrbs splendidis ædificijs statuenda sit. His accedunt crebra vtriusque sexus Cœnobia, & opera Templorum pulcherrima; quorum pleraque sufficerent singulis Urbibus illustrandis. Quæ omnia si quis complecti velit, Elenchum Romanorum ædificiorum per Regiones Urbis quatuordecim contexat, vt olim P. Victor, ac Sextus Rufus de Roma veteri fecerunt.

Domus
amplæ in
Urbe hu-
miliori-
bus inter-
misse.

Insignia
Cœnobia
& Tēpla.

F I N I S.

INDEX FIGURARVM AENEARVM.

R oma Romuli in Palatino condita, & quadrata forma delineata	pag. 7
Roma à Romulo, & Tatio aufla.	12
Insula in effigiem navis Aesculapio sacra.	20
Eiusdem Insulae Vestigia.	21
Circus Flaminius, & Campus Martius extra Urbem designatur.	38
Castra à Viminali, ad portam Esquilinam.	45
Roma Ambitus à Caesaribus ampliatus.	52 53
Murus obliquus, vulgò Muro torto dictus.	54
Porta Nevia, nunc Maior denominata, in formis Aqua Claudia.	75 406
Isidis, siue Osiridis simulacrum Roma repertum.	81
Effigies Capitoli veteris accurata delineatio.	112 113
Columna Rostrata in Capitolio.	130
Numismata Iouis Capitolini, & Arcus Neronis.	142
Vestigia Porticus Iouis Statoris.	150
Aedes Concordia, illiusque Vestigia.	152 153
Aerarium ad radices rupis Tarpeia.	155
Vestigia Aedis Saturni cum Aerario in cliuo Capitolino.	157
Arcus Septimio, Antonino, & Iulia erectus.	160
Antonini, & Faustina Templum.	169
Eiusdem Templi Vestigia.	171
Arcus Septimio, & Antonino à S. P. Q. R. erectus.	182
Vestigia Fori Neruae.	189 191
Vestigia Templi Neruae siue Mineruae.	195
Columna Traiani Imperatoris.	197
Numismata ad Traianum, & alios Imp. ex S. C. eusa.	201
Herouli Aedes iuxta Tyberim.	204
Templum Fortuna Virilis iuxta Tyberim.	206
Templam Iani.	209
Imperatorum Romanorum antiquum Palatium.	225
Circus Maximus exadificatus, & ornatus.	207 343
Eiusdem ruina, & rudera, qua visuntur.	229 345
Templum Romuli, & Remi.	235
Eiusdem Templi Vestigia.	237
Templum Pacis.	239
Eiusdem Templi Vestigia.	241
Titii Imperatoris Arcus.	248
Solis, siue Serapidis Templum.	261
Eiusdem Templi Vestigia.	263
Luna, siue Isidis Templum.	265
Eiusdem Templi Vestigia.	267
Arcus Triumphalis Constantini subaecto Maxentio.	272
Metaeque sudans iuxta Amphitheatrum.	274
Amphitheatrum Caesarsis Vestigia.	279
Amphitheatrum Flauium, vulgò Colloßaum.	281

<i>Eiusdem Amphitheatri Vestigia.</i>	283
<i>Theatrum Marcelli.</i>	287
<i>Eiusdem Theatri Vestigia.</i>	289
<i>Theatrum Pompei.</i>	294
<i>Titi Imperatoris Thermae; earumque Vestigia.</i>	299
<i>Arcus Gallieni, nunc S. Vittorij.</i>	305
<i>Castellum Aqua Martia.</i>	307
<i>Eiusdem Castellii Vestigia.</i>	309
<i>Therma Olympiadis.</i>	313
<i>Eiusdem Thermarum Vestigia.</i>	315
<i>Therma Nouatiana.</i>	317
<i>Eiusdem Thermarum Vestigia.</i>	319
<i>Curia Hostilia in Monte Caelio.</i>	323
<i>Templum Claudij Imperatoris in Monte Caelio earumque Vestigia.</i>	325
<i>Sepulchrum C. Cestij cum Inscriptione nuper reperta.</i>	333
<i>Testaceus Mons.</i>	335
<i>Septizonium, Septimij Severi Sepulchrum.</i>	340
<i>Circus Flaminius.</i>	348
<i>Porticus, & Vestigia Templi Iunonis Reginae.</i>	350
<i>Circus Lateritius Antoninij Caracalla.</i>	353
<i>Solis Templum ab Aureliano factum.</i>	359
<i>Eiusdem Templi Vestigia.</i>	361
<i>Mausoleum Augusti Imperatoris.</i>	373
<i>Eiusdem Mausolei Vestigia.</i>	375
<i>Columna Antonina.</i>	377
<i>Arcus Domitiani Imp. postea dictus di Portogallo.</i>	381
<i>Pantheon Agrippa.</i>	389
<i>Panthei Vestigia.</i>	391
<i>Effigies Campi Martij veteris delineatio.</i>	392 393
<i>Fistula plumbea, & Aqueductus Roma repertus.</i>	402
<i>Therma Diocletiana in Viminali.</i>	417
<i>Eiusdem Thermarum ruina.</i>	419
<i>Therma Antoniana.</i>	421
<i>Eiusdem Thermarum ruina.</i>	423
<i>Therma M. Agrippa.</i>	425
<i>Eiusdem Thermarum Vestigia.</i>	427
<i>Therma Neroniana, postea Alexandrina dicta.</i>	429
<i>Eiusdem Thermarum Vestigia.</i>	431
<i>Therma Titi Imperatoris.</i>	433
<i>Eiusdem Thermarum Vestigia.</i>	435
<i>Mausoleum Hadriani Augusti.</i>	485
<i>Eiusdem Mausolei Vestigia in Propugnaculum, siue Arcem S. Angeli versa.</i>	487
<i>Pars Templi Bacco dicati, nunc S. Agnetis extra Vrbis moenia.</i>	492

In Urbem Romam.

*Languentem gressum paulisper siste, Viator;
Et lege marmoreis carmina sculpta notis.
Roma fui quondam toto celeberrima Mundo
Marte, situ, ingenio, nobilitate potens
Quippe triumphalis frænauis legibus Orbem,
Paruit imperio te, ra fretumque meo.
Imposita septem micuerunt Collibus arces,
Totque Arcus, Thermae, Tempia, Theatra, Viae,
Prorsus eram felix si non peritura fuisset,
Et nisi tam multas fors rapuisset opes.
Roma ego iam non sum, perij, propriisque ruinis
Obruta sum, gremio condor & ipsa meo.
Reliquias quascumque vides, que diruta cernis,
Moenia, splendoris sunt monumenta mei.
Frustra igitur ROMAM, ROMAE tu quaris: abire
Iam potes hinc ROMAE ROMA sepulta iacet.
Interea temere perituras ne frue moles,
Cautior exemplo cum potes esse meo.
Carpe viam, volui scires haec pauca, memento
Ut meminisse mei, sic meminisse tui.*

Andreas Prusus Soc. Iesu.

In Eandem.

*Roma vetu, totum manibus qua amplecteris Orbem,
Seu dare vis terris, seu dare iura mari
Vna triumphali diademate cingeris: vna
Omnia Te peij cernis ab arce iugi.
Te caput ad caelum tollentem suspicit Atlas,
Te tibi substitui pondere fessus auet.
Salve magna parens virtutum, magna Virorum;
Qui titulos armis, qui peperere toga.
Nil tantis certet tibi laudibus omnia vincis,
O decus, o hominum gloria ROMA vetus.*

Franciscus Bencius Soc. Iesu.

In Eandem qualis est hodie.

*Qui miseranda videt veteris vestigia ROMAE,
Ille potest merito dicere, ROMA fuit.
At qui celsa noua spectat pallatia ROMAE,
His merito poterit dicere, ROMA viget.*

Georgius Cassander Brugensis.



I N D E X

R E R V M M E M O R A B I L I V M .



A



EDIFICANDI a-
tes variz in Vrbe 89. &
deinceps .

Aedificia Urbis modica,
primum 90. & deinceps .
teſta ligneis tabellis 92. parna etiam
nobilium ibid. quando

primum exulta 96. & ſequent. eorum,
luxus, & pulchritudo 98. & ſequent. variz
ornata, & inaurata 104. & ſequent.

Adriani Moles . vide moles .

Aeraria Romæ plura 156. Publicum 156. pri-
uatum 156. Militare ibid. ſub tutela Satur-
ni ibid. in eius Aede 156.

Aequimelum 215.

Agger Tarquinij Superbi 23. 311.

Agonalia feſta 351. Agonius Deus, Agonal.

Circus 352.

Agrippæ magnificentia , vide opera .

Alaricus parit muris, & ædificijs Romæ 59.

Aralphus ibid. & Genſericus 60.

Altitudo domorum quanta 97.

Alueus Tiberis non mutatus 158.

Ambitus Urbis ſub Romulo 8. & deinceps .

Ut creuerit ſub alijs Regibus 15. & ſequent.

quantus ſub Conſulibus 23. & ſequent. ſub

Auguſto, & alijs Cæſaribus 41. & deinceps .

quantus poſt Aurelianum 48. & deinceps .

non diminutus à Belifario 61.

Amphitheatrum quid 276. è ligno ibid.

C. Caligulæ inchoatum 285.

Flauium ſiue Coloſæum 280. in media Vrbe

ibid. eius capacitas, & deſcriptio 284. ara,

pugnæ 285. cur crebra in eo foramina 285.

Lignea Caligulæ, Curionis, Neronis, Fidenis,
278.

Statilij Tauri 278.

Traiani 285.

Ancilia 367. 368.

Anienis alueus nauigabilis 503.

Anſer Capitolium ſeruat 116. 117.

Apollonius M. Aurelij magiſter 219.

Aquarum in Urbem deductarū numerus

408. 409. aquæ viſ, & copia in eadem 409.

410. eius Curatores 399.

Albudina quæ, 409.

Alexandrina quæ, 409.

Alſicina quæ, & Auguſta 408.

Anio vetus, & nouus 407.

Appia 408.

Antoniana quæ, 409.

Aurelia quæ, 409.

Cærulea quæ, 409.

Claudia 407. eius aquæ ductus gignit alaba-
ſtrem 399.

Crabra, quæ forte Damnata 409.

Curtia quæ, 405. 406.

Herculanea 408.

Iulia 404.

Martia 404. tota potui ſeruit 399. mixta cum

fonte Antoniano 408.

Sabatina quæ forte Ciminia 409.

Septimiana, quæ forte Seueriana 409.

I N D E X.

Tepula, 404.
 Traiana quæ, 409.
 Virgo 399. quæ nunc Trzunia 404. deducta
 ab Agrippa 404. saluberrima ibid. nunc re-
 ducta 497. 498. addita aqua Salonia 518.
 Aqua Fœlix à Sixto V. deducta 400.
 Aqua Paula à Paulo V. deducta 501. 528:
 Aquæ ductus Romæ quatuordecim 409. eo-
 rum admirabilitas 399. 95. vnus nuper in-
 uentus 400. & deinceps. Refecti 470. 471.
 488.
 Ara Herculis 202. Iouis Elicij 398. Neptuni
 347. 348. Iouis Stygij 285. Martis 386.
 Fortunæ Reducis 368. Cæsaris 166. Consi
 4. 346.
 Aræ B. Virgini dicatæ descriptio 527.
 Arcus aquæ ductum 399. 400. Neronianus 407.
 452.
 Arcus ad Aedem Saturni ob recepta Vari si-
 gna 156.
 Ad Martis Vltoris, Germanici, & Drusi 188.
 In Capitolio ob signa de Parthis recepta
 188.
 Constantini 269. 1
 Domitiani 382. 383.
 Drusi 338.
 Drusi, nunc Portugalliz 383.
 Fabianus 147.
 Gallieni 304.
 Neronis 142.
 Titi 242. quando erectus 247.
 Septimij Seueri 181. 201.
 Veri 338.
 Traiani 338.
 Arcus Triumphales cur prope Sacram viam
 86.
 Argiletum 212. forte duplex 212.
 Armamentarium vetus 275. 326. nouum Vr-
 bani VIII. 487.
 Armilustrium 332.
 Asylum 238. vbi esset 139.
 Athenarum circuitus 63. 64. quomodo cum
 Romæ conferendæ ibid.
 Athenæum in Capitolio 136. in eo recitabant
 Poetæ, & Oratores ibidem tradebantur
 doctrinæ ibid.
 Atrium Libertatis 135. 331.
 Atrium in Capitolio 124. 125.
 Auentinus 16. extra pomerium, & cur ibid.
 receptus à Claudio ibidem 42. descriptus
 236. eius ædificia 336. Dianæ collis 327.
 habitat ab Honorio IV. & Romanis
 493.
 Augustus Urbem auget 41. & ornat, cum alijs
 98. modice habitat 93. marmoream relin-
 quit 98. definit altitudinem tectorum 97-

forum struit 187. Urbem marmoream relin-
 quit 97.
 Augusti, qui vocarentur, qui Cæsares 242.
 Aurelianus Solis cukor 359.

B

B Alnea Palatii 221. 224. Olympiadis 312.
 Agrippinæ ibid. Nouatiana 312. Aemilij
 Pauli 358. Luxus balnearum 100. vestigia
 balnei inuenta 400.
 Basilica quid 167. 296. 457. pro Iudicijs, ibid.
 forma 459. 460. Chalcidica in ijs, porticus,
 tribunal 460.
 Aemilij Pauli 167. resecta, & ornata 352.
 Alexandrina, quam Alexander Seuer. struere
 voluit 337.
 Antonina, sed verius, Templum 378. 43.
 Caij, & Lucij 447.
 Constantini 275.
 Domitiani 221. 458.
 Gordiani instituta in campo pedum D. 398.
 Iulia 458. 167. & sequentib.
 Iulij, siue Iuliz altera 461.
 Opimia 183. 214.
 Porcia 214.
 Pompeia 291.
 Salomonis, Regis 458.
 Sempronia 211. 214. 215.
 Vlpia Traiani 198. 199.
 Basilicæ tres antiquitas 214.
 Basilicæ centenariæ quid 256.
 Basilicæ struebantur in domibus nobilium
 458.
 Basilicæ Sacra à Constantino condita 457.
 quando, ibidem. cur Tempa dictæ Basilicæ
 460. cur quatuor, Lateranensis, S. Petri, S.
 Pauli, S. Mariæ Maioris nomen retinent
 461.
 Basilicæ Lateranensis condita 457. In domo
 Laterani postea Constantini 321. 322. resti-
 tuta 470. 488. renouata 493. exusta, resecta
 493. 499. ornata 526. ei addita porticus 472.
 524. & Aedes 493.
 S. Mariæ Maioris condita 457. 462. 465. re-
 stituta 470. 471. 494. porticu aucta 490. 519.
 & sacellis insignibus 524. 527. laqueari in-
 aurato ornata 502. In ea sacellum Præse-
 pis Domini argenteis laminis inauratis te-
 ctum 472.
 S. Perri condita 457. tegulis æreis tecta 468.
 firmata trabibus 469. restituta ibidem 470.
 471. 493. ornata 468. 472. 493. 199. Noua
 à Iulio II. inchoata 503. extructa 506. 509.
 510 eius forma. ibid. mutatur 511. aucta
 hemisphærio 510. 527. rursus mutata, &
 cur,

I N D E X.

cur, extructa §10. §11. absoluta §18. orna-
ta §10. §11. & sequentib. direpta à Sata-
cenis 472. 474. porticus eiusdem extructa
482. noua Pauli V. §10.
S. Pauli condita 457. aucta 463. refecta 493.
ornata 472. 489. §26.
Belisarius defendit Urbem à Gothis §9. clau-
dit Aqueductus 409. Totilam litteris miti-
gat ibid. muros ab illo dirutos reficit, non
minuit 61. 467. & Cuius reuocat 467. dona
mittit S. Petro 367. duo Xenodochia in
Urbe fundat. ibid.
Bibliothecam qui primus publicauit 135.
136. quæ Romæ antiquissima ibid.
Bibliotheca Capitolina 135. eius fundator
135. 136. extructa §15.
Apollinis Palatini 217.
Apollinis Teij 135.
Diocletiana 200.
Gordiani 296.
Luculli 135.
Orauiæ Sororis Augusti 397. 398.
Templi Pacis 238.
Principum seu Tiberiana 219.
Vlpia Traiani 122.
Bibliotheca Vaticana 497. 499. 200. §28.
Francisci Card. Barberini 534.
Bramantes architectus §03. §05.

C

Caci spelunca vbi 329.
Caius Caligula pro Deo se gerit 245.
inter Castores adoratur 165. eius crudeli-
tas 447. Capitolium, & Palatium ponte-
fungit 175. Ludos habet in honorem Cæ-
saris 277. vbi sepultus 445.
C. Graccus quomodo fugit in Auentinum
in Templum Dianæ, inde trans Tiberim
43. 328.
Cæsarum contentio in augenda, & ornanda
Urbe 99. 103. 104.
Cæsar Card. Baronius monumenta S. Grego-
rij restituit 468. Et Aedem SS. Nerei, &
Achillei 527. Quid senserit de foro Roma-
no 162. & cliuo Capitolino 144. De Nau-
machia Neronis in Vaticano 471.
Calices venditi in circo Flaminio 3, 1.
Campus Agrippæ 410.
Campus Flaminius, & minor extra Urbem
28. 31. eius fines 25. ædificia 83. 386; & de-
inceps.
Campus Floræ 496.
Campus Iouis 23.
Campus Martius extra Urbem 24. 26. fines
24. magnitudo 25. amoenitas 27. quando

muro inclusus 27. in eo excedetur illuen-
tus 27. statue in eo positæ 371. eius ædificia
371.
Campus Esquilinus 41. 310.
Campus Martialis in Coelio 322.
Campus Tiberinus 25.
Campus Sceleratus 370.
Campus Vaticanus 40. 473.
Campus Viminalis 320.
Canales in foro, & vijs 215.
Capitolium vetus 118. 364.
Capitolium Urbi additur 10. eius nomina 114.
ambitus ibid. figura ibid. eius duo vertices
ibid. 113. 115. forma, in modum arcis 113.
fores ibid. monumenta ibid. pulchritudo
ibid. vt distinctum ab arce 113. 114. saxo
quadrato substructum 92. Galli ascendunt
116. repelluntur ibid.
Capitolium recens ornatur à Pop. Rom. §16.
Caprificus Romuli 173.
Carolus V. Urbem spectat à Pantheo 110.
Carolus VIII. Templum SS. Trinitati ponit in
monte Pincio §02.
Carcer media Urbe, quo sensum dictum 16.
Carcer Tullianus 176. 213. an esset vbi Ae-
des S. Nicolai in carcere 177.
Carcer Mamertinus 179.
Carceres olim duo Romæ 177.
Carceres in circo ad mittendos equos 342.
343.
Carinæ quid, & vbi 146. 275. 302.
Casa Romuli in Capitolio 138.
Castellum aquæ §06. 404. 407.
Castræ Prætorie vbi 44. & sequent. recepta
in Urbem 46.
Castræ in Albano 324.
Castræ Misernatum 276.
Castræ Peregrina 323.
Castræ Rauennatum 437.
Centumcellæ extructæ 473. Leopoldi dictæ
ibidem:
Chalcidica in Basilicis quid 459.
Christiani milites imbrem à Deo impetrant
378.
Cimbrum quid, & vbi 306.
Cippus quid 10. 43.
Circi nomen 341. quorsum factus ibid.
Circus Maximus 341. qui, & intus 30. eius
magnitudo partes, & forma 342. 346. ex-
tructus à Cæsare 442. incensus 346. restitui-
tus ib. statua, & ornamenta 347. 346. Tem-
pla in eo 447.
Circens Flaminius 30. 34. & sequent. extra
Urbem ibid. eius fines 31. in eo Trium-
phantes 37. & qui Urbem non ierarent
36. eius Tempia 349.

Circus

I N D E X.

- Circus Agonalis**, nunc Nauonius 352. 28.
Circus Adriani 450. 451.
Circus Antonini Carac. in via Appia 352.
Circus Aureliani extra portā Næviam 352.
Circus Caij, & Neronis 449. 451.
Circus Floræ 354. 355. 369.
Circus in Hortis Salustianis 446. 355.
Circi ad tempus & ligno facti 363.
Circeasis luxus, & pompa 346.
Circensibus septem equorum spatia 342.
Claudius Cæsar Urbem auget 43.
Clauius pro nota annorum fixus 119.
Cliuus Capitolinus 143. ad arcum Septimij 145. deducit in Capitolium 144. silicestratus 145. cum porticu 144. 145.
Cliuus publicus, seu publicius 143. 328.
Cliuus sacræ Viæ 147. 230.
Cliuus Suburanus 303. 304.
Cliuus Victoris 13.
Cloacæ structæ à Tarquinio 16. 159. 453. mirabiles ibid. 91. repurgatæ, aliæ additæ 434. 368. 499. inuentæ 434.
Coelius additur Vrbi 15. 17. eius nomen, & situs 321. dictus Querquetulanus 77. Lateralanus 321. frustra Augustus 321.
Coeliolus 326.
Coemeteria martyrum fabricis exulta 466.
Coenationes rotundæ versatiles 256. 223. explicantur 258.
Coenatio Iouis 223. Apollinis, Mercurij ibidem.
Coenobia facta, restituta 468. 469. 470. 471. 489. 490. 491. 496. 497. 500. 517. 526.
Collegium Anglicanum 319.
Capranicum 495.
Clementinum 537.
Germanicum 436. 497. 520.
Græcorum 520.
Hibernorum 536.
Maronitarum 520.
Matthæiorum 525.
Nardinum 500.
Nazarenum 530.
Neophytorum 520. 535.
Propagandæ fidei 535.
Romanum 520. & sequent.
Saluatunum 523.
Scotorum 526.
Collegia Romæ Gregorius XIII. fundat. 520.
Vbique terrarum 521.
Colossi in Capit. Iouis, Herculis, Apol. 128.
Colossus Apollin. in Bibl. templi Augusti 175.
Colossus Iouis Pompeiani 292.
Colossus equestris Domitiani 184.
Colossus Martis. ad Circum Flaminium 351.
Colossus Neronis 252 in sacra Via ibid. 253.
Sæpe refectus ibid. eius altitudo 252. ab eo dictum Colossæum ibid.
Columna cochlis Antonini 377. 524.
Columna Bellica 34. 35.
Columna Lactaria 210.
Columna Cæsaris 166.
Columna Duillij 183.
Columna Mœnia 183.
Columna Milliaris 156.
Columna Kossrata, & aliæ quatuor in Capitolio 129.
Columna cum statua Iouis 128.
Columna cochlis Traiani 196. 523.
Columna cum statua B. Virginis 527.
Columnæ ad Aram aenæ 513. 526.
Comitium quid, vbi 173.
Comitia centuriata vbi fierent 18.
Compita, Vici, & Regiones Vrbis 62. 97.
Confessio S. Laurentij ornata 491.
Confessio S. Petri solido auro tecta 470. 472. signis aureis, & gemmis distincta 470. recens ornata § 12. & deinceps.
Consus quis 346.
Consulatum petens intrat Urbem 36.
Constantianus Urbem exornat 104. Basilicam Lateranensem condit in suo Palatio 457. alias struit ibid. in formam crucis 460. largiter donat 461. Vincit Maxentium ad Pontem Miluium 53.
Curia vbi 183. 273. quæ, & Secretariû 465.
Curia Calabra 138.
Curia Hostilia 322. 273.
Curia Iulia 168. 174.
Curia Octaviae sororis Augusti 397.
Curia Pompeij 291. 295.
Curia Saliorum 231. quæ, & sacrarium 367. 368.
Curia veteres 4. 273.
Cyneas duo in Vrbe laudat 95.

D

- D** Actylitheca quid 184.
Damasus duo templa ædificat 462.
Dea Potentiæ Pollentia 342.
Delphines in Circo 346.
Diui nomen, cui tribueretur 244. & seq.
Diribitorium quid, 280. vbi 376.
Doliola in Foro 184.
Domitianus vbi natus 366. domum vertit in templum 366. Urbem exornat 102. 103. Capitol. reficit 124. 125. Statuas sibi aureas, & argenteas ponit 129. Capitol. capto periclitatur 132. Templum ædificat Ioui Custodi 132. & Forum 172. Iano, & Palladi templum 193. Palatiû auget 147. Ther-

Thermas non struit 412. Deum se dicit 246.
 Domitiæ quæ 3451. horti Domitiæ 453.
 Domus publica Pontificis maximi 185. 186.
 145.
 Aeliorum patriciorum 95. 310.
 Aelij Augusti 95.
 Aquilij Equitis Romani: 312.
 Attici Vestini Col. 214.
 Augusti 93. 185. quæ fuerat Hortensij 93.
 Balbini Cæsaris 296.
 D. Bruti 214.
 C. Cæsaris 93. 145. 185. 186. 303.
 Caij, & Tiberij Graechorum 232.
 Q. Cæciliij Metelli 93.
 C. Caligulæ 96. 220.
 Sp. Cassij 275.
 Catonis Censorij 93.
 Catilinæ 232.
 Q. Catulij 96. 232.
 M. Ciceronis 132. quæ antea Crassi, postea
 Censorini, & Statulij Sisenæ fuit 33.
 Claudij Centimalij 322.
 P. Clodij 233.
 Constantini Cæsaris 312.
 L. Crassi 93. 232. 312.
 M. Crassi 93.
 Decij Cæsaris 320.
 Domitiani 221.
 Flaminiis Dialis 232.
 Q. Fratris 233.
 Fulvij Flacci 232.
 Gallieni 304.
 Gordianorum 101. 310.
 Lateranorum, aliorumque 321.
 Marci Liuij 233.
 Mamuræ Equitis Romani 322.
 Manlij Capitolini 116. 132. & seq.
 C. Marij 213.
 Martialis 364.
 Maximi pluribus locis 365. 366.
 Sp. Melij 213.
 Milonis 145.
 Neronis aurea 250. fines 250. & seq. vesti-
 bulum cum Colosso vbi 251. stagnū 250.
 Transitoria dicta, & cur 256. eius partes,
 & ornatus 256. Horti, & eorum amplitu-
 do 251. 257. sumptus ibid. perit incendio
 258.
 Numæ, quæ Regia 147. in Quirinali 363.
 Ouidij 198. Propertij, Persij, Poetarum,
 310.
 Parthorum 321.
 Pedonis Poetæ 304.
 Philippi Cæsaris 326.
 Pincij Senatoris 444.
 Plinij Iunioris 303.

Cn. Pompeij 146. 295. in Carinis ibid. longæ
 ab eius theatro 295. rostrata 296. postea
 Antonij 275.
 Pomponij Attici 363.
 Proculi 230.
 Romuli 10. 13. 27.
 M. Scauri 232.
 P. Scipionis Africani 211. 212.
 Seruij Tullij Regis 298.
 Stellæ Consulis 303.
 Tarquinij Prisci ad Iou. Scat. 149.
 Tarquinij Superbi 441.
 T. Tatij 8. 10.
 Tetricorum Cæsaris 322.
 Tiberiana 219.
 Titi Cæsaris 300. 303.
 Tullij Hostilij 322.
 Valerij Poplicolæ 163. 164.
 Vedij Possionis 186.
 Veri aui Marci Cæsaris. 321.
 Vestiliana 326.
 Virgilij Poetæ 310.
 Vitellij Cæsaris 311.
 Domus S. Caij Pontificis 55. 366. 532.
 Conseruatorum in Capitolio 503. 516.
 Bessarionis Cardinalis 495.
 Bobonis, & Aegidi, diruta 491.
 Bulgaminorum 489.
 Corforum 480. 489.
 Frangipaniorum 480. 489.
 Pauperum 466.
 Petri Leonis 480. 489.
 Petri de Luna 495.
 Pontificū apud Coemeteria Martyrum 467.
 apud Pantheon 479. 490. in Insula Tiberina
 479. 480. 481. Apud s. Mariam Nouam 479.
 482. Apud S. Mariam Maiorem 493. Apud
 S. Mariam trans Tiberim 482. Apud S. Sa-
 binam 493. Apud XII. Apostolorum 495.
 Apud S. Petrum 490. 491. 492. in Capitol.
 518. Apud S. Marcum 498. vide Palatium.
 Senatoris in Capitolio 495. 503. 517. 520.
 Sennm 467.
 Stephani Cincij diruta 489.
 S. Susannæ. 55. 366. 386.
 Dona oblata Ioui Capitolino 128.
 Diribitorium quid 376.
 Duces cum exercitu Urbem non intrabant
 35. & seq.

E
 E mporium 334.
 Equi ænei Tiridatis 365.
 Equus Cæsaris 184.
 Equus Domitiani 167.

I. X. N. D. E. X.

Equi matremorei in Thermis Constantini 362.
 à Sixto V. translati 362. Praxitelis, &
 Phidiaz ibid.
 Equus M. Aurelij 12. 499.
 Equus Traiani 196.
 Equi Castoris, & Pollucis 517.
 Equiria 27. 322.
 Error Blondi de cursu in Circum Flaminium,
 & de Circo Agonali 30. & Platinæ 500.
 Iusti Riqui de cliuo Capitolino longe à
 Templo Concord. 133. Honuphrii de Urbis
 ambitu 37.
 Esquilinus mons Urbis additus 16. Nomen
 297. Fines 52. 297.
 Euripus in Circo 346. impletus vino aliquan-
 do ad ludos ibid.

Fauisæ quid 121.
 Fenestræ in antiquis fabricis 448.
 Ficeliæ. Vicus in Urbe 364.
 Ficus Rucinalis 173.
 Fistulæ plumbeæ inuentæ 400.
 Fons Egeriæ, vbi 331.
 Fontes in Urbe 303. 403. & deinceps 399.
 499. 516. 517. 525.
 Fornices in foro Boario 205.
 Fornix Fabianus 147.
 Fora tria, quæ, 175. pro iudiciis ibid. 194.
 Augusti 187.
 Boarium 198. 202. & deinceps.
 Cæsaris 184. 186.
 Neruæ, & Transitorium 188. & Palladiû 193.
 Olicorium 207. & deinceps.
 Piscarium 207. & deinceps.
 Romanum, quod Magnum, & Vetus 180.
 Locus 9. Fines 162. Inter Capitolium, &
 Palatioum ibid. & sequent. forma 180. la-
 titudine longius, & cur 181. ornamenta
 180. eius ædificia 165. & deinceps.
 Suarium, Salustij, Archemorium, Cupedi-
 nis, Dioeletiani, Gallorum, Pistorium, Ru-
 sticorum, Flaminium, Iulium 215.
 Forum velis inumbratum 184. 290.
 Fossa, quæ Olympus 4. & Mundus 5. & sul-
 cus ad muros ducendos 5.

G

Galbæ mors 172. 168. vbi sepultus 449.
 Gabij, Gabina via, & porta 75.
 Gemoniz scabæ, vbi 329. 330.
 Genserius testis Urbis parit 109.
 Germallia quid 7.
 Gladiatorij Iudi in Foro 180.

Gothi pugnans cum Romanis 59. quomodo
 parcuti testis vrbis 105.
 Gradus Templis necessarii 120.
 Gradus Templi Capitolini 120. Qui nõ per-
 tinebant ad forum 121. diuersi à gradibus
 Tarpeiz rupis 123.
 Gradus Concordiæ 133. Iunonis Monetæ ibi-
 dem.
 Gradus Palatij 222.
 Græcostafis quid, & vbi 183.
 Gregorius XI. sedem Romæ restituit 494.
 Gymnasium Romanum 506. 520.

H

Hariadenus Archipirata 110.
 Hecatonstylon 395.
 Henricus III. Urbem capit 483.
 Habitantium numerus in Urbe 50.
 Hilerna quid, & vbi 331.
 Horatius explicatus 18. 42. 89. 218. 364.
 Horologium Solarium 357. & in Campo
 Martio 382.
 Horrea publica 520. 528.
 Horrorum Collis, qui & Pincius 316.
 Horti qui in pretio antiquis 443.
 Horti Agrippæ 447.
 Agrippinæ 447.
 Antheri 454.
 Antonini Pii 454.
 Argiani 454.
 Asiniani 76. 454.
 Caij, & Lucij 447.
 Cæsaris 438. 445. 454.
 Commodi 452.
 Dolabellæ 454.
 Domitij 449.
 Domitiæ Caluillæ 451.
 Domitiæ amitæ Neronis 450. 451.
 Epaphroditiani 454.
 Galbæ Cæsaris 449.
 Gallieni 453.
 Getæ Cæsaris 452.
 Helhogabali, qui Spei veteris 452.
 Iulij, an Tullij Poetæ 18. 450.
 Lamiani 448.
 Luculliani 442.
 Macenatis 42. 448.
 Marij 442.
 Martialis 450.
 Ad Naumachiam 438. & in Esquilij 310.
 Neronis 448.
 Numæ Regis 441.
 Ouidij, & aliorum via Claudia 454.
 Pallantiani 405. 453.
 Pompeij duplices 444.

Pens.

I X N D E X.

Penites, & specularibus tecti 449.
 Salustiani 55. 446.
 Scipionis 454.
 Senecz 449.
 Septimij Seueri 452.
 Scatiliij Tauri 454.
 Terentiani ibid.
 Torquatiani 454.
 Valerij Asiatici, qui & Luculli 449.
 Horti recentes Aldobrandini 526.
 Barberini 534.
 Card. Cornelij 530.
 Farnesij 225. 508. 530.
 Ludouisij 531.
 Mathæij 530.
 Medicei 518.
 Perettini 520.
 Card. Pij 530.
 Vaticanæ Pontif. 495. 501. Quincinales 520.
 532.

Ianiculum extra Urbem 17. quamuis muro cinctum. ibid. & seq. cum vexillo, & præsidio in Comitij. ibid.
 Iani prima Aedes 15. translata. ibidem. vbi esset ibid. alia eiusdem 208. 192.
 Iani quadrifrontes 208.
 Idulia, quid 146.
 Ignis Veltæ perpetuus 165. 166.
 Intermontium quid, & vbi 138. 140. 144.
 Insula Tiberis extra Urbem 19.
 Iugerum, Stadium, Plethrum quid 341. 342.
 Iunium quid 208.
 Iuppiter pluuius, fulminans 378.
 Iuturna fons 165.
 Iuuenalis allatus 89. 92. 95. 98.

L

Lacus Curtius 172.
 Lacus effossi ad pugnas naval. 386.
 Lapides creat vetus Aquaductus 400.
 Lapis Phængites, ac splendidus 221. translucens 259. alia genera 224. 99. 221.
 Lararium duplex 222.
 Lateranus mons, vide Coelius.
 Latomia quid 179. 214.
 Laurus Palatio affixa 218.
 Laurus Vipsianæ 394.
 Legio fulminatrix, cur 378.
 Leoniana Civitas à Leone V. cur structa 473. & deinceps. cur dicta Burgus 474. munita 476. 497. 507. capta ab Henrico III. 488.

Libri linei, elephantini 199.
 Luci circum Thermas 411. porticus 394. & multa Tempia 300.
 Luci Atyli 133. 138. 139. 146.
 Luci duo Camoenarum 337.
 Lucus Egeriæ 331.
 Lucus Fagutalis 300. 441. 77.
 Lucus Furinæ 438.
 Lucus Larum 304.
 Lucus Lucinæ 301.
 Lucus Mephitis 301.
 Lucus Querquetulanus 301.
 Lucus Rubiginis 73.
 Lucus Vestæ 165.
 Lucus stagni Agrippæ 447.
 Lucullus vt publicat Bibliothecam 135.
 Ludi dati in Foro 180. 277. in septis, & distributorio 280. spectati à stantibus 277.
 Ludi litterarij in Foro ibid.
 Lupercal 174.

M

Macellum quid, duplex 304.
 Macellum Cornuorum quid Romæ 23.
 Mæsa quid, & vbi 1358.
 Malum punicum quid 366.
 Malus in Circo 342.
 Mamertini qui, & Carcer 179.
 Mammea, Mammeæ, quid 223.
 Manalis lapis 337. Mansiones Albanæ 323.
 Marmorati conficiendi inuentio 368.
 Martialis declaratus 250. 303. 365. 382. 392.
 Matidia quæ 400.
 Mausoleum Augusti 30. 371.
 Merulana quid 306.
 Messalina Claudij Cæs. vxor 443.
 Mæta Iudans 273.
 Metæ in Circo qua forma 342.
 Mica conatio 223.
 Michael Angelus Bonarota Pictor 503. Architectus 509. 516. Sculptor 502. eius opera 503.
 Milliarium aureum 156.
 Molæ frumentariæ in Tiberi 57. quarum inuentor Belisarius 509.
 Moles Adriani 58. 437. 450. 476. in iunio à Romanis facta, ibidem. Arx Græcis, & Gothis; ibid. cur dicta S. Angeli 477. cum Aede sacra in iunio 477. in potestate Marchionum Hetruriæ 477. Marozia 478.
 Alberici ibid. Pontificum ibid. Crescentij 479. * dicta Turris Crescentij 479. & domus Theodorici ibid. Gregorius VII. in eam se recipit. 479. * Guiberti, & Anacleti

I N D E X.

- cleti Pseudopontific. 479. 480. & Pontificum ibid. & sequentib. Frustra oppugnata ab Henrico III. 479. Federico I. 481. & Romanis 483. eius præfati Cardinales 483. 384. Munita à Pontificibus 495. 501. 483. 487. 518.
- Moles** ærea Urbani VIII. in tumulo Apostolorum 513.
- Montes** Urbis septem 22. 51.
- Auentinus 16. 326.
- Capitolium** 8. & deinceps 112.
- Coelius 15. 320.
- Esquilinus 16. 297.
- Palatinus 8. 124.
- Quirinalis 16. 355.
- Viminalis 16. 310.
- Montes** Vaticanæ 18.
- Moÿs** Marius inter eos 450.
- Citorius 372.
- Ianiculum 17. 57.
- Iordanus 519.
- Picinus siue Hortorum 22. 443.
- Muri** Urbis structi à Tarquinio Prisco 16. & pars à Tarquinio Superbo 23. eorum ambitus 23. cur flexuosi 65. nunc fere in iisdem finibus 51. & sequent. aucto imperio augentur 39. quando non extra Capitolium 36. vbi secundum Tiberim 57. 58. restructi ab Honorio, & Arcadio 47. Theodorico 60. Pontificibus 69. vetustate lapsi 61. 62. quamdiu ad Tiberim durariunt 473. 465.
- N
- N**Atatorium aquis calidis 448.
- Naulia 334.
- Narces** Romanus recipit de Gothis 476. reficit, & in ea moritur 467.
- Naumachia** Augusti 438.
- Domitiani 386. & fortasse Titi ibid.
- Neronis** vi uiuant, nec tamen struxit 451.
- Nero** Urbem incendit 98. 99. pulchrius restaurat 99. Domum auream struit 99. 100. 250. 256. & sequent. vitat infidias 446. eius nauis insignis 447. vult se precipitare in Tiberim, & vbi 445. 277. decurrit auriga 451. Christianos occidit ibid. quos erit occidendus 44. 45.
- Nerua** vbi mortuus 446.
- Nosocomium** S. Spiritus fundatum 490. restitutum, & auctum 498.
- Nosocomium de Consolatione 501.
- Nosocomium incurabile 493. 523.
- Nosocomium in Laterano 491.
- Nosocomia alia, seu Xenodochia 467. 468. 490. 469. 535.
- Numa** Rex Vrbe non aucta 15. extra, domum habet 363. cadauer inuentum 439.
- O
- O**beliscus in circo, pro malo 342. ab Augusto aduectus 346. aliter à Constantio 447. quo translatus 346.
- Obeliscus iacens in circo olim Antonini 352 in hortis Ludouicis 446. in priuata vinea 453. sub priuatis ædibus 536.
- Obelisci ad Mausoleum 371.
- Obelisci à Sixto V. erecti 524.
- Obeliscus pro gnomone in Campo 382.
- Odeum quid 386. 511.
- Olympus, qui, & mundus, quid 5.
- Oppidum in Circo quid 342.
- Opera** antiquiora in Vrbe 92. 93. & sequentib. Augusti, & aliorum sub illo 96. 97. & seq.
- Cæsaris 96. 184. & deinceps.
- Constantini 104. 457. & deinceps.
- Neronis 98. & deinceps 250.
- Domitiani 102. 192. 221.
- Pompei 286. 397.
- Seueri 103. 338.
- Theodorici 105.
- Traiani 103. 196.
- Vespasiani, & Titi 102. 298. 300.
- Pontificum** Adriani I. 469.
- Benedicti III. 488.
- Clementis VIII. 526. 510.
- S. Gregorij 467. Gregor. II. Gregor. III. 468. 469. Gregor. IV. 471. Gregor. XI. 494. Greg. XIII. 521. 517. 520.
- Honorij I. 468. & Honorij IV. 493.
- Innocentij III. 490. & Innoc. VIII. 498. 501. Iulij II. 502.
- Leonis III. 470. & Leon. IV. 472. & seq. & Leon. X. 506.
- Martini V. 495.
- Nicolai III. 493. & Nicolai V. 496.
- Paschalis I. 471. & Pasch. II. 489.
- Pauli II. 498. Pauli III. 507. 508. Pauli V. 510. 527.
- Pij IV. 509. 518.
- Sergij II. 472.
- Sixti IV. 497. & Sixti V. 524. 529.
- Urbani VIII. 484. 491. 510. 511. 531. & deinceps.
- Orbis** pro fossa 5.
- Orphanotrophium** 472. 523.
- Ostridis** simulacrum inuentum 80.
- Ostrisidem** ac Serapis 82. pro Sole, Capite accipitris. Oculo exprellis 82.
- Ostia** Tiberinà muro cincta 472. 484.
- Oua** in circo, cur 342.
- Ouile** quid 80. 372.
- Palae

Palatinus 216. nomen, fines ibid.
 Palatium Cæsarium 217. nomen. ibidem.
 auctum domo Tiberij 219. & Caij Caligulæ 220. incensum 219. 220. 224. resectum 220. 225. auctum à Domitiano 221. eius ornamenta 221. & seq. eius partes 223. viridarium 224. Titulus 231.
 Palatium Licinianum 310.
 Palatium Lateranense Pontificum 470. auctum 472. 490. 488. 493. resectum 499. novum extructum 524. captum à Ladislao Rege 483. à Roberto Guiscardo 488.
 Palatium Vaticanum 471. 490. 491. 493. resectum 493. 497. auctum, ornatum 499. 500. 502. 502. 518. 524. 526. 538.
 Palatium Esquilinum 300.
 Palatium Quirinale 497. 524. 528. 592.
 Palladium in Templo Vestæ 147. 218. 275.
 S. Pancratij caput sanguine, & lachrymis manat 494.
 Pantheon, Ioui Vltori dicatum 387. hypetrū, & subdiale 387. eius regulæ, & tabulæ æreæ 388. restauratum 468. 388. consecratum 33. 468. tectum plumbeis regulis 469. Dictum in Turribus 479. plumbeis laminis opertum 497. cum claris ædibus 479. 490.
 Pecuniæ in templa collatæ 141.
 Pestis Romæ ingens 466. sedata post factam aram S. Sebastiano ibid.
 Petrus Leo, & eius filii 480. 481.
 Pictura antiqua vbi seruetur 527.
 Philippi Cæsares Christiani 416.
 Pila Horatia 184. Pila Tiburtina 364. aliz per Urbem ibid.
 Pincius siue Hortorum collis 444.
 Piscina publica 76. 302.
 Plauri locus declaratus 214.
 Plinius de Urbis ambitu explicatus 62. 65.
 Poetæ sua scripta recitantes 136. 218.
 Pomaria in turribus, ac tectis 442.
 Pomœrium, quid 8. illo tantum aucto aucta est Vrbs 16. & augebatur cum imperio 39. à Sylla ibid. Augusto 41. Claudio, Nerone, & Traiano 42. Aureliano 43. nec auxit Cæsar 39.
 Pompa æquestris 337.
 Pons C. Caligulæ, quo Palatium, & Capitolium iunxit 174.
 Pons Carceris 179.
 Aelius ab Adriano factus 437.
 Cæstius, nunc S. Bartholomæi 436.
 Fabricius, nunc quatuor capitum 436.
 Ianiculensis, nunc Sixtus 437. 498.

Milvius 18. 52. 53. perruptus. resectus 480. 497.
 Sublicius 16. 436. qui Roboreus, & Aemilius 436. vbi fuerit ibid.
 Vaticanus 437. quem Triumphalem dicunt 57. 84.
 Portæ quomodo designarentur 12. non sacre vt muri 13.
 Portæ Urbis Romuli quot 13.
 Carmentalis 15. 28. quæ, & Scelerata 29.
 Ianualis 14. quæ forte Carmentalis 15.
 Mugonia 13. 148. 165.
 Romanula, seu Romana 13.
 Saturnia, quæ Pandana 15. in Vrbe aucta à Tacito, & Romulo ibid.
 Portæ Florentis Urbis 71.
 Asinaria 76.
 Aurelia 57. 58. 76. 437.
 Capena, nunc S. Sebastiani 76. 336.
 Collatina, quæ & Pinciana 73.
 Collina, quæ Salaria, Quirinalis, Agonia Agonenfis, Salutaris 73. & Sanguialis 78.
 Cælimontana, quæ, & Querquetulana, nunc S. Ioannis 75. recens ornata 520.
 Esquilina, quæ Taurina, Libitinenfis, & forte Raudusculana, nunc Sancti Laurentii 74. 75.
 Flaminia, quæ Flumentana, Ratumena, nunc Populi 72. recens ornata 518.
 Gabiufa, quæ Methodii, & Metroni 75.
 Ianiculensis, nunc S. Pancratii 76.
 Inter Aggeres 77. 78.
 Latina, quæ, & Ferentina 75.
 Minucia 78.
 Nzua, quæ Mæcia, Labicana, Prænestina, nunc Maior 73. 75.
 Portuensis, quæ, & Naualia 76.
 Piacularis 78.
 Septimiana 76. an, & Fontinalis ibid.
 Trigemina, nunc S. Pauli 76.
 Triumphalis 79. & deinceps. falsa eius sedes 84. 35. vbi fuerit 87. fortasse clausa extra triumphos ibid.
 Viminalis, quæ Catularia, Lauernalis, nunc Pia, & S. Agnetis recens ornata 518.
 Portæ S. Petri æneæ 495. tecta argento 472.
 Porticus multæ in minore campo 25.
 Porticus in foris 180. 184. 187.
 Argonautarum quæ, & Neptuni 393.
 Absidata 275.
 Caii, & Lucii 447.
 Q. Catuli 232.
 Claudia quæ, & Iulia 185. 186. 257. 395.
 Circa Forum Romanum 180. 181.
 Capitolinæ ad Templum Iouis 124.
 In Clijo Capitolino 144.

Constantini 398.
 Corinthia, quæ, & Octavia 83. 93.
 Europæ 393.
 Flaminia 371.
 Gordiani 398.
 Metelli 83. 93. 397.
 Milliaris duæ 256. 446.
 Minucia 398.
 Naxica 93.
 Octaviæ sororis Augusti 397.
 Palatij 223.
 Pauli 275. 358.
 Philippi 396.
 Polæ sororis Agrippæ 393.
 Ad portam Trigeminam plures 334. 336.
 Quirini 357.
 Pompeij 291. quæ, & Hecatonstylon 395.
 Septorum 372.
 Seueri 398.
 Veneris Erycinæ 370.
 Vipsania 280.
 Porticus à porta Aurelia ad Templum S. Pe-
 tri 437. incensa, instaurata 471. noua eius-
 dem Templi 511.
 Porticus à porta Trigemina ad Templum
 S. Pauli 56. 437. renouata 470.
 Promissio facta Vitigi Regi Gothor 462.
 Prata Flaminia 25.
 Prata Mutia 438.
 Prata Neroniana vulgò Prata 334. 451.
 Prata Quintia 334.
 Puteal Scribonij Libonis 147.
 Puticuli, quid, & vbi 41.
 Pyramis, vide sepulchr. C. Cæstij.

Q

Quinquatus, festa Mineræ 326.
 Quirinalis 356. Vbi additus 16. no-
 mina 355. situs ibidem. Caballus dictus,
 vnde 362.
 Quercus affixa foribus Palatij 218.

R

Raphael Vrbinas Pictor 503. Architectus
 505. eius opera 504. 508.
 Regiones quatuor antiquæ Urbis 301.
 Regiones quatuordecim sub Augusto 97.
 Regia, id est domus Numæ 147. 165.
 Rex sacrorum, qui & sacrificulus 186.
 Remuria 339.
 Remus cur occisus 13.
 Robur, & Robus, quid 178.
 Robertus Guiscardus Urbem capit 488.
 Roma quando condita 2. quomodo 4. à Ro-

mulo 3. in medio Italix 4. an quadrata 6.
 7. an alibi quam in Palatino 8. & deinceps.
 eius elogia 1. aucta à Regibus 17. & alijs
 39. 40. 41. 42. eius ambitus in septē mon-
 tibus 22. 48. 51. à recenti parum distat
 94. & deinceps. nec pater 55. milliaria 49.
 67. quomodo Athenis conferenda 63. &
 deinceps. pulcherrima 98. senescens 109. &
 deinceps vacua ciuibus 107. deformata
 61. 107. incendio 488. direptione, ruinis
 488. 494. exornata ibid.
 Roma recens coepa refici ornarique 494.
 & deinceps. 507. & deinceps. multum aucta
 528. an cum veteri conferenda 108. quam
 tamen ante Casares vincit 108. 109.
 Romani primo pauperes 89. 90. & deinceps.
 fugatos à Sabinis 14. 149. 163. sistit Ro-
 mulus ibid. numerus habitatorum in Vrbe
 49. quantum agri possiderent 92. argenti
 habere possent ibid. exercentur armis in
 Campo Martio 26. natati in Tiberi ibid.
 statum Reipubl. restituerent conantur 478.
 480. pugnant cum Saracenis 478. cum
 Germanis 479. 480.
 Romana sedes Pontificin Galliam translata
 493. reducta 494.
 Rostra 172. noua, vetera 212.

S

Sacellum Pudicitix 205. Serenique 148. Deg
 Viriplacæ 231. Veneris Mutiæ 30. 16.
 Saturni 4. Volupix 3.
 Sacrarium quid 367. Sacrarium Saliorum
 367. 368.
 Salij Palatini, Collini 367.
 Salinæ 334.
 Salustia, vbi iam horti Salustij 55.
 Saxum Tarpeium 112. Carmentæ 116.
 Scholæ in porticu Octaviæ 397.
 Scholæ cetus hominum 474.
 Secretarium quid 463. & deinceps. sub Hono-
 rio resectum 463. Romæ pro Curia 465.
 Seminarium Romanum 414. 518. 530.
 Septem Tabernæ, quæ, & nouæ 212.
 Septa pro comitijs 80. 372. 376.
 Septizonium in Esquilis 304.
 Septizonium Seueri 338.
 Sepelire intra Urbem, nefas 22. 26.
 Sepulcrum Accæ Laurentiæ 211.
 Sepulcrum Adriani, vide Moles.
 Sepulcrum C. Cæstij 332. Tatij ibid.
 Sepulchrum multorum in Campo Martio 26.
 Sepulchrum S. Cæcilix ornatum 525.
 Sepulchrum Iulij II. 502. Sixti IV. Innocen-
 tij VIII. 503. Pauli III. 512.

Soro-

I X N D I E M X I

Sororium sigillum 234.
 Stadium, vide Iugerum.
 Stagnum Agrippæ 447.
 Statilius Taurus 280. eius Amphit. ib. & 278.
 Statuarum multitudo in Vrbe 95. olim in Capitolio 223.
 Statuæ in Campo Martio 128. 371.
 Castoris, & Pollucis nunc in Capitolio 517.
 aliarum multarum ibid.
 Cæsaris in Insula, sponte conuersa 437.
 Statuæ Domitiani situs 169.
 Statuæ in Foro Augusti 187. Neruæ 193.
 Traiani 198.
 Statuæ gentium ad Theatr. Pompeij 292.
 Statua Iani 208. 210.
 Iouis Capitolini, sicilis 94. 126. aurea 127.
 Iunonis, & Palladis 126. Regum aliorumque 128. M. Aurelij 499. 517.
 Leoni X. 506. Paulo III. 507. Gregorio XIII. 523. Sixto V. 525. positæ à Pop. Rom.
 Paulo V. à Canonici S. Mariæ Maior. 528.
 Orphæi in fonte 303.
 S. Petri & Pauli deauratæ impositæ columnis Traianæ, & Antoninæ 524.
 Simonis Magi in Insula 437.
 Vertumni 211.
 Urbani VIII. 512.
 Suburra 301. eius initium 212.
 Suburbiorum longitudo 48. 49. & deinceps.
 Substructio Capitolij 92.
 Sumptus in deaurando Capitolio 125.
 Supplicium Turini falsa promittentis 194.
 Sylua, Næuia, Messia 75.
 Syluæ præsertim laureæ in Auentino 327.

T

T. S. signa vitæ, & mortis 86.
 Taberna meritoria 438.
 Tabernæ veteres, nouæ, septem, quinque, argentariæ 213. factæ circa Forum 181.
 Argiletanæ 212.
 Tabulæ æneæ in Capitolio 137.
 Tabulæ æneæ in Pantheo 388.
 Tabularium quid 137. in Capitolio ibid. incensum 137. quæ tabulæ ibi seruata ibid. 137. Aliud in Auentino 331.
 Taciti locus de censu, & numero ciuium expenditur 49. 50. numerus inuestigatur ibidem.
 Tarpeia sepulta in Capitolio 116.
 Tempia vetera differunt à nostris 110. 460.
 Tempia quando modica, & inornata 94.
 Aesculapij extra Urbem, & cur 336. 398.
 Aeternitatis Augustæ 440.
 Aeternitatis Flauiorum 440.

Antoniarum Metelli, Pompeij 439. ab his facta. ibid.
 Antonini 378. & Faustinae 168. 378. 201.
 Apollinis 31. 364. extra Urbem ibid. in Palatio 217. & deinceps. in Quirinali 364. in porticu Octauiae 397. 398.
 Augusti in foro 174.
 Bacchi 230. 439.
 Bellonæ 34. extra Urbem 35.
 Bonæ Deæ in Auentino 329.
 Boni Euentus 392.
 Bruti Callaici 351.
 Camoenarum 337.
 Cæsaris 166.
 Cæsarium 230. 441.
 Carnæ Deæ 326.
 Castoris 165. resectum ibid. & seq. 351.
 Cereris 347.
 Clatræ 364.
 Claudij Cæsaris 324.
 Clementiæ Cæsaris 440.
 Commodi 440.
 Concordiæ in cliuo 133. 151. 167. in Capitolio 134. in area Vulcani 440. in forum dictum Vecordiæ 183.
 Cybeles 230. 365.
 Dianæ 326. 327. 349. 439.
 Febris 232.
 Floræ 364.
 Fidei 134. 231. 366.
 Fidii 366.
 Flauiae Gentis 366.
 Fortunæ 205. 337. Bonæ 207. Equestris 109.
 440. Muliebris ibid. Priuigeniæ 134. 356. 368. Obsequentiæ 134. Priuatae ibid. Viscosæ ibid. Fortis 207. 438. Publicæ 369.
 Reducis 378. 385. 398. Virilis 207. 440.
 Felicitatis 439.
 Herculis 203. 349. 370. 439. & Siluani 330.
 Herculis Musarum 351.
 Honoris 338. 370.
 Hortæ 439.
 Iani 14. 15. 192. 207.
 Iouis Capitolini 94. 115. situs 119. forma, magnitudo 118. votum, structum ibidem. incensum, resectum ibidem. 125.
 Cellæ in eo tres Iouis, Mineruæ Iunonis 119. 120. gradus ibid. resectum auratum. 119. Ornamenta 124. 126. 128. 129.
 Porticus 118. 124. 125. Iouis Custodis 132. Feretrij 94. 140. 141. Stratoris 14.
 Tonantis 145. Victoris 232. eiusdem in Campo 459. duo alia in Capitolio 141.
 Sponsor ibidem.
 Isis 63. 80. & Serapidis 141. 259. 260. 337.

- Iunonis 397. Lucinæ 301. Martialis 441. Moneræ 132. & deinceps. Iunonis Reginæ 328. Sospitæ 230.
 Larum permarrinum 439. in Palatio 222.
 Liberi 347.
 Libertatis cum atrio 331. 440.
 Liberæ 347.
 Lucinæ 378.
 Lunæ 328.
 Martis in campo 386. extra Urbem 34. via Capena 336.
 Vitoris, Bilultoris 142. 180. 187. 337.
 Matidix 400.
 Matris Matutæ 205.
 Mentis 141.
 Mercurij 347.
 Mineruæ 184. 326. 329. 337. 387.
 Mineruæ captæ 326.
 Næniæ Deæ 74.
 Neptuni 393.
 Opis in Capitolio 141.
 Pacis 162. 186. 212. 238. pulcherrimum ibid. exustum 238.
 Pacis Perpetuæ 440.
 Palladis 193.
 Pantheon 387.
 Penatium 231.
 Pietatis 28. 290.
 Portumni 440.
 Quirini 356. 357.
 Romæ 254. vbi, & à quo ibid. & seq.
 Romuli 234.
 Salutis 369.
 Saturni cum Ærario 156. 187.
 Solis 230. 347. 358.
 Silvani 330.
 Spei 28. 205. 337. Spei veteris 404. 452.
 Telluris 273. 275.
 Titi, & Vespasiani 183.
 Tempestatis 337.
 Traiani 176. 196.
 Veiovis 139.
 Victoriæ 230. Victoriæ Virginis. ibid.
 Veneris in Circo 347. Genitricis 184. Victri-
 cis 291. Caluæ 141. Erycinæ 141. Cluacinæ
 214. in hortis Salustianis 446.
 Veltæ 165. 218.
 Virtutis 338. 440.
 Vulcani 11. 349. 440.
 Templum prisca dictum, quod inaugurato
 conditum 168.
 Tempia, & aræ viuientibus factæ 234. 238.
 Tempia Christianorum quando fieri coepta
 456.
 S. Adriani in tribus foris 468. 517.
 S. Agathæ in Suburra 466. 467.
 S. Agnetis 457. 468. 528.
 S. Anastasij ad Aquas Saluas 468.
 S. Anastasæ 527.
 S. Andreæ in Esquilij 466. aliud 469. aliud
 de Valle 525.
 S. Angeli, vide S. Michaelis.
 S. Apollinaris cum ædibus 496.
 S. Athanasij 520.
 S. Augustini 496.
 S. Bibianæ fact. 466. instaur. 491.
 S. Cæcilie factum 471. refectum 525.
 S. Caij 532.
 S. Callixti 469. 526.
 S. Catherinæ de Funarijs 517. Senensis 519.
 S. Caroli 531.
 S. Chrisogoni instauratum 469. 529.
 S. Constantis 491.
 Sanctæ Crucis factum 457. instauratum
 490. 501.
 S. Cornelij ad Cœmeterium Callixti 466.
 Sanctorum quatuor Coronatorum 468. 472.
 489. 493.
 S. Cosmæ, & Damiani consecratum 466. 148.
 refectum 532.
 S. Dominici 519.
 S. Erasmi in monte Coelio 468.
 S. Eugenie 468.
 S. Georgij in Foro Boario veteri 345. 468.
 394.
 S. Gregorij 471. 527. 529.
 S. Honuphrij 506.
 S. Iacobi Hispanorum 502. 505. Incurabi-
 lium 493. 523.
 S. Laurentij extra muros 457. auctum nouo:
 Templo 467. instauratum 469. 470. 491.
 498. In Damaso 462. 517. In Lucina 490
 In Panisperna 518. 524. In Fonte 303.
 Aliud 465. alia sex 470.
 S. Lucie in Orphea, siue in Silice 468.
 S. Ludouici nationis Gallicæ 523.
 S. Marcelli 517.
 S. Mariæ ab ara Cœli 498.
 Angelorum in Thermis Diocletiani 415.
 518.
 De Anima nationis Germanicæ 505.
 In Aquiro 469. 523.
 In Cosmedin, siue ad Scholam Græcam
 470.
 De Consolatione 501.
 In Dominica 471.
 Lauretanæ 502.
 De Montibus 518.
 Nouæ 488.
 De Pace 498.
 De Populo 72. 498. 502.
 In Porticu 527.

I N D E X.

- Pietatis, & S. Francisci Xaverij 521.
 Ad Scholam Saxonum siue in Saxia 472.
 Supra Mineruam 496.
 Transpontinæ 501.
 Trans-tiberim 455. 489.
 De Vallicella 519.
 De Victoria 519.
 S. Martinæ 463. 465. 532.
 S. Michaelis in foro Piscario 32. 527.
 S. Nerei, & Achillei 527.
 S. Nicolai in carcere 176. 213. 526.
 Nominis Iesu 521.
 S. Pancratij 466. 470.
 S. Petri in Ianiculo, seu Montorio 501. 505.
 S. Petri ad Vincula 465. 502.
 S. Petri, & Marcellini 469. 488.
 S. Philippi, & Iacobi, seu SS. Apostolorum 467. 495.
 S. Praxedis 471.
 S. Priscæ 494.
 S. Prudentianæ 525.
 S. Sabinæ 465. 471. 505.
 Sacellum sancta Sanctorum 493. 524.
 S. Saluatoris in Lauro 497.
 S. Saturnini 466. 471.
 S. Sebastiani 529.
 S. Sergij, & Bacchi 469.
 S. Stephani cognomento Rotundi 466. 497.
 S. Stephani ad templum S. Laurentij 466.
 S. Susannæ 519.
 S. Syluestri in Quitinali 518.
 S. Syluestri, & Martini 466. 472. 498. 518.
 SS. Trinitatis 502. 537.
 S. Valencini 468.
 S. Vincentij, & Anastasij 468.
 S. Vitalis 463. 527.
 Templorum sacrorum ornatus 462. 463.
 Terentius quid, & vbi 378.
 Testaceus mons 334.
 Theatrum quid, 276.
 Balbi 286.
 Cassij dirutum 277.
 Curionis ligneum, versatile 278.
 Marcelli 286.
 Pompeij 290. inauratum 292. instauratum
 ibid. velis testum 290. cum Aede Vene-
 ris supra scenam 291.
 Scauri 278.
 Theatra lignea 277.
 Theatrum fontanum 303.
 Theodoricus restitit Urbis muros 60. & ædi-
 ficia 105. 465. dona mittit templo sancti
 Petri 469.
 Thermæ quid 10. eorum laxitas ibid. & num-
 merus ibid. 410. aperta post Auroram 411.
 & ad lumina ibid.
 Thermæ Adriani 300. 412.
 Thermæ Agrippæ 410. restauratæ 412.
 Thermæ Agrippinæ, vide balnea.
 Thermæ Antonini 413.
 Thermæ Aureliani 415.
 Thermæ Commodi 414.
 Thermæ Constantini 357.
 Thermæ Decii 414.
 Thermæ Diocletiani 311. 414. à Martyribus
 conditæ. Templum ex iis factum 414.
 Thermæ Gordiani 415.
 Thermæ Neronis postea Alexandri 411.
 Thermæ Olympiadis, vide balnea.
 Thermæ Nouati, vide balnea.
 Thermæ Philippi 413.
 Thermæ Seueri 414.
 Thermæ Traiani 413.
 Thermæ Taciti 415.
 Thermæ Titi 300.
 Thermæ Varij, seu Heliogabali 413.
 Titi Cæsaris mors intempestiua 102. trium-
 phat cum patre 242. consors imperij ibid.
 quando Augustus ibid. & Diuus 244. à Tra-
 iano cultus 247.
 Tiberis 58. 434. stagnat in planicie Fori 14.
 151. 158. 211. Urbem inundat 478. 506. 529.
 eius latitudo, & profunditas 435.
 Totilas Urbem capit. 60. amittit, recipit 476.
 murorum tertiam partem diruit 60. ciues
 abducit. ibid.
 Transitiones, Iani Quadrilateri 192.
 Tria Romæ laudantur à legato Pyrrhi 95.
 Tribuni vnde dicti, qui primi Romæ 177.
 Tribunal Basilicæ caput, nunc tribuna 460.
 Trichinia versatile 198.
 Triclinium Leonis III. 170. instauratum ibid.
 Triumphum petentes Urbem non intrant 36.
 Triumphû pompa structa in Campo Martio
 85. vehabatur per medios Circos 86. per
 sacram Viam, & Forum, ibid.
 Triumphantium via 84. & deinceps 86. 168.
 Triumphantibus curru in Capitolium ascen-
 dunt 122. Ducem è captiuis necari iubent ib.
 Lauream in gremio Iouis deponunt 127.
 cœnant in Capitolio 124.
 Turres Argentina 495. Capitolina 517. Co-
 mitum 491. Militarû ibid. Sanguinea 495.
 Speculorum 496. In fronte templi S. Petri
 501. SS. Trinitatis. 502.

V

Vallis Murcia non autem Marsia 30.
 Velabrum 37. 158. 211.
 Velia quid, vbi esset 163.
 Vertumnus, & eius signum 159.

Vespa.

I N D E X.

- Vēspasianitriumphus** 79. 84. 85. **ædificia** 102.
 ante triumphum Vrbe egrediur 80. quo
 venerit. *ibid.*
Via antiquæ Vrbs 88. **arctæ, flexæ** *ibid.* **luto-**
sæ 89. 94. **silice strata** 88. 496. **latius dire-**
ctæ sub Nerone 88. **Julio II. Pontif. Pio IV.**
 517. **Gregorio XIII. Sixto V. 525. Pau-**
lo V. 528. Paulo III. & exicctæ 386.
Via Flaminia 336. 371.
Fornicata 336. 371.
Ianus dicta 210.
Nova 151. 162.
Recta, & Testa 336. 371.
Sacra 147. **fines** *ibid.* & **seq.**
Via triumphalis 84.
Vicus Cyprius 297.
Iugarius, sine Thurarius 158. 211.
Mamurij 366.
Melius 213.
Patricius 307.
Scauri 322.
Sceleratus 297.
Tuscus 211.
Villa publica quid, & **vbi** 376.
Villa Burghesia 445. 530.
Villa Gordianorum 101.
Villa Iulia 517.
Villa Manliana Leon's X. 506.
Viminalis mons Vrbi additus 16. **nomen fi-**
nes 310. **cur planus ad muros** 311.
Vopisci locus explicatus 67.
Vota decennialia, & vicennialia 269.
Vrbs Antipolis in Ianiculo 18.
Vrsus Pileatus 310.

F I N I S.



